
x-rite
colorchecker CLASSIC
mm

48 Fol. 254.

Hoc.



2758 8

Rubri

Missa quotidie
vel de Dominica
tra ordinem Off

Quibus

1. Missa cantu
de festis enume
Dis Rē 1. 2. 3. &
riter celebrant
sertum: vero si
sima, in quibus
minor de feria

2. Praeterea,
occurrentibus
de festo post

Quibus

Missa unica
dictis, celebra
sime, & Vigilia
post Monam

De f

1. Missa de f
est officium
citer cum co

Rubricæ Generales Missalis.

Missa quotidie dicitur secundum ordinem officij, de festo; vel de Dominica, vel de feria; vel vigilia, vel octaua: & extra ordinem officij, votiua, vel pro defunctis.

Quibus diebus duæ missæ dicendæ sunt.

1. Missæ conuentuales duæ celebrantur Dominicis diebus, & festis enumeratis in rubrica generali Breuiarij, de festis Rtis 1.2.3. & 4. Missa matutinalis, siue minor regula-riter celebratur post primam. Maior & solemnis, post Tertiam: vtráqs dicitur de die: exceptis feriis Quatragesimæ, in quibus maior missa dicitur de festo post Tertiam, minor de feria post Nonam.

2. Præterea, in festis duodecim lectionum & vnius missa occurrentibus in quatragesima, cantantur duæ Missæ, vna de festo post Tertiam; alia de feria post Nonam.

Quibus diebus vna missa dicitur.

Missa vnica Conuentualis, in diebus ac festis aliis à supra dictis, celebratur post Tertiam; exceptis feriis quadragesimæ, & Vigilia Penthecostes, in quibus de tempore dici debet post Nonam.

De feria & Vigilia.

1. Missa de feria, vel vigilia dicitur, quando de ea factum est officium. Missa tamen Vigiliæ in Aduentu occurrentis, dicitur cum commemoratione feriæ Aduentus, licet de ea non-

K. K. LYCEAL BIBLIOTHEK zu LAIBACH

sit factum officium. Vigilia Natiuitatis excepta.

2. Si in quadragesima, & quatuor temporib, occurrat vigilia, dicatur Missa de feria cum commemoratione vigiliæ.

3. In Vigilijs autem, & ferijs quatuor temporum, vel feria secunda Rogationum; si occurrat festum de quo fiat officium, vel octaua: Missa dicitur de festo, vel octaua; cum commemoratione vigiliæ, vel feriarum supradictar. Quod si vigilia occurrat in die festi alicuius Sermonis, in missa non fiat cōmemoratio de ea, sicut nec in officio.

De Missis votiuis Sanctissimæ Mariæ Virginis & alijs.

1. In Sabbathis quibus fit officium triū lectionum de Sancta Maria; dicitur Missa de ea, secundum varietatem temporū, vt in fine Missalis ponitur.

2. Alijs diebus infra hebdomadam, quando officium fit de feria, & non est resumenda Dominicæ præcedentis, quæ fuerit impedita (exceptis ferijs Aduentus, Quadragesimæ, quatuor temporum, Rogationum & Vigiliarum) dici potest aliqua ex votiuis Missis, etiam in principali missa quæ vocatur conuentualis, secundum ordinem dierum, in fine Missalis assignatum, cum commemoratione feriæ de qua factum est officium. Quæ tamen missæ, & omnes aliæ votiuæ, in missis priuatis dici possunt pro arbitrio sacerdotum, quocunq; die, si non fuerit festum Sermonis, vel duarum Missarū, aut dies octaua, aut Dominica, cum commemoratione eius de quo factum est officium, & commem:, item festis trium

lectionum, aut commemorationis; si de aliquo occurrat eo die fieri commemorationem in officio. Id uerò non passim fiat, nisi rationabili de causa. & quoad fieri poterit missa cum officio conueniat.

De Missis Defunctorum.

1. Prima die cuiuscunq; mensis, in qua iuxta Breuiarij rubricas fit officium mensis pro defunctis, dicitur Missa conuentualis de Requiem pro ijsdem defunctis, vt in missis Antiquarij, cum orationibus quæ dicuntur in officio mensis. Si uerò in ea fuerit festum commemorationis, & missæ, vel feria quæ propriam habeat Missam, aut resumenda sit missa Dominicæ precedentis, quæ fuit impedita, & infra hebdomadam non occurrat alius dies, in quo resumi possit; dicatur Missa de die ad intentionem officij mensis cum eius oratione Præsta Domine quæsumus penultimo loco, si ritus patitur. Ea tamen omittitur tempore quo tertia oratio est Omnipotens sempiterne Deus, qui viuorum.

2. Præterea, prima die cuiusq; hebdomadæ in qua sit de feria, & officium quotidianum pro defunctis recitatum fuerit in choro, dicitur Missa conuentualis pro defunctis, ea scilicet, quæ quarto loco ponitur in fine Missalis, cum orationibus, Deus qui inter Apostolicos. Deus veniæ, & Fidelium. Si autem propria Missa fuerit de feria, vel de festo commemorationis & Missæ, vel resumenda sit missa Dominicæ præcedentis, vt

supra, & infra hebdomadam non occurrat alius dies in quo missa de requiem dici possit, Missa conuentualis dicatur ad intentionem eorundem Defunctorum cum oratione generali, Fidelium penultimo loco, vt dictum est supra.

3. Missæ autem priuatæ pro defunctis quocunq; die dici possunt; præterquam in festis sermonum, aut duarum missarum, die octaua, aut Dominicis diebus.

4. In die commemorationis omnium defunctorum, & in quatuor anniuersis solemnibus, & in die depositionis, & in anniuersario defuncti dicitur vna tantum oratio, & similiter in die tertia, septima & trigesima; & quando cunq; pro defunctis solemniter celebratur: in alijs missis plures, vt de ferijs & festis trium lectionum dicetur infra in rubrica de orationibus

5. Sequentia pro defunctis dicitur in die commemorationis omnium fidelium defunctorum, & depositionis defuncti, & quandocunq; in missa dicitur tantum vna oratio: in alijs autem missis pro defunctis, dicatur ad arbitrium Sacerdotis.

De missis quotidianis Beatæ Mariæ virginis & Defunctorum.

Quotidie, demptis feria sexta parasceue & Sabbatho sancto, dicitur priuatim Missa de Beata, vel de die cum intentione ad honorem Beatæ virginis: & missa de Requiem pro defunctis nostris fratribus, propinquis seu familiaribus

& benefactoribus: vel de die cum applicatione sacrificij pro ijsdem defunctis. Ritu namq; Romano, missæ votiuæ, & missæ defunctorum, in missis priuatis dici possunt quo, cunq; die: præterquam in festis duplicibus, id est festis Ser, monis, aut duarum missarum, & die octaua, & Dominicis di, ebus, vt dictum est supra. Dicitur autem missa de Beata, quæ occurrit pro varietate temporum inter votiuas de Beata in fine Missalis: Sed infra octauas Beatæ Virginis, & Vigilia Assumptionis, dicitur propria de die, seu quæ competit ratione octauæ & vigiliæ. Non dicitur in ea Gloria in excelsis; nisi in Sabbatho, & infra octauas Beatæ Virginis.

Missa pro defunctis ea est, quæ quotidiana vocatur inter Missas pro defunctis circa finem Missalis cum tri, bus orationibus Deus cui proprium. Deus Veniæ, & Fi, delium. Quod si occurrat alicuius fratris obitus, seu de, positio, aut aliquod ex quatuor anniuersarijs solemnibus de, functorum. Prima oratio erit pro ipso defuncto, vel pro Anniuersario solemni. Secunda Deus Veniæ, Tertia Fidelium. In die commemorationis uerò omnium defun, ctorum, dicitur missa generaliter pro omnib, defunctis.

De translatione festorum, vide infra in fine libri. f.





VERA
Alexandri
Pontifex M:
Anno Christi
Ætatis

EFFIGIES
Septimi
Electus
1655. 7. April
Suæ. 57.

FABIVS CHISIVS legatus PACIS pacem
Fecit inter Homines. ut factus PONTIFEX pacem
Faceret inter DEVM et Homines. FELIX OMEN.
FABIVS factus est PONTIFEX. ut ROMA.
Rebus turbidis. salutem debeat non nisi FABIIS

A paruo surculo in grandem succreuit Arbo-rem
Vt licet Oliuæ ramum omnes ex ea gentes
Decerperent, sub ea tamen omnes Vmbram
retinerent: recte q̃ ALEXANDER dici debeat
Non tam SEPTIMVS quam MAXIMVS -

I. B. C.na Fecit.

Exercitium Matutinum, cum deuotis precibus, ac recommendationibus ad Deum, & B: Virginem,

Cum mane expegisceris, mox dic. Jesus Nazarenus Rex Judæorum. Titulus triumphalis, defendat nos ab omnibus malis. Sancte Deus, Sancte fortis, Sancte & immortalis, miserere nobis. Amen. Ac Sanctissima atq; augustissima Trinitate collaudata, & adorata per hymnum Te Deum Laudamus, factaq; professione fidei recitato Apostolor Symbolo, dic mox ut sequitur. In nomine Patris, & filij, & Spⁱ Sci. Jesus Nazarenus Rex Judæorum. Per Signum Sanctæ Crucis de inimicis nostris, libera nos Deus noster.

O Domine Jesu Christe; ego quamuis indignus & miser peccator, firmiter tamen & puro corde, & ore ad plenum confiteor, Sanctam fidem Catholicam & Apostolicam, omnes articulos eius: & sicut Alma Mater Ecclesia prædicat, docet, & tenet. Sed cum multa homine occurrant pericula, & uaria tentamenta: si forsan (quod absit) occasione eiusdem, aut in articulo mortis, aut alias per alienationem mentis ac intellectus à Sancta fide catholica deuiarem, aut alicui peccato consentirem. Protestor nunc pro tunc: & contra; coram Sanctissima tua maiestate; & tua gloriosissima matre Virgine Maria, & omnibus Sanctis, quod in hac Sancta fide catholica, & in plenitudine feruoris eiusdē fidei, in Sinu Sacrosanctæ Ecclesiæ matris meæ; quæ nescit claudere redeundi gremium ad se, sine consensu alicuius peccati uolo semper viuere & mori. Amen. Excita inte contritionē sincerā. dicendo.

O Domine Jesu Christe, tanta sunt Scelera mea, ut uix ablui possint, vltra modum me miserum vitiaui, Spontaneo studio me pollui, proprio arbitrio me perdidi, Sponte me maculaui: Infelix ego gra:

grauiter: carnis aggrauor stimulo, & ad peccatum consuetudo me allicit, vnde grauiter afflictus detineor, nolo agere bona, sed desidero. Heu me miserum, heu infelicē me in tantis peccatis, in tantis scelerib⁹, in tam multis iniquitatibus sum inuolutus, quid primo plorem? qd primo plangam? quid primo lugeam? pro quibus lacrymas fundam? ignoro, quare homine memorare non sufficio tantorum criminum gesta. Reus terreor pauore peccati. Metuo hñe diem Iudicij. Si uix iustus saluabitur, ego impius & peccator ubi apparebo? quid faciam miser? quo fugiam? quid ero dicturus? cum ante tribunal ero præsentatus? væ diei illi quando peccaui, quando transgressus sum mandatum tuum; quia nullum inuenitur peccatum cuius sordib⁹ non sim coinquinatus, nullus est uitiorum morbus, quo ego miser non sum pollutus. Bene viuere sæpiꝰ promisi: quod pollicitus non seruaui. Semper ad peccatum redij, semper delicta iteraui. Nunquam in meliꝰ mores mutaui, nunquam à malesanctis recessi, plurimos maculaui me perdens. Plurimos prauis moribus meis ad iniquitatem peruerti feci. Scelere meo multæ animæ perierūt, per exemplum vitæ meæ multi subuersi sunt: per iniquitatem meā ego multis fui causa malor̄, succurre mihi deus meus antequam moriar: antequam mors me præueniat: antequam tenebræ me inuoluant, priusquam gehennæ ignibus deuorer, priusquam sine fine cruciar; quia non est insolitum tuæ clementiæ, negꝫ indecens tuæ iustitiæ: minusquè impossibile tuæ potentiæ. Dignare igr recognoscere in me quod tuū est, & abstergere quod est alienum. Qui cum Pr̄e, & Sctō Spū.

Facta hac peccator̄ communi confessione; Virginem Mariam Salutatione Angelica Veneraberis, additā etiam vsitatissima illa oratiuncula. Sub tuum præsidium confugimus. post Angelum custodem Inuocabis, hac ut sequitur, seu, si haues deuotiori, oratione. s.

Obsecro te Angelice Spiritus cui ego ad prouidendum commissus

sum, ut indesinenter protegas me, defendas, mundes, munias ab omni incursu diaboli vigilantem, dormientē, vbicunq; iero, repelle ā me per virtutem sanctæ Crucis omnem tentationem Sathanæ, & quod mea non exigunt merita, tuis precibus obtine apud altissimum Iudicem; ita vt nihil loci in me habeat contrariæ Virtutis admixtio, cumquè per abrupta uitiorum meorum me deuiasse uideris, per benitam iustitiæ ad Saluatorem meum reducere satagas. Et in quacunq; tribulatione vel angustia me esse prospexeris auxilium Dei omnipotentis tuo ob-tentu & precamine mihi adesse sentiam. Precor te mi custos (si fieri potest) notum mihi facias finem meum, diemq; obitus mei. Et cum de corpore eductus fuero, non permittas me ā malignis Spiritib⁹ terreri, neq; in foueam desperationis deducere. Non dimittas me An-gelice Spiritus donec ad visionem conditoris mei perducas mei, vbi ego opere, & tu pro custodia, vna cum beatissima Dei Genitrice Virgine Maria, & omnibus Sanctis Dño adiuuante latemur. Qui cū Deo

Antiph. Angele bone qui mihi datus es custos, expugna diabolum, qui meæ saluti insidiatur. ℣. Vsus. Gloriosus apparuisti in conspectu homini. ℟. Propterea decorem induit te Dñus. Collecta.

Deus cuius prouidentia humano generi Superuorum Spirituum Subministrat præsidium: Concede propitius ut Angelum meæ custo-diæ deputatum, ita valeam venerari, vt eius prouidentia ubiq; me-rear defendi. Per Xpm Dnum nrum.

Oratio alia ad Angelum custodem.

O Spiritus Angelici numinis, cui communis conditor animæ & corporis mei curam tradidit, deprecor te & suppliciter oro, ut in luce prima, & vsq; in vesperum sorti custodiæ me tueri digneris ab impijs, malignis & immundis Spiritibus me liberans: qui tanquā leones rugientes circumeunt; quærentes quem deuorent, & ad

nocendum hominibus nimis auidi & cupidi, & semper in fraude
mille artibus gnari. Quapropter quaeso te Angele beate, & Spūs
benedicte, qui meus es custos, pietate superna me tibi commissū
salua, defende & guberna, vt tuæ virtutis potentia illi maligni
refrœnentur, & robur eor conteratur, nec cor meum tentent
quantū volunt, nec sensum meum commoueant, nec amorē illici-
:tum mihi infundant: nec mentem meam timore ærnali perterre-
:ant: nec quietem meæ pacis perturbent: vt qui fondus propriæ
infirmitatis ex lutea traxi materia, in iniquitatibus conceptꝰ,
& in delictis natus, imbecillis sensu, fragilis corpore, bonis va-
:cuus, malis plenus, piger ad bona, promptus ad mala, tuæ oratio-
:nis virtus, & in terris me dirigat, & ad cælestia contemplanda,
& desideranda me subleuet, vt & in terra boni operis pedem figā,
& ad Diuinitatis gloriam mentis oculum dirigam, terrena &
temporalia contemnens æterna concupiscam ac inquiram. Relin-
:quensq3 mortalem vitam hanc; ad immortalem illam, quæ sine fine
est quandoq3 peruenire valeam: vt qui te in terris patronum ha-
:bere merui, tecum perenniter gaudere merear in regno cœlesti, ipso
donante, qui te decorem induit, & re mihi delegauit custodem,
qui est Deus super omnia benedictꝰ in sæcula sæculor. Amen.

Oratio pro intentione in quolibet opere.

O Amantissime Domine Iesu Christe, obsecro te per am-
:orem illum perfectissimū, quo salutem nostram zelando ubiq3 tam
fideliter, quam feruenter quæris. Da mihi rectā, purā, simpli-
:cem, ac Deiformem in singulis intentionem; ut in quibuscunq3
agendis aut dimittendis, eligendis atq3 cauendis, & viuens &
moriens non aliud quæram, non aliud intendam, quam pure glo-
:riam & beneplacitum tuum. Da igitur fidelissime amator,

homine meus, & Deus meus, ut ex toto corde meo, ex omnib⁹ viribus meis, ac tota anima meâ desiderem, diligam & quæram semper honorem & gloriam tuam, ac Ssmæ voluntatis tuæ beneplacitum.

Oratio pro Sui ipsius abnegatione, & animi resignatione.

O Benignissime homine Jesu Christe, in vnione illius resignationis, qua te ipsum Patri tuo in omne ei⁹ beneplacitum obtulisti, & hominibus etiam omnibus te subiecisti, offero & resigno me in omne beneplacitum tuum ad omnia tam tristia, quam læta. Fac tu hñe meus, & Deus meus me, & mecum, quomodo tibi maxime placet. Hoc vnum fidelissime mi Jesu Christe hñe meus & Deus meus mihi tribue; ut gratia, dignatio ac amicitia tua (quibus licet indignissimus sim) exuberantissima, sempiterna atq⁹ indeficiens in me sit, & semper perseueret, qua roborante, & impellente mihi ipsi, & vniuerso mundo moriar, tibi uerò soli viuam.

Dulcis Jesu, fac ut omni amori priuato, omni amori & affectui ad quascunq⁹ creaturas inordinato, cunctis vitijs & passionibus, omnibus delectionibus sensuum, omni superfluitati, omni proprietati, omni curiositati, & desiderijs quibuscunq⁹ non puris perfecte abrenunciem, & moriar.

Dulcis Jesu, per mortem tuã amarissimam te obsecro, da mihi omnibus desiderijs, & inclinationibus naturæ vitiosis, & quicquid in me est, quo te non purè quæro, aut intendo, perfectè mori, ut tu solus plenè & perfectè me possideas; nec aliud uelle, vel posse ego habeam extra te. Sed anima mea in omnibus viribus & potentijs suis tibi sit, maneatq⁹ vnita, ut in me tu solus viuas, & operaris sicut in proprio instrumento. ō misericordissime Jesv, hoc est, quod ex abysso cordis mei desidero ac rogo; ut omnes vires & potentias animæ meæ, quicquid sum, & possum, tu solus habeas,

& per amoris incendium consumas, absorbeas, & in te transformes.

Pro perfecta sui abnegatione obtinenda, posset quis quasi ad numerum omniū membrō, & virium suarum dicere ter, centies & sexagies quinquies verbum, quo Christus in horto Patri suo se resignauit. videlicet. Non mea, sed tua voluntas fiat mi amantissime Jesu. Amen.

Oratio pro conformatione Crucifixi Christi.

O Jesu Christe Rex summe amabilis, corona confitentium, fortitudo pugnantium; atq; cuiuis cælestium perfecta beatitudo: memento oro mei, & verbi tui quod locutus es, per quod mihi spē dedisti, illius dico iucundissimæ promissionis, qua dixisti: Cum exaltatus fuero à terra, omnia trahā ad me ipsū. O amabilissime Jhē & Deus meus, si cælum & terra transibunt, verba autem tua in æternum permanent; firmentur nunc verba tua super seruo tuo. Ecce sto in conspectu tuo, qui omniū tibi causa pœnar, vilis peccator, cinis & exiguus puluis, attamen creatura tua, & pla- sma tuum. Et non solum exaltatus, sed ab omnibus etiam dere- lictus fuisti: insuper ita distentus, dilaceratus, & excruciatus, ut uix potueris respirare. Trahe ergo me nunc ad te Deus meus, & Jhē meus, quatenus de reliquo non mihi, sed soli tibi viuam. Occide ueterem in me hominem cum vitijs & concupiscentijs suis, & quicquid in me latet, quod gratiæ tuæ obstaculum parā- re possit, & indue me nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis; vt sicut tu omnia sanctissima tua membra pro me in Cruce extendere non es de- dignatus, ita posthac ad tui dulcissimi nominis honorem & gloriā omnia mea dilatem membra & viscera, atq; ad tuos suauissi- mos aspirem, anhelem & æstuem amplexus, neq; quoad viuam,

hanc, ad quam gratiose me vocasti conuersationem commutem, aut dimittam, sed in finem vsq; fideliter in ea perseuerem. hoc mihi prastante grá tua Ché Iesu Deus benedictus in sa. ſ.

Oratio pro Puritate & Simplicitate cordis.

Iesu Christe Splendor Patris, candor lucis aternæ, & Speculum sine macula, per incomprehensibilem diuinitatem tuam obsecro te, da mihi castitatem corporis, munditiam cor: dis, simplicitatem Spiritus, & sinceriſsimā puritatem mentis. Dulcis Iesu, omnia vitia, omnes inordinatos motus, & passi: ones mortificata in me. Quicquid illicitum, quicquid inordinatū est in me; & quicquid tibi displicet aufer à me. & da mihi cor re: ctum, simplex, purum, deiforme secundum cor tuum. Libera me, & custodi ab omni peccato. Omnia membra mea, sensus, anima po: tentias; & quicquid sum, hæc omnia reformanda, custodienda, regenda atq; possidenda offero tibi benignissime Iesv Chré Deus meus & Bnús meus. Custodi me ab omni opere illicito, ab omni verbo otioso, vano, superbo, detractorio, blasphemo, impio & obscæno; ab om: nii etiam cogitione vitiosa, vana, superba, impia, inuidiosa, obscæ: na ac maleuola: ab omni motu inordinato; ab omni affectione non casta, aut à te aliena; ab omniq; intentione impura. vt te solum Deum meum & Bnum meū pure quæram; in te solo Deo meo requiescam. Domine Deus meus fac ut nihil me afficiat; nihil me delectet; nihil mihi placeat, nisi tu Deus meus: & ego tibi soli placere cupiam, tibiq; soli inhæream. o Deus meus & ota. ſ.

Oratio alia matutino tempore.

Gratias tibi ago Pater cœlestis, ac clementiam tuam pater: nam prædico ac laudo quod indignissimū me nocte hac & alijs præteritis auxilio tuo præsentissimo conseruasti; gratia enim

& uirtute tua in hunc usq; diem peruenì saluus. Rogo & ado
:ro nunc te ex toto corde meo, ut me, hoc qui mihi nunc illuxit
die, suscipias; & omni tempore vitæ meæ curam mei geras; vt
omnis caligo erroris, incredulitatis & dubitationis ex men,,
:te mea tollatur; omnes concupiscentiar tenebræ dissipentur;
vt & corpore & anima in tua luce secundum præcepta tua inper,,
:fectione; tuorum mandator sancta obseruatione possim conuer,,
:sari; ut meæ actiones omnes ad tuum honorem & gloriam, ac ad
emendationem proximi mei dirigantur. Per Iesum Christū
dominum nostrum. Qui est super oīa Deus bñdict9 in sæcula.

Alia matutinalis oratio.

In nomine domini mei Iesu Christi excurrexi, qui pretios:mo
sanguine suo me redemit; ille me hodie ac quotidie ab omni malo
defendat, ab omni scandalo & peccato liberet, ab omni infamia
& rerum iactura ac periculo illæsum conseruet; omnibus uero
bonis corporis & animæ repleat. O benignis:me domine Deus
meus, fiducia mea, spes mea, salus mea, vita mea, totum me, meaq;
omnia diuinæ maiestati tuæ offero & dedo. Da, precor mihi, mihiq;
commissis, tum omnibus credentibus; nomenq; tuum sanctum con,,
:fitentibus auxilium & grām tuam. da quoq; nobis hodie, & omni
tempore uitæ nostræ secundum diuinam voluntatem tuam, &
beneplacitum tuum viuere; Regas quaso me, de die in diem ducas
me; verba mea, actusq; meos custodias. Quæ tibi displicent in me,
auser longe ā me; ut sic feruentius, (gratia tua adiutus) ea, quæ
tibi placent, perficiam. Tu igr qui pater misericordiarum &
gratiarum es, auge in me fidem, spem, charitatē, castitatem,
patientiam, obedientiam, humilitatem ac timorem tuum, ut te ex
toto corde solū diligam, laudē ac benedicam in æternum.

Alia matutinalis oratio.

Gratias ago tibi homine sancte Pater omnipotens æterne Deus: qui me indignum famulum tuum non meis meritis: sed tua sanctissima gratia custodire dignatus es in hac nocte: deprecor clementiam tuam, ut concedas mihi venturum diem ita peragere cum humilitate & discretione, quatenus tibi complaceat seruitus mea. Qui cum Patre.

Meditatio de peccatis cōmissis, & bonis omissis.

O creator, & homine cæli & terræ, maris & omnis creatu:ræ: sancte Deus, sancte fortis, terribilis, omnipotens, iust⁹ & rectus, miserator & misericors homine Deus. Ego infelix, miser & indignus confiteor & recognosco me fuisse, & esse vilissimū & nephandissimum peccatorem: & tam enormiter oculos tuæ ma:iestatis offendisse, quod non sum dignus vocari filius tuus, sed nec infimus seruus tuus; nec quidem ut terra sustineat calcan:eum pedum meorum: quantominus ut offeram tibi aliquod sacrifi:cium laudis, vel gratiarum actionis. Si enim naturalibus ram:is præclaris^mis Spiritibus: Lucifero videlicet & socijs eius, non pepercisti: sed pro uno tantum cogitatu, & momentaneo pecca:to quod cogitauit rebellionis & superbiæ, de summo cæli habi:taculo eiectos æternis supplicijs tradidisti puniendos. Quid ego sceleratissim⁹ & miserrimus homuncio dicere vel prætendere po:tero, qui non vno sed innumeris peccatis & uitijs te Deum meū offendi: & quidem adhuc offendere non cesso, peccata peccatis accumulando: verū pijssime Pater: quia Pater misericordiarum tu es: & tibi proprium est misereri semper & parcere: qui non vis mortem peccatoris: sed magis ut conuertatur & uiuat, de tua misericordia summè confidens, peto indulgentiam & remissio=

nem omnium peccatorum meorum: quibus unquam tuam bonita-
tem offendi: sicut tu melius nosti à principio vitæ meæ, vsq; in hāc
horam, scienter aut ignoranter. Recole animo, contritoq; corde
peccata, ante actæ vitæ, quæ magis conscientiam pulsant.

Propitiare mihi infoelicissimo peccatori clemēntissime Pater & Deus
meus: & omnibus peccatoribus, qui te unquam offenderunt propter
magnam misericordiam tuam. Et specialiter miserere illorum
misericors Deus quibus ego fui, vel qui mihi fuerunt quomodolibet
occasio, uel concausa peccandi, absoluens nos per pijssimam mi-
sericordiam tuam, dignissimo merito Vnigeniti filij tui Domini Dei
nostri Jesu Christi, & pijssimæ matris gloriosissimæ Virginis Ma-
riæ aduocatæ nostræ, & omnium sanctorum ab omnibus iniquitati-
bus & peccatis nostris. Et quia his tot ac tantis sceleribus nostris
condignam pœnitentiam agere non possumus, nec satisfacere, pone
omnia merita, pœnas quoq;, & angustias, quas in hac uita inno-
center passus fuit Vnigenitus & dilectus filius tuus Dñus noster
Jesus Christus; merita quoq; benedictæ matris eiq; gloriosissimæ Virgi-
nis Mariæ, & omnium sanctorū pro peccatis nostris: tribuens no-
bis ueram contritionem: & puram peccatorum nostrorum confessi-
onem, emendationem vitæ: facultatem & gratiam promerendi
uitam & gloriam sempiternam. Amen.

Oratio ad commendandum se Deo, ut in quacunq; re proficiat.

Domine Jesu Christe fili Dei uiui: concede mihi fragili & miserrimo
peccatori uitam & mores tuos præ oculis cordis mei semp
habere, & pro mea possibilitate imitari: facq; meipsis proficere,
& crescere in uirum perfectum, & in templum sanctum
in Dño. Illustra quæso cor meum lumine gratiæ tuæ: quæ me

iugiter præueniat & sequatur: ut te ductorē in omnibus uijs meis habens, cuncta quæ tibi placent implere, & quæ tibi displicent, vitare possim. Dirige obsecro cogitationes, sermones & actiones meas in lege tua, & in præceptis atq; consilijs tuis ō altissime deus: ut in omnibus voluntatem tuam faciens: hic & in æternum per te merear saluus esse. Amen.

Oratio ad Patrem.

Pater de cælis deus miserere nobis. Domine deus pater omnipotens, qui consubstantialem & coæternum tibi filium ante omnia sæcula ineffabiliter genuisti; cum quo & spiritu sancto, ex te, eodemq; filio tuo procedente, cælum & terram, & quæcunq; in eis existunt uisibilia & inuisibilia creasti; & me miserrimū peccatorem inter omnia; te laudo, te adoro, te glorifico; nè quæso despicias me opus manuum tuarum, sed salua me propter nomen sanctum tuum. Qui uiuis & regnas deus.

Oratio ad Filium.

Fili redemptor mundi deus miserere nobis: Domine Jesu Christe fili dei uiui, qui es uerus ōmnipotens deus, splendor & imago patris, uita æterna; cui est una cum patre & spiritu sancto æqualis honor, eadem gloria, coæterna maiestas; te laudo, te adoro, te glorifico; nè despicias, quæso, me opus manuum tuarum, sed salua me gratuito munere tuo, quem redimere dignatus es sanguine tuo pretiosissimo. Qui cum patre & spiritu sancto viuis.

Oratio ad Spiritum Sanctum.

Spiritus sancte deus miserere nobis. Domine sancte spiritus æterne deus, qui consubstantialis & coæternus patri filioque existens: ab eis inenarrabiliter procedens, quiq; super eundem dominum nostrum Jesum Christū in columbæ specie:

super Sanctos Apostolos eius in igneis linguis descendisti. Depelle
à me quæso tenebras totius erroris & ignorantiæ, & accende in
me lumen misericordiæ & ignem Sanctissimi Spiritus, & suauissimi
amoris tui. Qui cum Patre & filio uiuis.

Alia ad S: Spiritum. Oratio.

Veni Sancte Spiritus consolator dulcissime, qui à Patre & filio
ineffabiliter procedis, ueni obsecro & illabere menti meæ. Repurga
& emunda me ab omni peccato, animamq; meam Sanctifica. Lauа
in me quod est sordidum, riga quod est aridum, sana quod est sau-
:cium, flecte quod rigidum, foue quod est frigidum, rege quod est
deuium. Redde me uere humilem & resignatum; ut ego tibi placeã,
& super me requiescas, O lux beatissima, lux summè amabilis, illu-
:mina me ô melliflua paradisi uoluptas, fons purissimarum de-
:liciarum Deus meus, tribue mihi atq; in intimis meis ignem tui
amoris vehementer accende. Domine mi, doce, guberna, & pro-
:tege me in omnibus. Confirma Spiritum aduersus inordinatã
pusillanimitatem. Largire mihi rectam fidem, inconcussam Spem,
sinceram charitatem, & perfectam obedientiam, patientiam, casti-
:tatem ac humilitatem, & præsta ut tuam gratissimam voluntatem
semper & ubiquè perficiam. Amen.

Oratio ad Sanctissimam Trinitatem.

Sancta Trinitas vnus Deus miserere nobis. Domine omnipo-
:tens æterne Deus ineffabilis sine fine, & absq; principio, quẽ
vnum in Trinitate, & trinum in vnitate confitemur. Te laudo, te
adoro, te glorifico: tuæq; misericordiæ & clementiæ gratias
refero, qui me existentem in nocte totius erroris & ignorantiæ,
voluisti fieri participem gratiæ & misericordiæ tuæ; perfice
in me quæso cæptum opus misericordiæ, & me gratuita ubiquè

pietate custodi, & fac me miserrimum peccatorem semper co-
:gitare, loqui, & agere quæ tibi placita sunt, & post huius vitæ
terminum ad tuam visionem me peruenire facias. Qui in Trini-
:tate perfecta viuis & regnas Deus per oĩa sæcula ſ.

Oratio ad impetrandam remissionem peccatorum, ac ſi,
:nem bonum, tam pro se, quam pro amicis & inimicis.

Domine Deus pater Omnipotens, qui iustis præmium, & delin-
:quentibus veniam promisisti, qui non uis mortem peccatorum, nec
lætaris in perditione morientium, te suppliciter deprecor, ut mi-
:hi famulo N: dones per merita Sanctissimæ Dei Genitricis Virgin-
:is Mariæ, & Omnium Sanctorum & electorum tuorum, & per mise-
:ricordiam tuam remissionem omnium peccatorum meorum, & per-
:ducas me ad illam pœnitentiam, per quam David saluasti, &
Petrum flentem respexisti, & mariam magdalenam mundasti.
Expelle bñe Jesu Christe de corde meo, quæ tibi displicent, & ta,
:lem mihi infunde amorem, ut te perfecte diligere & timere possim,
ut nec cogitem uel desiderem, nisi quod tibi bñó Deo meo placere
cognouero. Deprecor te beatissima virgo maria, templũ bñi,
Sacrarium Spiritus Sancti, ut intercedas pro me. Deprecor &
uos Sanctos Archas Angelos Michaëlem, Gabrielem, Raphaëlem, & San-
:ctos Angelos nobis ad custodiam deputatos cum nouem ordinibus
Angelorũ ut interueniatis pro me. Petrũ, Paulũ, Andream,
Joannem Apostolorq3 omnes. Martyres Sanctos :NN: & beatũ
Hironymum NN: cæterorq3 confessores Sanctos. Virgines San
:ctas NN:, omnesq3 Sanctos & electos Dei, ut dignentur mihi
patrocinari, quando ante tribunal æterni Regis præsentatus
ero ad iudicandum. Commendo tibi pijssime Jesu Christe om,
:nes diligentes me, & qui mei curam gerunt, & qui mihi opem

misericordiæ tribuunt; & omnes debitores meos siue propinquos, & etiam homine pro inimicis meis te rogo humillime, ut eos ad pacē conuertas, & ueram poenitentiam agere concedas. Deprecor te bnē Iesu Christe, ut omnes qui mei memoriam habent, & se in dignis meis precibus commendauerunt, & qui mihi aliquid charitatis uel pietatis impenderunt, seu & illos qui consanguinitate vel familiaritate, uel compassionis affectu mihi propinqui sunt, tam ipsos qui nunc consistunt in corpore; quam ipsos qui tegun tur sunere misericorditer gubernare, & illos visitare iubeas, ut tibi fideliter seruiant, & ab omnibus nos tuearis aduersis, & hos omnes, meq; absoluas ab omnibus poenis, & perducas ad requiē sempiternam; & hoc magnifice supplico ut cum mortis meæ ad uenerit, tu ipse qui iudicas iustè contra accusatores sias mihi defensor. Qui es super omnia Deus benedict9 in sæcula. Amen.

Versus Sancti Bernardi.

O bone Iesu.

Illumina oculos meos, nè vnquam obdormiam in morte: nè quando dicat inimicos meus præualui aduersus eum.

O Adonay.

In manus tuas bnē commendo spiritum meum: redemisti me bnē Deus ueritatis.

O Messias.

Locutus sum in lingua mea, notum fac mihi finem meum: & numerum dierum meorum, quis est, ut sciam quid desit mihi.

O Rex fili Dauid,

Fac mecum signum in bonum, vt uideant qui oderunt me, & confundantur: quoniam tu bnē adiuuisti me & consolat9 es me.

O Eloy.

Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis: &

nomen hominj inuocabo. ⊙ Emmanuel.

Perijt fuga â me, & non est qui requirat animam meam, clamaui ad te Domine: dixi, Tu es Spes mea, portio mea in terra viuentium. ⊙ Christe.

Confiteantur tibi Domine omnia opera tua: & Sancti tui benedicant tibi.

Gloria Patrj, & filio & Spiritui Sancto. Sicut ℣.

Benedictio S: Francisci ex lib. Num: cap: 6. T: Benedicat tibi dominus.

Auxilium meum â Domino, qui fecit cælum & terram.

In nomine Patris, ✝ & Filij ✝ & Spiritus ✝ Sancti Amen.

Iesus Nazarenus Rex Iudæorum. Qui verbū caro factus est, & habitauit in nobis; cui data est omnis potestas in cælo & in terra: nascens ex Virgine Maria per ineffabilem pietatem, & misericordiam suam pijssimam, & per merita & intercessionem eiusdem beatissimæ mariæ virginis & Angelorū Sanctorumq́ omnium, & maxime Apostolorum & Euangelistarum Joannis, matthæi, marci & Lucæ ipsum quæso ut dignetur me famulum suum N. liberare & conseruare per virtutem suæ Sanctissimæ & amarissimæ passionis ab omni infestatione Sathanæ, & ministrorū eius; ab insidijs inimicorum; ab omni peccato, ira & mala voluntate; â Spiritu fornicationis, â fulgure, grandine & tempestate; â morte perpetua; â peste, bello & fame; â subitanea & improuisa morte; & ab omnibus malis. Qui cum Patre & Spiritu Sancto uiuit.

Ecce ✝ crucem Domini nostri Jesu Christi fugite partes aduersæ, vicit Leo de tribu Juda radix Dauid. Alleluia.

Pax Dominj nostri Jesu Christi & virtus Passionis eius & Signum ✝ crucis, Integritas B: Vmæ virginis matris Mariæ. Benedictio Sanctor, custodia Angelorum, nec non suffragia omnium Sanctorum & electorum Dei. Titulus Saluatoris nostri in cruce, Jesus Nazarenus Rex Judæorum. Sit triumphalis omni die inter me N:, & inimicos meos uisibiles & inuisibiles contra omnia pericula animæ & corporis mei omni tempore & loco. Amen.

Gaudebo & exultabo in Deo Jesu meo. O Jesu Jesu esto mihi Salus, creator, comprehensor & Judex vniuersi.

Benedicat mihi Dominus, & custodiat me; ostendat Dñs faciem Suam mihi, & misereatur mei; conuertat Dominus vultum Suum ad me, & det mihi Suam pacem. Dominus ✝ benedicat me. Amen.

Exaudiat me Dominus in die tribulationis me, protegat me nomen Dei Jacob: mittat mihi auxilium de Sancto; & de Syon tueatur me. Amen.

Benedictio S: Vincentij confessoris.

Super ægros manus imponent, & bene habunt. Jesus Mariæ filius, mundi Salus & Dominus. Merita B: Mariæ virginis, Sanctorum Vincentij, Dominici, Francisci, Vbal-di confessor. & Beati P. N: Philippi sit mihi clemens & propitius. Amen.

Dominus Jesus Christus apud me sit, ut me defendat; intra me sit, ut me conseruet; ante me sit, ut me deducat; post me sit, ut me custodiat; super me sit ut me benedicat. Qui cum Patre & Spiritu Sancto in unitate perfecta uiuit & regnat Deus benedictus in Sacula Saculor. Amen.

Benedictio Dei omnipotentis Patris & Filij, & Spiritus Sancti, descendat super me, & maneat semper mecū. Amen.

Iesus autem transiens per medium illorum ibat, obscu-
:rentur oculi eorum nè uideant, & dorsum eorum semper incura. Iesus in nomine tuo saluum me fac, & in virtute tua libera me. Intret super eos formido & pauor in magnitudine brachij tui Domine. Fiant immobiles quasi lapis donec pertran-
:seat populus iste quem possedisti. Saluator noster qui per sanguinem tuum & Crucem saluasti mundum, salua me hodie & omnibus diebus vitæ meæ. ✝Agyos o theos, ✝Agyos yschirios. ✝Agyos athanatos ✝ eleison ymas ✝ Agla aglati, Tetragrama-
:ton. Nomina sanctissima, diuina crux Christi protege me. Crux ✝ Christi defende me. O crux ✝ Christi ab omni malo libera me: O Crux ✝ Christi salua me omnibus diebus vitæ meæ. In nomine Patris ✝ & Filij ✝ & Spiritus Sancti ✝ Amen.

Exercitium & orationes ante Sacramentalē confessionem.

Et primo non inutile documentū de confessione aduertendū.

Cum renati in Chrō homines; ut humanæ fragilitatis est; sæpius in grauia eaq3 uaria peccata recidant. Saluator noster Chr̄s Iesus Sacramentū pœnitentiæ in remedium pecca-
:torum instituit, ut esset nobis post sacri fontis lauacrum, velut secunda naufragij tabula. Adhunc enim usum dedit claues, Petro, quar̄ potestate, soluere & ligare, quib3 data est, possūt. Accipite, inquit Saluator, Spiritum Sanctū, quibus remiseri-
:tis peccata, eis remittentur. & quorum retin:ſ. Quamprimum enim peccator de commissis pœnitentiā agit, & ea ex-

toto corde auersatur, vera fiducia erectus ad thronum gratiæ
& misericordiæ confugit, certoq; sibi persuadet, se in hoc sacra-
mento accipere, quod Christus promisit, consequiturq; id quod cre-
dit, sitq; uoti compos per fidem veram in Deum & contritionem
sinceram, & propositum firmum non amplius, cum Dei gratia, peccandi.
Hæc enim uis est, accedente Sacerdotis absolutione, sanctifi-
candi, quæ potestas fundata est in institutione & uerbis Christi:
qui ad hoc officium suum ipse potestatem Sacerdoti demandat, cum
inquit: Quemadmodum misit me pater meus, sic ego mitto vos: Ac-
cipite Spiritum Sanctum; quorũ remiseritis peccata, remittuntur
eis: & quorũ retinueris, retenta sunt. Quandoquidem ergo Sacer-
dotes, non tantũ absoluendi; sed & ligandi potestatem habent, eisq;
utrumq; datur & committitur à Deo, intelligitur sanè Sacerdo-
tem habere potestatem iudicandi, quatenus utriusq; clauis
vim & potestatem accipit. His autem clauibus uti non potest,
nec munere suo perfungi, nisi prius intelligat, quibus condonare
aut reseruare debeat. Hæc autem cognitio non potest aliunde
prouenire, nisi ex confessione, & propria peccatorum narra-
tione. Cum enim peccata multa, eaq; grauia in occulto cõmittan-
tur, ac ista clanculania delicta multum vulnerent & occidãt,
sintq; interdum grauiora & periculosiora ijs qui palam fiunt, non
potest Sacerdos de ijs satis iudicare, nisi is qui peccauit, ea re-
citet, & abscondita sua uulnera ostendat. Iam quia peccamus
quotidie, æquum est, ut singulis diebus Speciali, vel generali
quadam confessione nostras culpas deprecemur, nos reos iudi-
cemus, & Deum ex toto corde pro gratia & venia inuocemus. Quod
his sequentibus & similibus verbis cum magna attentione, col-
lectione animi ac spiritus, attritione & contritione, fieri potest.

X2
15

Generalis peccatorum confessio.

Inter miseros peccatores ego longe miserrimus, confiteor Deo Patri meo cœlesti, & Jesu Chro Dño Redemptori & Sal-
:uatori meo, Mariæ Deiparæ Virgini, & omnibus Sanctis, quod sæpe & multum peccaui, & heu mihi grauiter deliqui contra Do-
:minum Deum meum. incredulitate, & diffidentia: nec diuinam Maiestatem, ut debui, supra omnia amaui: nec proximum meū ex animo ut meipsum dilexi; sed multa aduersus eum iniqua machinatus sum, ac etiam perpetraui. Deinde ex diuinis præ-
ceptis nè unum quidem, ut par fuit obseruaui, sed uoluntati diuinæ, ac mandatis altissimi reluctatus sum. Agnosco me reum, & culpam meam confiteor, quod plurimū nempe deli-
:qui prauis cogitationibus; verbis iniquis, & operibus impijs, Siue ea crimina sint mortalia, quotidiana & occulta: Siue ma-
:nifesta, scienter & ignoranter commissa, contra Dei amo-
:rem, cultū & honorem; contra proximi dilectionem; quemae-
:modum tu o Deus omnipotens in me misero peccatore omnia mea malefacta agnoscis. ego autem vitys excæcatus, ea nec vi-
:dere, nec agnoscere possum. Hæc omnia summatim colligo, & singulis excusis omnium me dico reum, nec aliud possum quam deprecari. Te igr oro æterne ac misericors Deus, sis propitius mihi misero & deplorato peccatori per immensam gratiam & perennem misericordiam tuam, per filium dilectum tuum hominum nostrum Jesum Chrum. Amen.

Alia generalis confessio, & iniustiæ propriæ agnitio

Non possum non me ipsum accusare miser ego peccator. Con-
:fiteor ergo Deo Patri omnipotenti, & dilecto eius filio Domi-
:no Jesu Chro Redemptori nro, nec non beatæ Virgini Mariæ

Dei genitrici & omnibus Sanctis. Confiteor ex toto corde meo omnia peccata mea, & multiplices transgressiones diuinor̃ præceptorum, & æternæ voluntatis Dei; quæ quidem vitia sic in carne mea accumulata sunt, vt innumerabilia existant; quemadmodum arena in littore maris, & quemadmodum onus graue, aggrauata sunt super me delicta mea. In quibus hucusq; ō Deus, secundum eius voluntatem, qui princeps est mundi huius, vitam transegi, & carni meæ obsecut⁹ sum, & quicqd prauæ cupiditates suaserunt, feci. In vanitate meâr cogitati,, :onum; in otiosis verbis & inutili loquacitate, in stultia operum, in cæcitate cordis, in philautia & mei ipsius ridiculo amore, in externa & simulata probitatis specie; deniq; in fucata & mortua quadam fide, tempus omne. quod mihi Deus. ad salutem meam lucrandam concesisti, impiè & perditè consumpsi. Heu me miserum! nec insidijs & insusurrationib⁹ maligni spiritus; nec meæ carnis desiderijs digna fortitudine & conatu serio repugnaui; sed his omnibus morem, spreta Dei in meli⁹ vocatione, gessi; neg,, :lecta interim etiam sancti spiritus fida admonitione, diaboli, car,, :nis & mundi persuasionib⁹ & delectationibus obsequutus sum. Et sic Deum meum ac Dn̄m meum multum nimis offendi, & grauiter con- :citaui. De his omnibus peccatis vehementer doleo: eorumq; me ex toto corde poenitet. Nunc autem venio miser ego pec,, :cator, in tempore gratiæ & misericordiæ ad diuinam maiesta,, :tatem tuam, ac ad poenitentiæ remedium confugio, & Deum meum supplex exoro; vt dignetur mihi ueram, & Christiano ho,, :mine dignā fidem ac ueram omnium peccator̃ meor̃ contritionē donare, ac ut frigidum cor meum ardore sui amoris inflamet, & accendat: vtq; propter filium suum dilectū Iesum Chr̃m

omnibus peccatis meis clementer ignoscat, & ueniam
largiatur: hocq; in te efficiat, vt adiuuante sua gratia, in + in me
dies me renouare possim, vt omnibus huius mundi illecebris,
& uoluptatibus ualedicam, & semel repudiata delicta con-
:stanter relinquam: vt imposterum temperans, sobrius, iu-
:stus, castus, obediens, clemens, mitis, modestus & humilis
existam; vt secundū voluntatem diuinam, in timore Dni,
in hac ærumnosa vita & lacrymarum valle possim conuersari:
ut mundo, omnibus peccatis & mihi ipsi mortuus, aduentum
Saluatoris Jesu Christi, pura conscientia fretus, bonis operib⁹
ditatus, purus ac sine crimine, lætitia spirituali & bona spe
plenus expectem

Confessio Sancti Bernardi.

In vnione doloris tui, qui causam doloris mei assumpsisti,
& emendationem pro peccatis meis suscepisti homine Jesu
Christe cum vniuersitate dolentium, & uere pœnitentium, & te in
ueritate quærentium, confiteor tibi omnia peccata mea, mala com-
:missa, & bona omissa, vel non pure aut negligenter facta, sicut tu ea
nosti in numero, pondere & mensura, & dies perditos vitæ meæ in
quib⁹ te offendi, & laudem tuam minui, & à te summo bono cecidi, &
proximum in casum traxi. Suscipe ergo homine de mea misera
uita residuum annor meorum: pro his uero quos uiuendo perdidi, qu-
:ia perditè vixi. Cor contritum, & humiliatum Deus non despicies.
Dies mei declinauerunt, & perierunt sine fructu. Impossibile est
enim ut reuocem eos: sed placeat tibi ut ~~reuocem~~ recogitem
illos in amaritudine animæ meæ. Homine abyssus profundissi-
:ma miseriæ meæ; abyssum inuocat altissimæ misericordiæ tuæ.
Ne contineas intra miserationes tuas, & fontem inexhaustæ

misericordiæ tuæ circa me excsicari non permittas propter
peccata mea qui misereris omnium, & nihil odisti. eor quæ fe-
cisti, dissimulans peccata hominū, propter pœnitentiam. Tuum
est Dñe remittere peccata: miserere mei dum tempus est græ
& miserationis, & dum tempus est emendationis, da mereri.
gloriam benedictionis, nè in die consumationis me seriat verbū
maledictionis. Fac me quæso Dñe assueta mala relinquere, &
tibi placita opera agere, vt studium quod hucusq; in peccatis ex-
ercui, te adiuuante deinceps in tua voluntate exerceam, ut vbi
abundauit delictum, tua gratia reabundet. Et rogo te propter
temetipsum, & per amorem pyssimæ matris tuæ gloriosæ virginis
Mariæ, & per intercessionem omnium sanctorum tuorum, atq;
electarum tuarum, vt ignoscas omnibus iniquitatibus meis, negli-
gentijs & ignorantijs: & ne perdas me cum iniquitatibus meis, neq;
in finem iratus reserues mala mea. Recordare homine Jesu,
quia tuum non est perdere quicquam ex eo quod pater tuus dedit
tibi: sed tuum est proprium misereri semper, & parcere, ne-
minem perdere, sed saluare, quia pater tuus misit te in
mundum, non ut iudices mundum, sed ut vitam habeamus
per te, ut sis pro nobis non contra nos. Quod enim debuim⁹
tu soluisti, quod peccauimus tui luisti, quod neglexim⁹ tu
suplesti. Proficiat ergo mihi Dñe nunc, & in extremis:
meis plenaria, imo superflua satisfactio tua, amara mors tua,
& pretium fusi sanguinis tui, renouatio satisfactionis tuæ, ve-
nerabile mysterium corporis & sanguinis tui, quod tibi
quotidie offertur in Ecclesia pro salute fidelium. In quo
tu ipse es sacerdos, & sacrificium, ille qui offert, & ille cui
offertur, & hoc quod offertur ad promerendum in præsenti

gratiam quam non merui, ad obtinendum in futuro regni
:em & gloriam. quam tua pia Passio impetrauit. Imperfe
:ctum meum bñe viderunt oculi tui, Sed tu pie Deus nè im
:putes mihi ad æternum Supplicium, qui omnia ad Summum bo
:num optime & perfectissimè præordinasti: & nè permittas
me deleri de libro vitæ, Sed offer mihi portionē quæ me con
:tingit in Subsidium tuæ videlicet pretiosæ passionis, cum
qua hominem uoluisti habere tibi cohæredem in terra viuen
:tium. Te igr̃ bñe moueat, & inclinet ad misericordiam hu
:manæ fragilitatis consideratio, qui nosti quæ sit hominis substan
:tia, & quod non variè constitueris hominem Super terram, &
conuersa in me opus tuæ pietatis, ne incassum circa me labora
:ueris, & nè infructuosa sit in me immaculati cruoris tui effusio.
Tu enim qui es purificationem faciens peccatorum, præsta ut
emundatus ā peccatorum Sordibus, & illuminatus acie mentis
cognoscam te, meq; agnoscens in directione cordis mei iugiter
ad te tendam, ut felici exitu ad te merear peruenire Jesu
Christe. Qui cum deo patre in vnitate Spiritus Sancti vi
:uis & regnas. Per omnia Sæcula Sæculor̃. Amen.

Alia ante Confessionem oratio.

Tibi Soli peccaui, & malum coram te feci domine, tibi inquam
qui me ad imaginem & Similitudinem tuam condidisti, tibi qui
me ratione præditum, gratiæ participem, gloriæ tuæ sempiternæ ca
:pacem esse voluisti: tibi inquam qui infinitis me tuis beneficijs in ho
:diernum diem ornasti, protexisti, conseruasti, nè præcipitem me
diabolus & mors in infernū meis peccatis debitū deturbaret. Etiā
nè verò tibi bñe Jesu peccaui, quia pro me nasci, immouero mori
dignatus es. tibi pro me flagellis cæso, Spinis coronato, cruci affi

;xco, morte infami achorrenda necato. Tibi Redemptori meo pec-
:cauí. Sacro Sancta Saluatoris mei vulnera neglexi, mortem contem-
:psi, rursum Christū crucifigens, & Sanguinem testamenti conculcans.

Sed memini te testamentum hoc instituisse, ut esset quasi bal-
:neum Sacrum & diuinum, in quo lauares nos, & mundares à pecca-
:tis nostris in Sanguine tuo pretiosissimo.

Ergo Domine miserere misericordiam tuam poscenti, peccata tua ingemiscenti, veniam speranti ac petenti, gratiam tuam postulanti, emendationem promittenti. Miserere & patri me reconcilia, vt inter infinitos peccatores gratia tua saluatos olim laudare te, & glorifica-
:re possim in Sæcula.

Et tu ō refugium peccatorum, & misericordiæ mater Maria, vos quoq; omnes Sancti Angeli, Patriarchæ, Prophetæ, Apostoli, Martyres, Confessores, Virgines, siue quos immaculatos in via præseruauit, siue quos ex fœdis peccatoribus candidos ac iustos effecit Deus, adeste mihi, orate pro me, & preces meas Christo Dño meo offerte. Ego uestris precibus, & Dei mei miseratione fretus propono firmiter & pro peccatis præteritis satisfacere, & futura vitare, ad-
:iuuante gratia Seruatoris mei Iesu Christi, cui sit laus & gloria in Sæcula Sæculorum Amen.

Alia oratio, ante confessionem attente recitanda ad obtinendam contritionem.

Quid dicam Deus meus, & quid faciam? quid respondebo tibi ō custos hominum? Non est membrum in corpore meo, quod non effinxeris: non est facultas in anima mea, quam nō formaueris: opus manuum tuarum est corpus meū & anima mea: Creasti me, Deus, cum nihil essem. Non est membrum in corpore tuo, bone Iesu, nec virtus in anima tua, in qua pro me non patiaris, quam pro

salute mea non impendas. Pro me, & propter me flectis genua; pro me, & propter me fames, sitis, fatigaris, humiliaris: pro me, & propter me elevas manus, vocem, cor & mentem ac oculos ad Patrem æternum pernoctans in oratione Dei: pro me, & propter me pertetrebrantur sacræ manus tuæ, divini pedes tui: pro me & propter me configitur sacrum latus tuum: pro me & propter me veste alba & chlamide purpurea indueris & illuderis: pro me & propter me flagelaris ad columnam, spinis coronaris, cruci affigeris, blasphemaris: pro me & propter me ponis dilectam animam tuam. Vt ego ~~dilectam~~ miserrimus peccator, & mortis æternæ reus viuam, tu, Jesu mundi vita, in duro ligno crucis moreris ignominiosissime. O ineffabilis dignatio! pro peccatore, pro inimico Jesus, Dei & Mariæ filius, moritur. Et quam tibi pro his, tot ac tantis beneficijs habui gratiarum actionem? Heu mihi! non est membrum in corpore meo, nec facultas in anima mea, qua te non offenderim, qua, in contumeliam Creatoris mei abusus habeam, non fuerim. Mihi ea dedisti, ut ijs te colerem, vt ijs meam salutem, te adiuuante, operarer: & ego ijs te inhonoraui, ijs ego me perdidi. Va mihi, va mihi. Cor & caro mea contremuerunt in me Deus meus; non est pax ossibus meis ā facie peccatorū meorū. Quid faciam, & quo fugiam ā facie iræ tuæ, Deus, mundi creator! Jesu mundi reparator! ō Virgo, ō Maria aduocata mundi; refugium peccatorum, spes & anchora miserorum; deprecare pro me terræ vermiculo, deprecare pro me filium, ō Maria, quia peccaui nimis in vita mea. O Jesu fili Mariæ Virginis, ne auertas faciem tuam ā me seruo nequam. Jesu misericordissime, Dei, hominumq; mediator, aspice in me, & miserere mei: Patrē æternum pro me interpella, nē me absorbeant iniquitates meæ.

Aspice, Deus, aeterne, preces virginis intemeratæ, preces Matris filij tui, aspice, Deus, benignitatem pectoris & cordis tui. Benigne ac misericors Deus, offendi te, peccaui contra te, fateor Deus me me infinities peccasse: ac iniquitates meæ multiplicatæ sunt super numerum arenæ maris: non sum dignus qui vocer filius tuus, qui attollam oculos in cælum. Miserere mei, miserere mei. In te, in misericordia tua, in meritis filij tui, in precibus & patrocinio electæ, Dominæ meæ Virginis Mariæ, confidit anima mea. Miserere ergo mei miserrimi peccatoris, & proijce post tergum omnia mea. Placare mihi obsecro, & mediante Sacramento confessionis, ad quod accedo, reforma me benignissime Deus, ut tibi post hac digne seruiam, vt te nunquam amplius offendam; vt te misericordem Deum aliquando videam, tē cum Magdalena, cum Latrone, cum Maria Ægyptiaca, ac cum alijs peccatoribus quibus misericorditer indulsisti, laudem in sæcula sæculor. Amen.

Alia oratio pro peccatorum remissione obtinenda.

Domine Jesu Christe, Deus meus, & Saluator meus, qui ad saluandos peccatores in mundum venisti, ignosce mihi & salua me. O Deus meus, quid agam! quid dicam! peccaui coram te, & contra te, benignissime creator, & dulcissime Redemptor, miserere mei. Domine. Agnosco, Domine, scelera mea, & tibi confiteor: condona illa. Destitutus sum, Domine, omni pietate: vilissimus & abiectissimus peccator sum, nihil sum, nihil ex me valeo, adiuua me, Domine, & miserere mei. Vtinam, te Domine, nunquam offendissem! vtinam nunquam adiram prouocassem! vtinam, Deus, semper voluntati tuæ satisfecissem! Remoue à me, Domine, quicquid tibi displicet in me, & mihi nocet. Propono, Domine, me adiuuan-

te tua gratia te non amplius offensurum, occasiones̄q; de-
linquendi omnes vitaturum. O pijssime Iesu, miserere mei
miseri & abominandi peccatoris. Indignus sum â terra susten-
tari; suscipe me tamen per tuam misericordiam, ac sanctissi-
mæ vitæ passionisq; tuæ merita, nec non ob benedictæ matris
tuæ, sanctorumq; omnium intercessiones. Omnia scelera
& negligentias vitæ meæ, conijcio in tui immensi amoris flam-
mas, & infinitam misericordiæ abyssum, in sacratissima
tua vulnera, vt in ijs consumantur, mihiq; poenitentiam iniunge.
Laua me Domine, pretiosissimo sanguine tuo: quia vna illi⁹
gutta sufficit ad saluandum totum mundum. Salua me Domine,
ab omnibus plagis meis, quia tu es fons omnis salutis. Sancti-
fica me autor sanctitatis Deus meus, largire mihi sanctū
iudiciorum tuorum timorem. Concede mihi bone Iesu, do-
lorem & odium mei ipsius. Da dulcissime mi saluator, robur
ad mortificandas meas passiones. Da mihi, vt rectum de me
feram iudicium. Da ut seuere ā me exigam poenas ad satis-
faciendum iustitiæ tuæ. Da mihi saluator vt quamcunque
poenam, tribulationem, contemptum libenter recipiam in
satisfactionem pro delictis meis. Da, ut potius diligam mo-
ri, quam peccare. Da ut non modo timeam fugiamq; pec-
cata grauia, sed etiam leuia. Da mihi firmissimum pro-
positum non amplius peccandi. Da mihi gratiam perseue-
randi, & poenitentiam tota mea vita agendi. Amen.

Alia oratio ante sacramentalem confessionem.

Suscipe confessionem meam pijssime, ac clementissime Domi-
ne Iesu Christe, & da mihi obsecro veram cordis contritionē,
& lacrymarum fontem oculis meis, vt defleam diebus & noctib⁹

omnes negligentias meas, & peccata mea, cum humilitate, & puri-
tate cordis. Appropinquet oratio mea in conspectu tuo Domine.
Si iratus fueris contra me, quem adiutorem quæram? quis mi-
serebitur iniquitatibus meis? Memento mei Domine, qui Chana-
næam, & Publicanum vocasti ad pœnitentiam, & Petrum la-
crymantem suscepisti. Misericors Domine Deus meus suscipe
preces meas Salvator mundi Jesu bone, qui te crucis morti
dedisti, vt peccatores salvos faceres. Respice me miserum pec-
catorem, inuocantem nomen sanctum tuum, & noli sic attendere
malum meum, vt obliuiscaris bonum tuum. Et si commisi (vt vere
commisi) vnde me damare potes, tu non amisisti, vnde salvare so-
les. Parce ergo mihi, qui es Salvator meus, & miserere peccatrici
animæ meæ. Solue vincula eius, sana vulnera. Te Domine Jesu de-
sidero, te quæro, te volo, ostende mihi faciem tuam, & salvus ero.
Emitte igit̃ piissime Jesu meritis purissimæ, & immaculatæ semper
Virginis Mariæ Genitricis tuæ, beati N:, beatorum Angelorũ,
& omnium sanctor̃ lucem tuam, & veritatem in animam meam,
quæ omnes defectus meos in veritate mihi ostendat, quos con-
fiteri me oportet, & doceat, iuuetq; ipsos plenè, & contrito cor,
de explicare. Qui viuis & regnas Deus.

Oratio Manasses Regis Juda cum captus teneretur in Babylone.

Domine omnipotens Deus Patrum nostrum Abraham, Isaac,
& Jacob: & Seminis eorum iusti, qui fecisti cælum & terram cum
omni ornatu eorum, qui ligasti mare verbo præcepti tui, qui con-
clusisti abyssum, & signasti eam terribili & laudabili nomine
tuo: quem omnia pauent & tremunt à vultu virtutis tuæ, quia impor-
tabilis est magnificentia gloriæ tuæ, & insustentabilis ira com-

motionis tuæ super peccatores: immensa uero & inuestigabilis misericordia promisionis tuæ, quoniam tu es Dominus altissimus benignus, longanimis & multum misericors, & pœnitens super malitias hominum. Tu enim Domine secundum multitudinem bonitatis tuæ promisisti pœnitentiam & remissionem ijs qui peccauerunt tibi; & in multitudine miserationum tuarum decreuisti pœnitentiam peccatoribus in salutem. Tu igr Domine Deus iustorum non posuisti pœnitentiam Justis tuis Abraham, Isaac, & Jacob, ijs qui tibi non peccauerunt: Sed posuisti pœnitentiam propter me miserrimum peccatorem: quoniam peccaui super numerum arenæ maris: & multiplicatæ sunt iniquitates meæ, & non sum dignus intueri, & aspicere altitudinem cæli præ multitudine iniquitatum mearum: incuruatus sum multo vinculo ferreo, vt non possim attollere caput meum, & non est respiratio mihi, quia excitaui iram tuam, & malum coram te feci: non feci voluntatem tuam, & mandata tua non custodiui: Statui abominationes, & multiplicaui offensiones. Et nunc flecto genua cordis mei, precans à te bonitatem, peccaui Domine, peccaui & iniquitates meas agnosco. Quare peto rogans te, remitte mihi Domine, remitte mihi; & nè simul perdas cum iniquitatibus meis, neq; in æternum iratus reserues mala mihi, neq; damnes me in infima terræ loca: quia tu es Deus, Deus inguam pœnitentiarum, & in me ostendes omnem bonitatem tuam, quia indignum saluabis me secundum magnam misericordiam tuam, & laudabo te semper omnibus diebus vitæ meæ, quoniam te laudat omnis virtus cælorum, & tibi est gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Confessio miseri peccatoris ad exemplum

A filij perditi. Lucæ cap: 15.

Aspice animam meam, ô Pater misericordiæ, quam secun-
:dum imaginem tuam creasti, & pretiosissimo sanguine dilectissimi
filij tui mundasti. Hanc uerò ego peccatis meis sic pollui ac defoe,,
:daui, vt vix possim agnosci: ô Pater Optime, filius tuus fui,
quem tanta gratia comprehenderas, & beneficijs cumularas, ut
filius tuus vocarer & essem. Fui in domo tua cum honore & digni-
:tate. In Sacramento baptismi clementer me adoptaueras, filij
enim & hæredis locum nomen q3 mihi dederas. Sed ego ingrate
& impie me gessi; hæreditatem, tua clementia, mihi oblatam ne-
:gligenter administraui, ac turpiter uiuendo dissipaui. Flore ætatis;
robore iuuentutis; pulchritudine corporis & animæ; bonis omnib9;
voluntate mea; facultatibus præterea ad voluptatem carnis; ad
gaudia huius mundi; in superbia; crapula; inuidia; libidine; auar-
:itia; in acedia; in rebellione atq3 inobedientia; in libertate
carnis turpiter abusus sum. Nunc cum nihil mihi supersit, cum
omnia amiserim, cum merito meo diuina gratia, & amore sim
priuatus, sedeo iuxta aqualiculū vnde sues sorbent, iuxta lintrē
carnalium voluptatum, & tuæ gratiæ, ac dignitatis meæ, qua me
affeceras, oblitus sum. Cupiditatem meam furfuribus, porcorum
pastu, explere cupio: hoc est: quæro mundas & carnales delitias,
quibus me satiare gestio. Sed non nutrit iste cibus, non satiant
hæ glandes. Omnes enim temporales huius carnis & mundi
voluptates vanissimæ sunt, & veluti ventus euanescunt. Omnis
enim Caro fœnum est, & omnis gloria hominis veluti flos grami-
:nis. Hodie qui superbit diuitijs, cras subita paupertate moeret, ho-
:die incolumis incedit, cras infirmus decumbit: hodie viuit &
spirat, cras moritur, iacetq3 exangue cadauer; hodie in magna

pompa exultat; eras adfertur triste feretrum, & lamen-
tabile funus producitur. Te igr oro, o misericors Pater, auerte
faciem tuam à peccatis meis, neue eorum in ira & furore tuo
memineris. Respice me placatus, & miserere mei, Sum enim
longe infelicissimus & miserrimꝰ. Mea culpa, mea vita impia,
me tua gratia indignum feci: malis concupiscentijs vulnera-
tus Sum & lethaliter quidem; nihil enim Sani est in carne mea.
Sape Spiritum tuum Sanctum offendi, quod magis libidini meæ
obsecutus Sum, quam inspirationi diuinæ morem gessi. Sed ō
clemens Pater, te oro, nē projcias me à facie tua. Tu enim
à mundi †principio nullum peccatorem auersatus es, aut contemptum †excordio
reiecisti, qui corde contrito ac humiliato tuam gratiam aut au-
xilium expetijt. Sic igr & ego filius perditus ad te ō Pa-
ter benigne, in Summa necessitate venio, ad pedes tuæ ma-
iestatis me prouoluo, & Sine vlla reticentia, peccatorum meor
magnitudinem, pondus, veritatem & multitudinem confiteor.
Ita fecerunt, ut non Sim dignus, qui filius tuus dicar. Sed oro
te, ō Pater benigne & misericors, fac me Sicut vnum ex mer-
cenarijs tuis in domo tua. Da mihi ut pœnitentiam agam in
tempore gratiæ. Pasce me & foue pane verbi tui, & cibo
Salutari me recrea, vt Secundum Sermones tuos perseueranter
viuam, & per misericordiam tuam, atq; pietatem paternam
in gratiam recipi merear, & restituar in dignitatem filiorū
Dei; & æternæ hæreditatis portionem in aula tua cælesti nan-
ciscar. Amen.

Oratio seu Confessio sæpius ad Deum dicenda
pro Remissione peccatorum.

Cælestis Rex & Dominator toti, vniuersi, ō clemens &

benigne Redemptor. Infirmus ego & imbecillitate oppressus, qui
:què à perfectione quam tu desideras longissimè absum, ad te venio,
conscientia mea quotidie me accusat, & singulis momentis ex
:perior nullam esse in carne mea sanitatem: te offendo sine inter
:missione, omnes meæ cogitationes, verba & opera quæcunq; fa
:cio, quæcunq; omitto, esus, potus, somnus, vigiliæ, omnes mei, tùm
interni, tùm externi sensus ad malum sunt inclinati. Quo me ver
:tam ô bne: tu requiris à me integritatem & Iustitiam, & ad
hæc auxilium mihi tuum & robur promisisti, vt perficere &
exequi possim, quæ præcipis, & vis. Sed ô bne, voluntatem
meam tam peruersam deprehendo, vt non cupiam, & toto cor=
:de expetam quæ sunt necessaria animæ meæ. Non venit in
mentem meã vera pœnitentia & contritio, nec dolorem aliquẽ
ex peccatis meis capio, tãq; adeo vita impia me delectat, vt
bonitatis & dilectionis, omniumq; beneficiorũ, quæ in me mi=
:serrimũ peccatorem in morte ac passione tua contudisti, obliui
:scar. Peccata mea, O bne, tot sunt, ac tam grauia, quibus iram
tuam merui, vt animæ meæ iamdudum in abyssum inferni, &
perditionis fuerit migrandũ, nisi tu me auxilio tuo sustinuisses,
& gratiæ tuæ munijsses. Quod ergo funditus non interij,
tantum misericordiæ tuæ acceptũ fero: clementiæ tuæ salutem
meam debeo. Sed quid agam, desperem nè? Vicam cum parri=
:cida & latrone Cainn: maiora sunt delicta mea, quam ut ve=
:niam grãmq; merear? Procul hæc cogitatio recessat. Immo
sic dicam: Deus meus & Dominus meus, misericordia
mea, refugium meum, virtus mea, spes mea, Deus meus in
æternum benignus & misericors, patiens, mitis & multæ mi
:sericordiæ, pietatis & bonitatis, Deus meus solatiũ meum &

sus=

susceptor meus. Ne quaeso despicias me opus manuū tuar, neqs̄ proijcias me â facie tua propter peccata mea. Sed propitius miserere mei. Quapropter ad te accurro ō Deus Clemēnte, & coram te cordis mei desiderium effundo. Tu enim perpetuus mihi adiutor es. Confiteor in conspectu tuo, ō Deus, imbecillitatem meam, imperfectionem agnosco, multitudinem peccatorum meorum deploro. O caelestis Pater ō clemens, ō mitis, ō pijssime Deus meus, peccaui in te & in caelum. Non sum dignus qui vocer filius tuus, paterna enim bonitate tua, & leni imperio abusus sum turpiter ad meam perditionem. Fac me pater, sicut vnū de mercenarijs tuis, pasce & recrea me pane Caelestis tuae gratiae, vt sic confortatus, tibi in tua domo cum puritate & Iustitia per omnes vitae meae dies seruire & ministrare possim. O summe Deus, te humiliter oro, propter passionem, propter dilectissimam genitricem tuam; propter eam, quae te effusissime amauit Magdalenam, cui tu multa remisisti peccata, atqs̄ ipsi, ut in aeternam patriam perueniret, opem praestitisti. Mihi etiam misero peccatori sis propitius, me etiam misericors respice, auser â me peruersum huius mundi amorem, & carnis inordinatam concupiscentiam: ingere cordi meo ardentem gratiae & beatitudinis cupiditatem. Ita mihi benignissime Saluator veram poenitentiā de peccatis meis, & fac ut hoc ipsum desiderem, quod huc usqs̄ iusto ex delictis meis dolore non sum compunctus. Crea in me cor mundum, ut tandem reiecta omnia vitia mihi penitus displiceant. Concede vt per salutare hoc Sacramentum poenitentiae tibi possim reconciliari, ac vt in tempore in gratiam tuam

recipiar. Largire mihi firmum propositum vitam meam corrigendi, vtq; tua præsenti ope adiutus, robore suffultus, in bono perseuerem vsq; ad vitæ meæ exitum, & vt tandem ad æternam patriam, à peccatis & delictis totus emundatus, perueniam, vbi te perpetuo adorem, & venerer in regno tuo dominantem in omnia sæcula sæculorum. Amen——.

Resipiscentis Oratio, & humilis confessio, sæpius coram Deo dicenda.

Omnipotens æterne Deus, homine omnis gloriæ, & magnificentiæ, ecce ego infelix & indignus peccator, ad te creatorem & Deum redemptorem ac saluatorem meum suspiro, ac ad te iudicē meum clementem, & ad tuæ maiestatis solium accedo: multitudinē delictorū meorum agnosco, & ad pedes tuos eadem omnia humiliter proijcio, quibus primum sanctissimū nomen tuum dehonestaui, præcepta tua transgressus sum, voluntatem tuam, iussa tua floccifeci, corpus meum, & animam meam conspurcaui, misericordiæ & gratiæ tuæ infinitæ oblitus, & in malis perseuerans. Quoties o mitissime Deus inspirationem tuam, qua ad meliora me vocasti, quoties longanimitatem tuam, qua me obstinatum pertulisti, contempsi? Quoties non sine fœda ingratitudinis nota memoriam tuæ mortis pretiosæ, quam pro me misero subijsti, neglexi? Quoties illis quos tu in cruce redemisti, vita mea impura, scandala obieci? Quoties bonitate tua abusus sum? Nihil ō Deus operatus sum boni, nec ut tibi inseruiendo placerem, dedi operam: sed in prauis & improbis actionibus grauiter perstiti. Non sum dignus qui oculos ad te attollam meos. Sic vultum deijcere me cogit conscientia; & tua o Pater, quæ penitus me perspicit, maiestas me terret. Quo nunc fugiam? quo me locorū abdam? vbi me

furor tuus non comprehendat? Verum enim vero in hac con-
:sternatione mentis, hoc mihi occurrit, hoc cogito, quod tu sis Pa-
:ter meus indulgentissimꝰ, qui non vis mortem peccatoris, sed
misericordia multa super creaturam tuam mouearis. Ad te igitur
venio, qui ès Pater omnis miserationis, & Deus totius consolati-
:onis. Te accedo trepidꝰ ac timens, vt perditus ille filius. O Pa-
:ter benigne, per Summam tuam & inexhaustam pietatem,
condona mihi, & remitte omnia peccata mea, libera me ab iniustitia
mea per meritum vitæ tuæ Sanctissimæ, & mortis acerbissimæ. Re-
:cipe me in gram tuam, qua me excidisse desideo. Robur mihi
& vires suppedita, vt post hac ex tua voluntate vitam meam insti-
:tuam, in tua gratia persistam vsq; in vitam illam coelestem.
O dulcis Iesv, ō æterne Rex & regni coelestis gubernator, qui
inter Patrem tuum, & nos miseros peccatores mediator interce-
:dis, & noster aduocatus patrocinium præstas. Oro te propter
incredibilem illam charitatem, qua te de coelo in castissimum Vir-
:ginis vterum pertraxit; qua te etiam ad mortem crucis vsq;
perferendam commouit. Oro te per stillantes pretiosissimi tui
Sanguinis guttas, quas pro salute nostra perfudisti, vt me pec-
:catorem indignum consueta tibi gratia & misericordia foueas
& amplectaris, tantumq; in me efficias, vt Sanctissimæ vitæ
tuæ particeps reddar, & consors mortis tuæ benedictæ fiam,
vt tandem mundo huic mortuus, in tua charitate viuam & mo-
:riar, & exacto huius vitæ curriculo ad te in regnum tuum cæ-
:lestem in patriam tua gratia vt adscribar, per amara vulnera
tua te iterum rogo Christe Iesv, qui es super omnia Deus bene-
:dictus in sæcula sæculorum. Amen.
Auerte faciē tuā ā peccatis meis: & oēs iniquitates meas dele.

† perueniā, ac,

Alia oratio pulchra, qua se ipsum homo accusat, & à
diuina misericordia auxilium & robur petit, ad
bona facienda, & ut in fide constans permaneat.

Ecce plasmator meus, Deus meus, & Dominus meus multa rogaui, qui nec pauca promerui. Fateor hey fateor, non solum quæ postulo non debentur mihi dona, sed & multa, ac exquisita supplicia. Sed cum tu is sis, de quo seruus tuus quidã dixit: Miserationes eius multæ sunt, ac super omnia opera eius Misericordia & bonitas illius: & licet in omnibus sis mirabilis: mirabilior tamen crederis in exercitio Clementiæ & pietatis: nullum enim spernis; neminem abijcis: sed ijs qui ad te redeunt, & coram te peccata sua humiliter confitentur, clementem & benignissimum te eis exhibes: qua propter Deus meus & cornu salutis meæ; ego infelix peccator moesto ac perturbato animo ad te confugio. Ego te irritaui, offendi & malum coram te feci; tẽ ad iram prouocaui, confiteor tibi bñe peccata mea: scio enim, si pœnitentiam egero, parces & ignosces ut misericordissimo bñ. Si reuertar, suscipies me: benignissimus Deus: insuper dum differo sustines & præstolaris. Reuocas errantem, inuitas repugnantem, expectas torpentem; amplexaris redeuntem, doces ignorantem, lugentem consolaris; à ruina suscitas, post lapsum reparas, petenti largiris, pulsanti aperis & à quærente te sedulo inueniris. Cogito ô Deus, & bñe salutis meæ, quod viam mihi bene beate q3 viuendi ostenderis; quod uerò impiè facienti gehennã sis comminatus, & quod paradisi gloriam sollicitus sis tibi obtemperanti. Nunc te oro Pater misericordiarum, & Deus omnis consolationis, confige timore tuo carnes meas, ut quæ

minaris, metuendo, euadam: redde mihi lætitiam Salutaris tui, vt quæ spondes, diligendo percipiam. Fortitudo mea Dñe, firmamentum meum, Deus meus, refugium meum, & liberator meus. Suggere quid de te cogitem, doce quibus te sermonibus inuocem, da quibus operibus tibi placeam. Scio utiq; Dñe, quod tibi spiritus contritus sacrificij loco sit, quod tibi cor humiliatum, & contritum placeat, his me dita muneribus, quæ te delectant. Fac Dñe adiutor meus, & virtus salutis meæ, ne sim de numero eorum, qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Obumbra caput meum in tempore belli, spes mea in die afflictionis meæ, & salus in tempore tribulationis. En Dñe, rogaui quibus egeo, indicaui quæ timeo. O Deus miserere mei secundum magnam misericordiam tuam, & fac ut ad te perueniam in regionem viuentium Jesu Christe Fili omnia Deus benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

Sequuntur actus contritionis, ac amoris diuini.

Domine mi Jesu Christe verus Deus & homo, creator & Redemptor meus, pœnitet me ex toto corde quod offenderim te, quem debuissem super omnia amare, atq; vtinam amassem id quod cupio. Et te propter te amo, detestans peccata & omne quod à te seperat super omnia detestabilia, quæ incurrisse me malem, quam te offendisse. Et propono firmiter nunquam amplius te offendere, & omnes occasiones peccandi deuitare, remedia emendationis quærere, præsertim eorum peccatorum, quorum occasiones & remedia mihi peculiariter recogitanda agnosco: paratus item si quid alteri tenear restituere, deq; omnibus confiteri, & satisfacere. Quare in satisfactionem me totum cum corpore & anima

ac Spiritu tibi offero atq; deuoueo. Et confido quod merito pas-
:sionis tuæ amarissimæ; & pretiosissimi sanguinis tui effusi-
:one, omnia peccata mea sis mihi remissurus. Amen. „ Jesv „

Alius contritionis actus valde deuotus.

O Benignissime Deus meus, ô suauissime Jesv, doleo ex intimo corde meo, quod maiestatem tuam ac bonitatem infi-
:nitam peccatis meis multum nimis offenderim, quam debeo, & nunc volo amare, amoq; super omnia: idq; quia tu es Deus infinitè potens, sanctus, sapiens & bonus, cui peccatum supra quam dici potest, summè displicet & aduersatur. Quare propter hunc tui amorem, firmiter etiam statuo non am-
:plius te offendere; omnes peccandi occasiones fugere, rite confiteri, pœnitentiam implere; omne id, ad quod obligor, fa-
:cere. Imò vt plenius satisfaciam, remitto nunc ex animo, si quis me vnquam offenderit; meq; totum tibi offero, simulq; omnia, quæ mihi tolleranda erunt, vel agenda: vtq; suppli-
:citer peto veniam delictorũ meorum; ita spero fore per meri-
:tum pretiosissimi sanguinis tui, bone Jesu, vt impetrem quod peto, tuaq; adiuuante gratia vitam corrigam, & ad mortem vsq; in tuo seruitio sanctissimo perseuerem. Amen. „ Jesv „

Actus Diuini Amoris.

O Deus mi, veritas infallibilis, bonitas infinita, ego in te credo, in te spero, ego te amo super omnia, diligo te ex to-
:to corde meo, & ex tota anima mea, & ex omnibus viribus meis, firmissimè statuo omnia tua præcepta implere, & semper conformare sanctissimæ voluntati tuæ. Et propter te quid sit amo te? Sane ob hanc causam præcipue: quia dignus es infinities plus amari, quam amare possum, ob immensam per-

:fectionem tuam; imcomprehensibilem potentiam, altissimam Sa-
:pientiam, infinitam Sanctitatem ac bonitatem tuam; id est, pro-
:pter temetipsum, ō Pater, ō Filij, ō Spiritus Sancte; tres per-
sonæ, vnus Deus, super omnia amo te, qui es mihi omnia.
Amen. Jesv, Jesu, Jesv.

Alia breuis oratio, contritionis, & diuini amoris actus continens.

O Bone Jesv, Deus meus, amor meus, te super omnia
diligo propter te; quia ita amari infinities, plus quam pos-
:sum, dignus es. cur igitur te toties, tamq; enormiter offen-
:di? Ah vere, & ex animo pœnitet me, quod offendi te, quē
iam amo propter te, ō Deus meus & omnia. Amen.

Alia continens charitatem & contritionem.

Vnice amor meus, Jesv Christe. Te diligo super om-
:nia propter Temetipsum, ō Deus meus! Ah! doleo ex totis
medullis ~~meis ac~~ animæ meæ, me infinitam Maiestatem Tuam
offendisse; quia tu es Deus. ō parce propter temetipsvm!

Vel sic.

Ex toto corde Te diligo, ō Deus meus! qui hoc amore
meo infinities dignus es. Sed quare Te offendi? Vere ex
animo doleo de omnibus peccatis meis, idq; solum quia di-
:uinæ Tuæ displicent Maiestati.

Vel breuius sic.

O Summa bonitas, cur Te offendi? Intime me pœnitet. ita
nunc amo Te super omnia propter Te ipsum. O Deus!

Aliter & breuiter.

Diligo Te propter Te, ō mi Deus! Ah! quam doleo quod
offenderim bonitatem Tuam.

Vel hac ratione.

O Bone Jesv, ō Deus cordis mei! propter Te ipsum, qui infinite bonus es, amo Te super omnia! cur igitur Te toties, tamq3 grauiter offendi! Disrumpere, anima mea, ingenti dolore. Pœnitet, ah! Deus meus, & detestor peccata hæc mea; Statuoq3 me emendare, ac satisfacere; idq3 purè ex amore, quō fe, ror in te super omnia. Parce mihi, homine, & serua imposterum, me per meritā Tua, & inexhaustam bonitatem tuam. O Deus meus & omnia! Amen.

Vel sic, & breuius.

Ô Deus meus, doleo ex animo de omnibus peccatis meis, idq3 maximè, quia diuinæ Tuæ displicent Maiestati.

Aliter.

O Amantissime Pater, peccaui! Ex intimo corde doleo, quod offenderim Te, ōmi Pater! ō mi Deus.

Aliter.

O Iesu doleo ex amore Tui, quod offenderim Te. Peccaui! ō quam doleo, ex solo amore Tui!

Actus Charitatis.

O Magne Deus, Te amo super omnia! Te complector, & diligo ex toto corde, ex tota anima, ex omnibus viribus meis; & firmissimè propono, omnia mandata tua implere, omniaq3 Te aspirante peccata vitare. Et quare? Non alia causa, quiā ob immensam perfectionem, incomprehensam potentiam, altissimam sapientiam, infinitam sanctitatem & bonitatem Tuam. Siue propter Temetipsum, & quia omni amore dignissimus es, ō Pater, ō Fili, ō Spiritus Sancte. O Sanctissima Trinitas, ō Deus meus, & omnia. Amen.

Alius Charitatis actus.

Impense amo Te, bomine Jesv; & vtinam amem impensius! Æstimo Te, admiror Te, amo Te verè, ō vita animæ meæ! Sed quid ita? Quia Tu amor meus es: quia Tu omne bonum meum es: quia Tu Deus es, omni æstimatione, omni admiratione, omni amore dignissimus! Sed quantū amō Te? Super omnem magnitudinem, potentiam, gloriam & pulchritudinem ac dulcedinem: Super omnem amorem, Super memetipsum, Super omne bonum, quod Deus meus non est! Quis enim sicut Deus noster? Non est similis Tibi, ō Amor meus! cuius magnitudini nulla quantitas: cuius potentiæ nulla facultas: cuius gloriæ nulla dignitas: cuius pulchritudini nullus Splendor: cuius dulcedini nulla Suauitas: cuius naturæ nulla bonitas æquari potest. O Deus! ō Dominus, ō omnia!.

Vel sic.

Absorbeat me ignita vis amoris Tui ō Amor æterne! Dilatare anima mea, & vltrà te ipsam excurge. Fingam ego amoris ingenio vniuersas littoris arenas, non in vnum, sed mille mundos, eosq; pulcherrimos mihi excrescere: fingam singulas Oceani guttas in infinita maria exundare: fingam singulas res creatas nouum mihi cælum fieri, mille Seraphicis plenum amoribus: fingam denique hæc omnia mea esse: Ecce hæc eadem omnia Tibi cedo, Sponte dono, offero, centies millies, ō Deus cordis mei, & pars mea, Deus, in æternū! Quare? quia his omnibus, & innumeris alijs infinities dignus es. O Deus! ō Dominus, ō omnia!.

Vel iterum alio modo.

Quam pulcher es, Dilecte mihi! quam bonus es, ō vnica

delicia mea, Jesv Christe! Te diligo, ō vita mea, ō cor meum, ō gaudium meum, o Suauitas mea; ō Solum & omne bonum meum, ō Deus meus! Ad Te suspiro, clamo, anhelo! Te stringo intimis medullis, & totis præcordiorum amplexibus; quia Tu es Deus, ipsissima bonitas, amor æternus, sapientia inexhausta, potentia infinita, perfectio absoluta, . Et quid tandem poterit: diuellere ab amore Tuo? An voluptas brevis, opes caducæ, honor falsus? an vmbræ vmbrarum, nugæ nugarum, & ista, & illa? Non facient, ō bone Jesv, non facient! Ha gram ō amor meq. O Deus meus! ō Dominus meus! ō omne bonum meum!

Vel hac ratione.

Ecce homine, qui scrutaris corda & renes; Tu, spero, nosti, quia verè nihil volo extra Te. Quod si fallor, iam nunc cupio vehementer, & desidero vnum, idemq; per omnia velle & nolle Tecum ō mi Deus! Sed hoc parum est. ō mi Jesu, quā coarctor, donec perficias desiderium meum; quo volo totus accendi, Te diligere atq; complecti, non vno, sed omnibq, non hominū tantum, sed Angelorum affectibus, cordibus, viribus, in æternum & vltra! cur etiam? quia Tu es bonus, quia Tu es sapiens; quia Tu es potens; quia Tu es, qui es! Interea animi, hi durum esse poterit Tua præcepta implere? hæc & ista peccata vitare? hos mores corrigere? castum, ac sobrium esse? & inimicum meum propter Te, ō Summa bonitas amare.

NB: Actus isti contritionis, (& amoris) præcipuè tibi seruient de peccatis confessuro. Communicaturq; ō Seu celebraturq; actus charitatis ac amoris sapius dein, tius attentiusq; ruminabis, & quo sapius eò melius. Imò post peccatum commissum valde conueniens est, ad hos actq

contrictionis & amoris cum summa humilitate recurrere.

Precatio Pœnitentis, fiduciam suam in meritis Christi collocantis. Stanisl. Hosius.

Caro tua sumus, ô Iudex viuorum & mortuorum, sanguis tuus sumus, membra tua sumus qualiacunq; tandem, sed membra tamen esse tua nunquam desinimus, nunquam nos à corpore tuo, nunquam ab Ecclesia sancta tua, vel per hæresim aliquam, vel per schisma præcidimus: carnem tuam homine ne despexeris, carnem tuam ne odio habueris, carnem tuã ne condemnaueris. Nulla est alia spes, nulla fiducia, nulla gloriatio nostra, nisi quod Tu caro nostra es, quod nos caro tua sumus. Non gloriamur de meritis nostris, non habemus in illis fiduciam nostram collocatam. De hoc solo gloriamur, in hoc solo confidimus, quod membra sumus illius corporis tui, quod pro nobis passum, crucifixum & mortuum abunde pro peccatis totius mundi satisfecit. Quamobrem si merita à nobis requiris, ecce proferimus tibi merita corporis tui, quod cum de nostro sit, nostra sunt & illius merita. Proferimus tibi meritum passionis tuæ, meritum crucis tuæ, meritum mortis. Hæc sunt merita nostra, quæ tu clemẽtissime homine nobiscum pro immensa benignitate tua communicare dignatus es. Secundum hæc merita absolute iudicari postulamus, ijs meritis freti coram tribunali tuo nos intrepidi sistimus. Nostra sunt, quia nostri sunt capitis, nostri sunt corporis, à quo nos nefario schismate nunquã præcidimus. Hæc merita interponimus inter nos, & inter iudicium tuum, aliter tecum iudicio contendere nolumus. De quo solemniter protestamur. Amen.

Oratio deuota pro remissione peccatorum.

Fateor omnipotens æterne Deus, quod maiestatem tuã multoties offendi, sed cogito & mecum perpendo verba quæ ad nostram consolationem clementer admodum protulisti. Quocunq; die peccator ingemuerit, & de peccatis suis intimũ dolorem ostenderit, non vis amplius eorum reminisci. Hoc tuum est dictum. Ecce nunc miser ego gemens & plorans, ad te exclamo. Vlcera & vulnera mea grauiter foetent coram tuâ maiestate. Plenus sum cupiditatibus, nec est sanitas in carne mea. Ante te omne desiderium, & gemitus meus non est absconditus. Cor meum in me tremit pauore, & virtus mea me dereliquit, & lumen oculorum meorum non est mecum. Cur autem misericordiam tuam mihi deneges ô Pater misericordiæ? cum tamen antea mundaueras me per meritum amaræ passionis Filij tui Charissimi in Baptismo & sacri fontis lauacro? Sed amplius nunc laua me in salutari Sacramento pœnitentiæ, opus tuum inchoatum expoli, & absolue ô Cælestis artifex.

Auser â me omnem iniquitatem, omnia facinora mala, nec: vt lumen tuum Diuinum tenebras animæ meæ irradiet, concede: cor meum in amore tuo accende. Fac vt desiderium huius mundi, cupiditas carnis quæ proprium commodum & inanem gloriam affectat, â me penitus auferantur.

Purga me â delictis meis, quib⁹ proximum meum læsi, scandalum alijs dedi, nec minus tuam maiestatem offendi. Dele non tantum culpam, sed & pœnam, imo & radicẽ euelle, & fomitem extingue omnium meorum peccatorũ. Laua me fonte & aqua tuæ Gratiæ, cuius liquorem qui de,

gúſtat.

gustat, in æternum non sitiet, sed erit fons saliens in vitam æternam. Absterge me ô Domine humore lachrymarum, & verbi tui diuini rore me asperge, vt etiam inter illos sim, quibus dixisti: mundi estis propter verbum quod dixi vobis, vt sic mundatus, & sine macula in regnū tuum cæleste perueniam. Amen.

Confessio propriæ ingratitudinis, ex qua peccator ad pœnitentiam conuersus, certam rationem & modum prascribit. Margarita Euangelica.

O Domine ego sum prodigus ille filius, qui infinita mala contra te perpetraui, qui cum inocentem me creaueris, me tamen sine vllo rubore vilissimè dæmonibus & vitijs prostitui. Tu pro me crucifixus es, & humiliatus, & ego me exci. Tu nudatus, & ego auarus. Tu amaritudine repletus, & ego delicatus. Tu felle potatus, & ego crapula grauat. Tu totus laboriosus, ego uerò totus desidiosus. Tu pro inimicis orasti, ego non solum inimicos; sed & amicos odiui. Sed heu mihi, quid faciam? nunquid desperabo? absit, ferrum rubiginosum purgari potest, & ego per viam purgatiuam, lima contritionis, confessionis & satisfactionis me purgabo. Et sicut me per superbiam exaltaui, ita per humilitatem ero opprobrium hominum & abiectio plebis. Contra auariti-am, abrenuntiabo omnibus rebus transitorijs. contra voluptates, affligam me ieiunijs, fame & siti. Purgabo me etiam per gemitus orationis. Per ignem tuæ, & fraternæ compassionis, & per ardorem tuæ charitatis; & per abnegationem propriæ voluntatis. O Domine per amarissimam passionem, & mortem tuam propitius esto mihi peccatori,

Oratio ex libro meditationum Sancti Augustini. Vt Christus Jesus Iudex huius Saeculi venturus nostri peccatis nostris misereatur.

Fateor ô clemens & misericors Domine, quod plurimũ peccauerim, & conscientia mea damnationem meretur: pœnitentia uerò, heũ frigida nimis mea! non sufficit ad satisfactionem: Sed tua misericordia superat offensionem. Noli quaso pijssime Domine scribere aduersum me amaritudines meas; vt intres in iudicium cum seruo tuo, sed secundum multitudinem miserationum tuarum, dele sancte Deus iniquitatẽ meam. Va mihi misero, cum venerit dies Iudicij, & aperti fuerint libri conscientiarum, & cum dicetur de me. Ecce homo, & opera eius. Quid faciam tunc Domine Deus meus, cum cæli reuelabunt iniquitatem meam, & aduersum me terra consurget? Ecce nihil respondere potero, sed demisso capite pra' confusione, coram te stabo trepidus & confusus. Tu' ergo miserere, nè desperem. Etsi ego cõmisi vnde me damnare potes, tu non amisisti, vnde saluare soles & potes. Tu enim Domine non vis mortem peccatorum, nec lætaris in perditione morientium: imò ut mortui viuerent tu mortuus es, & mors tua peccatorum mortem occidit. Mitte manum tuam de alto, & libera me de manu inimicorum meorum, nè supergaudeant mihi, & insultent peccatis meis, & dicant: Euge, iam deuorabimus eum. Quis vnquam optime Jesv, de tua misericordia diffidat, qui cum inimici tui essemus, redemisti nos in sanguine tuo, & reconciliasti nos Deo. Ecce sub tua' misericordiæ vmbra protectus, ad thronum gloriæ, veniam postulans, curro, nec clamare &

& pulsare desinam, donec tu miserearis mei. Si enim ad
veniam nos vocasti veniam non quærentes; quanto magis Ve-
niam impetrabimus postulantes, ac eam toto corde expe-
tentes? Oro te mitissime Jesv, sis propitius & misericors
mihi miserrimo peccatori cum ad iudicium veneris: fac
ut in fine vitæ meæ, & extremo die meritum tuæ pretiosæ
mortis mihi subueniat, meq; saluet, vt in regno tuo te in æ-
ne æuum celebrare ac laudare possim, tibiq; gratias ag-
am sempiternas. Amen.

Alia ex eodem Sancti Augustini meditationum libro
desumpta oratio, qua nos Deo commendamus ac gratia
peccatorumq; remissionem poscimus.

Ne memineris dulcissime Jesv tuæ justitiæ aduers⁹
peccatorem tuum: Sed esto memor benignitatis
tuæ erga creaturam tuam. Ne memineris iræ aduersus
reum, Sed memor esto miserationis erga miserum. obliuisce,
re superbi, qui te ad iram prouocauit, respice nunc mise-
rum te inuocantem. Quid enim est Jesus nisi Saluator?
Ergo Domine Jesv, per temetipsum excurge in adiutoriu
mihi, & dic animæ meæ: Salus tua ego sum. Multum bñe
in tua bonitate confido, multum spero, quoniam tu ipse do-
cuisti, & iussisti nos petere, quærere & pulsare: & ideo
tua oratione admonitus, peto, quæro & pulso. Sed tu O
clementissime, qui iubes petere, fac ut accipiam: consu-
lis quærere, da vt inueniam: dicis pulsabo, aperi mihi
pulsanti, & ianuam gratiæ tuæ mihi reclude. Confirma
me infirmum, repara me perditū per Confessionis sacra-
mentum, suscita me mortuum per pœnitentiæ virtutem:

& omnes sensus meos, cogitationes & actus dirigere & guber-
nare digneris in beneplacito tuo; vt de cætero tibi in omni
puritate ac sanctitate seruiam, tibi viuam, tibiq3 me totum
tradam. Scio Domine mi, quia ex hoc quod me fecisti, debeo
tibi me ipsum: & quia me redemisti; & pro me homo factus
es, deberem tibi plus quam me, si haberem; quanto tu maior
es, pro quo dedisti teipsum. Ecce nec plus habeo, nec quod
habeo dare tibi possum sine Te. Ideo accipe me tu, & trahe
me ad te, vt tuus sim imitatione & dilectione, sicut tuus
sum conditione & creatione. Qui viuis & regnas &c.

Exercitium sub: & post Confessionem.

NB. confessionis obeundæ ratio & documentum.

1. Da operam, vt confessionem aggrediaris, non ex frigida
consuetudine, sed ex vero virtutis, pœnitentiæ sensu &
dolore, ob offensum summum bonum. Et quasi ad iudicium Dei
vocatus esses, audiens. Surgite mortui, venite ad iudicium.
præpara animam tuam per omnia puncta examinis quotidiani.
Atq3 hæc omnia, & ipsam confessionem ita perage, ac si ea, tibi,
finita mox moriendum esset.

Secundo. Dum procedis ad confessionale, humiliter tuas per-
pendens miserias: Cogita te ire ad iudicium coram Deo, &
lauacrum Sanguinis Christi. Illic implora opem Sanctorum,
vtere formulis actuum contritionis & alijs orationib3 (quæ
hic præcedunt) ante Confessionem. Dum præstolaris acces-
sum ad Sacerdotis seu confessarij tribunal, reuerenter insiste
augendæ contritioni, & rationi ac modo practico emendandi

te.

Huc seruient suspiria sequentia.

O Deus meus! doleo ex animo de omnibus peccatis meis, idq; maxime, quia diuinæ tuæ displicent maiestati. O Iesv, doleo ex amore tui, quod offenderim te, ô quam doleo Devs, solo amore tui! O anima mea nunquid iterum hoc patrabis? Sanguinem Christi calcabis? absit mi Deus, mi Iesu.

Plures huiuscemodi actus contritionis inuenies hinc paulo superius, aliosq; verò hic mox sequentes.

Tertio. Ante confessionem genu flexus, habitu supplicis ac pœnitentis signans te cruce dic: Benedic Pr̃. quo benedicente. dic. Confiteor. quo dicto, recense humiliter peccata tua: accusando te breuiter, distincte, & cum signo doloris. Ne uerò ex pudore quidpiam reticeas, cogita testare in conspectu Dei, cui confiteris, qui omnia nouit & nil impunitum relinquit. Consultum uero sit, vbi de materiæ sufficientia dubitari possit, addere aliquod peccatum grauius ex prius confessis. Vt: De his, & omnibus alijs meis negligentijs, actibus otiosis, & peccatis totiꝰ vitæ meæ, maxime, hoc & hoc me etiam accuso, doleo & propono emendationem, & peto salutarem pœnitentiam, mea culpa. Ideo.

Quarto. Confessarium audi humiliter, & obserua admonitionem, ac pœnitentiam. Cogitans quanto maior sit iniquitas tua. Ad absolutionem, cogita tibi applicari merita passionis Christi, te decumbentem sub cruce, lauari sanguine è latere Chri̇ effluente, atq; emortuum viuificari, vel quod à dæmone ligatus, soluaris à Chro exultantibus Angelis &c:

Quinto. Post confessionem ingentes gratias Deo.

age. *Sic cum magno affectu dicendo.*

Benedic anima mea Domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Qui propitiatur omnibus iniquitatib⁹ tuis; qui sanat omnes infirmitates tuas. Qui redimit de interitu vitam tuam: qui coronat te in misericordia & miserationibus. *Hic iterum seruient formulæ actuũ contritionis superiꝰ descriptæ, item orationes, infra positæ, post confessionem, ac etiam actus qui sequuntꝰ contrit: Pœnitentiam iniunctam, mox humiliter & deuotè explere stude, ac alias deuotas oratiunculas, quas dicunt, iaculatorias, indulgentiarum consecutionẽ; corporis afflictionem, Eleemosynamq́ꝫ, ad pœnitentiam superadde. Singulariter uerò propositum emendationis renoua, ac occasiones peccandi, omneq́ꝫ peccatum vitandi firmiter statue ac propone; propositum uerò firmissimè omni studio seruare memento, ac millies potius mori elige, quam Deum vel leuissime offendere. Hæc vt omnia firmiter obseruare valeas. Dei gratiam adiutricem ardentissimis precibus exorabis.*

Oratio iam iam accesuri ad confessionem.

Pater misericordiarum, & totius consolationis Deus, ecce vt prostratus hic tibi ante te, acerbissimè dolens de omnibus peccatis meis. Respice in me benedicte Jesu, miserere animæ meæ, succurre creaturæ tuæ, quã tanto amore creasti, & tanto, tamq́ꝫ pretioso sanguine tuo redemisti. Doleo mi Jesu dulcissime. Doleo ex toto corde de omnibus peccatis, iam inde, ex quo bonum ã malo discernere potui, commissis vtq́ꝫ in præsentem horam, atq́ꝫ vtinam multo magis pro ipsis dolerem! istis

enim offendi te Creatorem, ac Redemptorem meum, & iam confidens in misericordia tua, propono ea omnia iam inte-
:gre confiteri, seriosq; vitam emendare adiuuante gratia tua, à qua omne bonum dependet. Adiuua Domine Deus pau-
:perculam animam meam; & tu Virgo gloriosa Mater Dei, in-
:terueni pro me apud vnicum filium tuum. Et vos Sancti Pa-
:troni mei N: N:, omnesq; cæli ciues orate pro me pec-
:catore. Et quia non sum sufficiens ad impetrandam hanc gratiam; rogo te S: Angele custos meus, vt offeras hanc bo-
:nam voluntatem meam Deo meo, vt hanc confessionem per-
:fectè faciam ad laudem & gloriam Dei, & salutem an-
:imæ meæ. Amen. Deus propitius esto mihi infelicis-
:simo peccatori. Jesu fili Dauid miserere mei.

Actus sub Absolutione confessionis.

O Jesu infinite amabilis, doleo propter te, quod to-
:ties, nunc & tota vita offenderim te. A peccatis meis in-
:sanguine tuo laua me. Amo, & amabo ex hoc in æternum
te, non permitas me separari à te, sim totus tuus, & tu to-
:tus meus in æternum.

Oratio post confessionem.

Benignissime Jesu, per cordis tui contritiones, & tuæ passionis merita, supplere digneris omnem defectum contr-
:itionis & confessionis meæ; & concede, vt diligentius so-
:lito peccata omnia, & eorum occasiones fugiam. Quod in tua gratia firmiter confidens, firmissime propono, eligens potius quodlibet malum, aut damnum subire, & perpeti, quia scienter & ex proposito te offendere, voluntatemq; tuam vel in minimo transgredi. Adiuua me Domine Deus,

meus, quia sine te nihil possum.

Alia post confessionem oratio.

Sit tibi Domine obsecro, meritis beatæ semper Virgi-
nis genitricis tuæ Mariæ; & omnium sanctorum grata
& accepta ista confessio mea: & quicquid mihi defuit nunc,
& alias de sufficientia contritionis, de puritate & inte-
gritate confessionis; suppleat pietas tua, & misericor-
dia infinita; & secundum illam digneris me habere ple-
nius & perfectius absolutum in cælo. Qui vivis & regnas.

Pœnitentia Christo charissima, ex praxi
Præs: bei, Pat: Eusebij Norinberg: S.J.

Conforma brachia in modum crucis; dirige hanc actionem
in Deum, vt illi placeas, iunge eam actioni Christi crucifi-
xi; & eleua ad desiderium, & voluntatem moriendi in
cruce ob Dei amorem. Subhac vero actione meditare de
passione & cruciatibus Christi. Sic aptè iuncta contem-
platione actioni, & imitatione doloribus. Frequentare etiã
expedit aquam lustralem, eliciendo simul actum doloris
applicatum particularibus imperfectionibvs.

Actus contritionis S: Guilelmi
ex Surio Tomo 1.

Respice Domine mi, hanc ouem perditam, admitte
hunc filium prodigum, qui vitam egit inter immunda
animalia. Miserere mei secundum magnam misericordiã
tuam. Da mihi Spiritum, per quem omnia amore tui con-
temnam. Ego Domine sum tuus, & nolo te offendere,
& doleo, quod te offenderim. Tu enim es, qui omnem
honorem mereris, cum sis Deus Deorum, & Dominus

dominantium, thesaurus infinitorum bonorum.

Actus contritionis plenior, efficatior.

Ex P: Francisco Pauono. S:J:

Omnipotens sempiterne Deus. Trinitas ineffabilis, Pater, Fili, Spiritus Sancte, principium bonorum omnium, & Do-
:mine totius vniuersi. Ego N:N: abominabilis peccator, conspectu tuo indignissimus, prostratus ante infinitam bonitatem & clementiam tuam, doleo toto corde, & poeni-
:tet me, ac toto affectu abominor scelera, & peccata mea, tanquam indignas tui offensas. Quia nempe ijs contrista-
:ui infinitam, immensam, æternam maiestatem tuam, ageri-
:do contra rectissimam & sanctissimam tuam voluntatē, & contra tuas sanctissimas leges, ac præcepta iustissima. Quia feci tibi iniuriam grauissimam, peccando cōra summa bonitate & sanctitate tua. Quia te Patrem am-
:antissimum meum, qui mei nullatenus indigus procreasti me. Secundum naturam & gratiam, Te Deum & Sum-
:mum bonum meum dereliqui, sequendo mea peruersa desideria, & adhærendo vilitati creaturarum. Quia peccando detraxi, & surripui Sum gloriam, quæ ex meo dissensu in peccata tibi resultabat; surripui sum seruū, quem tibi tibi æterne Pater, pretiosissimo sanguine tui Filij redemisti. Quia meis culpis toties reiecī infini-
:tam tuam bonitatem, quæ me continuo suis disponit au-
:xilijs ad se mihi communicandam per gratiam in hac vi-
:ta, & in altera per beatam suimet visionem. Quia peccata mea occiderunt Filium tuum. Quia iniuriam feci tanto eius amori, quo cum esset verus Deus, voluit

eximanire maiestatem, & pro me dare se in pretium & cibū. Quia non respexi, nec æstimaui sacrosanctum & diuinum eius sanguinem, quo me lauit, & sanctificauit per sacramenta Bap-tismi & pœnitentiæ; ac sacra Communione refecit; imo peccan-do tractaui ipsum velut rem profanam & immundam. Quia, quantum in me est, feci inefficacia infinita merita eius, eius exemplum, eius gratiam. Quia feci iniuriam tibi, ō Sancte Spiritus, separando me ā tua amicitia, & profanando ha-bitationem, quam tibi consecrasti Sanctissima vnctione gra-tiæ tuæ. Quia denique amo te, ō mi Deus, super omnia. Et vt tibi satisfaciam, & complaceam, offero mea omnia, & animā & corpus ad pœnas æternas, si ita volueris. Et quia ego nihil sum, & nihil est valor operum, & pœnarum mearum compara-tione offensionum tui: offero tibi pretiosissimam passionem & infinita merita, & pretium Iesu Christi pro me solutum. Fle-ctе, Pater, oculos infinitæ tuæ Clementiæ in Speciosissimam faciem Filij tui, cuius ego membrum sum, & per quem veniā precor. Cuius etiam meritis & auxilio fretus, toto cor de propono, coram Beatissima Virgine Domina mea, & Angelo meo custode, ac tota cælesti curia, nihil vnquam agere, con-tra Sanctissimam tuam Voluntatem.

Oratio vtiliter adhibenda ad pœnitentiæ à Sacerdote iniunctæ adimpletionem.

Benignissime Domine Iesu Christe, suscipe hanc Satis-factionem, pro peccatis meis, quæ quidem nullatenus conferi potest cum multitudine & magnitudine iniquitatis meæ, qua te Dominum & Deum meum grauissime offendi: Sed confido omnia peccata mea in flagrantissimum ignem immensi amoris

ac misericordiæ tuæ, vt in illo igne conflagrent: & accipio mihi ex abundantissimo thesauro meritorum tuorum, quicqd indignæ huic meæ Satisfactioni deest: non enim in mea, sed in plenissima ac superabundanti Satisfactione tuæ Sanctissimæ vitæ, passionis ac mortis confido. Succurrant mihi merita tua, pijssime Saluator, & ex ijs supplere digneris, quidquid huic meæ pœnitentiæ, heu nimis paruæ ac frigidæ, deest: vt temi-
:serante me liberet ab omni pœna peccatis debita, etiam pur-
:gatorij: quatenus diuinæ tuæ bonitati placet; & me faciat tibi plene & perfectè reconciliatum, vt in nouitate vitæ tibi viuam ac seruiam secundum Sanctissimam voluntatē, ac beneplacitum tuum. Amen.

Alia oratio post peractam pœnitentiam.

Ecce Sanus factus es, iam noli peccare, nè deterius tibi aliquid contingat. Joann: 5.

Ita est Redemptor clemᵗˢˢⁱᵐᵉ, medice humani generis amantissime. Sanasti me Sanguinis tui pharmaco pretiosissio, oleum suauissimum ex lateris tui fonte Sacratissimo haustū, mihi saucio infundere non renuisti. O Samaritane benig-
:nissime, agnosco tuum amorem, misericordiam infinitam am-
:plector. vindicasti me ā morte, filium judicio & volunta-
:te tua fecisti; hæreditatem vitæ æternæ ad me testamento tuo peruenire voluisti. Ō miranda & stupenda cæcitas cor-
:dis mei, quid post tot & tantas curationes misera ægritu-
:dine pereo? & manu Saluatoris toties tactus, morbis tamē conficior? væ mihi misero, si tot medicamentis Sanitati non restituar, si nihilominus corpore & animo vitiorum morbis ero obnoxius. Quid igitur facies bone Jesu? Tu adhibes medici-

:nam; Sed æger veneno delectatur: morbum propulsas; ille pe,
:stem sibi accersit: tu vulnera alligas; ille obductam cicatrice
refricat: manum admoues; ille reiçit. Quid in te reperi,
Summa bonitas Homine Deus meus, vt tam alienum à te an,
:imum habeam? quid in :e inueni, quod tanto dignum amore
iudicarem? Quoties Homine affirmare possum, me ex faucibus
mortis tua bonitate ereptum: & quoties ego memet miser
perdidi? Vtinam digneris vel hac vice mentis mex aperire
oculos, vt me, & te ipsum agnoscam, me ut fugiam, tanquam pe,
:stem, te autem ut Seguar omne bonum. Amen.

Motiua ad pœnitentiam, siue detestationem, & dolorem de peccatis, ac remedia.

Primo. Motiua communia sunt, Perpendere 1. Dei boni,
:tatem, beneficia, quibus ingratus Deum offendisti. 2. quid
pro peccatis expiandis, Christus passus sit. 3. Quanta sit sin,
gulorum fœditas & malitia. 4. Quanta quoduis pœna seguatur.

Secundo. Specialia, ad detestandum mortale sunt: per=
pendere 1. illo perdi Dei gratiam, & regnum cœlorum. 2. Dei
filios fieri seruos dœmonum, atq; ad cruciatus æternos damna,
:ri. 3. Multos esse, qui cruciantur supplicijs æternis ob minora,
quam forte tua sunt. 4. Hactenus demonstra Dei iudicia
in Lucifferum, Adamum, & varios ob vnicum mortale.

Tertio. Specialia ad venialia sunt. Perpendere veniale
non paruum malum esse. 1. Quod Deo displiceat. 2. Christo
contrariatur, expianti illud sanguine suo. 3. Dœmoni hosti Dei,
ac tuo placeat, animæ magna damna inferat, dum illam fœdat,
feruorem charitatis, & virtutem minuit; vires animæ debi
:litat; disponit ad mortalia; consolationes impedit. Demum

te ad Dei conspectum, & tuam beatitudinem, ac vltimū
finem non admittit; nisi flammis purgatorij expiatum.

Exercitium interdiu, ante canonicas, ac alias preces utiliter exercendum, continens varias iaculatorias orationes. & primo aduerte praexim omnes actiones tuas cum bona intentione faciendi.

Primo. Ante actionem, Consideraquid actuirus. Intentionem rectam forma; vnito & coniunge actionem tuā simili actioni Christi. Eandem actionem ad gradum excellentiorem, quam in se ipsa sit, eleua; nempe quod sicut ipsam facis, ita optes, & paratus sis facere aliquid excellentius amore Dei, & magis heroicum. Demum pete gratiā bene faciendi, quod poteris consueta oratiuncula. Actiones nras. ℣. Veni Sancte Spiritus. ℟. Veni Creator Spiritus. ac etiam hic superiꝰ scriptis. O Amantissime Dne Jesv. ℟. O benigᵈᵉ Dne Jesv. ℟.

Secundo in ipsa. Attende, vt bene facias. Tædium pelle excitamentis, & oratiunculis iaculatorijs.

Tertio post actionem. Examina actionem; si bene egisti, Deo adscribe: si male, quare causam, vt eam tollas, & remedium concipe. Veniam pete, & conceptam emendatione firmiter statue, ac statutā adimple deuotus.

Orationes Iaculatoriæ per intervalla temporis & occupationum.

Primo, Amo te Deus super omnia. 2. Domine quid mihi est in cælo, & ā te quid volui super terram. 3. Deus meus, & omnia. 4. Domine fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in

me. 5. Homine quid vis me facere. 6 „ Paratum cor meũ
Deus. 7. Deus propitius esto mihi peccatori. „ 8 „ Deus in adiu-
:torium meum intende. 9. Homine ecce quem amas infirma-
:tur; scribit, studet, ambulat &c. 10 „ In te Domine speraui,
non confundar in æternum. 11 „ Jesvs Maria. 12 „ Maria
Mater gratiæ, Mater misericordiæ &c.. 13 „ Per Immaculatã
conceptionem tuam libera me Virgo Maria. 14 „ O mi Jesu
quando te amabo super omnia? quando tibi in omnibus rebus
placebo? 15. O dilecte mi, si possem te amare amore infini-
:to! si deferre infinitos honores! 16 „ Benedicta hora, qua
Jesus Dei filius homo factus est; & qua me redemit. Summe
Deus, Summè doleo, quod te offenderim. Et hoc ideo solum,
quia tu es id, quod es. Facio autem firmum propositum me
emendandi. „ 17 „ Jesvs Maria, mei dulcissimi amores; pa-
:tiar ego, moriar ego vestri amore, vester sim totus, & nul-
:laterus meus, ac si nihil prorsus essem „

Interdiu varia actiones tuas. &

Primo. Visitabis subinde Venerabile Sacramentum deuote.

Secundo Transiens crucifixum, gratus recole Christi pro te mortem; & dic: *Dulcis amor Jesu crucifixe, propitius esto mihi peccatori.* Transiens imaginem Sanctorum: recole ipsor gesta, & gloriam; vt gratuderis, & sequaris, & dic. *Sancte N: Ora pro me.* vel. *Salue Sancta N: Aue Maria, Salue Regina &c.*

Tertio Frequentius veteris aquã lustrali, elicito simul actu doloris applicato particularibus imperfectionibus.

Quarto Ad pulsum Aue maria. Ter dic. *Aue Maria.* Mane. ob tria matris officia, quæ sunt, Deum concepisse, peperisse,

lactasse. Meridie. ob tres prærogatiuas, quas habet respe,
ctu Dei. Matris, Sponsæ, Filiæ. Vespere, ob prærogatiuã
potentiæ, qua repellat dæmonem in hora mortis, illuminet fidẽ,
dulcedinis, qua leniat amaritudinem mortis.

Aliter, Tria Aue. Ad honorem instantis, quo sine peccato
originali concepta est. Quo facta est mater Dei. Quo vnita
est filio post mortem—.

Quinto In tuis actionibus vniuersales intentiones tres tibi
seruient. Ad laudem Dei, & Matris Dei: Ad gratias pro
beneficijs naturæ, gratiæ, & gloriæ, Deo, Christo, Beatæ
Virgini, Sanctis, tibi, toti mundo.. Ad obtinendam remis,
:sionem peccatorum tibi, & electis eius, ac dona Spiritualia
& temporalia cuius necessaria ad maiorem Dei gloriam—.

Ratio bene recitandi Diuinum officium—.

Finge animo te Angelorum choris interesse, eosdemq; ꝫ. obser,
:ua, orans ut ab eis docearis orare, Deoq; ꝫ placere. Collige
mentem ex opinione præstantiæ tanti muneris, requirentis
summam cordis munditiam: in te ipsum inquire, & de erra,
:tis dole. Finis proponatur; scilicet, adoratio diuinæ maiesta,
:tis more & verbis Sanctorum: Referatur opus in honorem Dei,
Angelorum, ac Sanctorum, præcipue quorum fit memoria, ad vti,
:litatem Ecclesiæ & eorum, qui nobis bene fecerunt, salutẽ,
coniunctim cum fine & zelo Christi & Sanctorum in cælo.
Tempus oportunum obserua, & locum decentem: animum
Submitte reputans quis sis; & qui cum agas, spem concipe im,
petrandi. dicendo cum alijs ante offm̃ solitis quæ sequuntꝫ precib9.
Actiones nr̃as quæsumus bn̄e aspirando ℣.
Corporis habitus & compositio sit modesta: Verborum pro=

nuntiatio clara, distincta, temperata, procul animia festinatio=
:ne: pia, simplex, vt verba Sancta non profana; nè interrumpas
negotijs, collocutionibus, gestibus indecoris. Affectio sit, pia in
Deum, exstimulando te studio humili, prompto, ardenti perfec,,
:tionis, miseriam humanam deplorando, applicando preces horar
ad mysteria Christi. exempli gra. Matutino „ In horto Geth=
:semani te finge, pro Hierarchia Ecclesiastica orans. Ad pri=
:mam. Apud iudicum tribunalia cum Chro pro Principibus suppli,,
:cans. Ad Tertiam. Memineris casi Christi ac condemnati:
orans pro iacentibus in peccato mortali: Ethnicis, Hæreticis.
Ad Sextam „ Crucifixus veniat in mentem, & Religiosi ordi=
:nes opem implorantes. Ad Nonam „ Expirans Christus sug.,,
:gerat preces pro amicis & inimicis. Vesperis „ De cru,,
:ce positus, pro perseuerantia Iustor., & progressu sanctita,,
:tis exoretur. Completorio „ Sepultus excitet ad orandu
pro purgantibus animis. Exprime animo eos affectus, quos
ore. Attentio mentalis ad distinctam verborum pronuntiatio=
:nem non desit, nec formalis ad sensum, nec finalis ad venera,,
:tionem Dei, remotis euagationibus. Clausula fiat agendis
gratijs, quod suas laudes Deus non sit dedignatus; orando vt
semina Verbi pariant fructus in animo, ac veniam de erra,,
:tis precando.

Alia Intentiones ante horas „

Matutinum dices „ Pro conuersione omnium in peccatis
mortalibus existentium. Ad honorem Ssmæ Trinitatis.
Laudes „ Ad honorem Sanctorum Angelorum custodum:
pro omnibus inimicis & obtrectatoribus.
Primam. In honorem Christi, ad columnam flagelati, pro

suorum venia peccatorum.

Tertiam. In honorem Christi spinis coronati. Pro omnib⁹ Regibus & Principibus Christianis.

Sextam. In honorem Christi, ea hora Crucifixi. Pro omnibus ea die singulariter afflictis.

Nonam. In honorem Christi, ea hora expirantis. Pro omnibus ea die animam agentibus.

Vesperas. In honorem Beatæ virginis Mariæ, exanimem filium complectentis, Pro oīb⁹ eo die defunctis.

Completorium. In honorem omnium Sanctorum; præcipuè uerò Angeli tutelaris, & patronorum Sanctorum. Pro felici perseuerantia in bonis cœptis.

Actus ante officium, vel inter horas renouandis intentionem, attentionem, deuotionem.

Primo. Pater de cælis Deus, fac me orare hac hora sicut tibi placet, & mihi expedit ad maiorem tuam gloriam.

Secundo. Fili Redemptor mundi Deus. Fac me orare hac hora cum clamore valido, & lacrymis sicut tu orabas in terris.

Tertio. Spiritus Sancte Deus, fac me orare gemitibus inenarrabilibus, sicut tu postulas pro nobis.

Aliter. Domine in vnione illius diuinæ attentionis, qua ipse in terris laudes Deo persoluisti, has tibi horas (vel hanc horam) persoluo; ad laudem & gloriam nominis tui in sæcula sæculorum. Amen.

Oratio ante diuinum officium.

In cōspectu Angelorum psallam tibi Deus: adorabo ad templum Sanctum tuum, & confitebor nomini Sancto tuo.

Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum

actio, honor, virtus, & fortitudo Deo nostro, in sæcula sæculorum. Amen.

Aperi Domine, os meum ad benedicendum nomen sanctum tuum: munda quoq; cor meum ab omnibus vanis, perversis & alienis cogitationibus: intellectum illumina; affectum inflamma; vt digne, attentè, ac deuotè hoc officium recitare valeam, & exaudiri merer ante conspectum Diuinæ maiestatis tuæ. Per Chrm Dnum nrum. Amen.

Præparatio quotidiana ad mortem.

Fouebis mortis memoriam, & ad Aue maria, & iturus cubitum. Tum destinata aliqua hora, mane, vespere & post pulsum Aue maria. Examina te an sis ad mortem dispositus, tum forma actus. 1. Fidei. protestans velle te mori in & pro fide catholica. 2 Spei salutis, intuitu misericordiæ, & prætij sanguinis Christi. 3. Amoris, complacendo de infinita Dei bonitate, pulchritudine; & perfectione, offerendo te ad eius placitum in omnibus, & desiderando vt ab omnibus agnoscatur & ametur super omnia. 4. Contritionis. ob factam iniuriam tam bono Deo, statuendo non amplius peccare, cum proposito firmo satisfaciendi &c. 5. Desiderij vitæ æternæ, fruendi Deo, & consortio Jesu, Mariæ, ac Sanctorum &c. Qui actus proponendi etiam sunt moribundis, ac sæpe sæpius attentius ruminandi

Suspiria Beatæ Gertrudis ad felicem mortem, & beatitudinem.

O Jesu mi chare, quando corpus meum, te permittente, reuertetur in puluerem, & anima mea refluet in suam originem? Quando in te, ô pax mea dulcissima, obdormiam, &

requiescam, vt aperte contempler tui ineffabilem gloriam?
Quando plane aspirabit mihi melliflua Diuinitatis tuæ gra-
:grantia, & exorietur tuæ manifestæ visionis dies sempi-
:terna? O quam bonum est dilecte mi, te clare videre, te ha-
:bere, & in æternum possidere! Eia tu mihi concede, vt mi-
:seram hanc vitam in tua gratia atq; amicitia feliciter fini-
:am. In hora excitus mei benedic animæ meæ, & mortem me-
:am inuolue vitali morti tuæ, quæ est charissimum fœdus,
firmumq; pactum reconciliationis meæ. Tunc mitte fidelē
adiutricem Mariam virginem, matrem tuam amabilem, &
stellam maris incliram, vt conspecta hac præclara, ruti-
:lantiq; aurora, cognoscam te solem Iustitiæ mihi iam propin
quum esse. Dic tunc animæ meæ. Salus tua ego sum. Ego Cre-
:ator, & amator tuus per angustias mortis quæsiui, & acqui-
:siui te; semper mecum eris, noli timere. Eia nunc recipe
me in beatam domum tuam; domum æternitatis & clarita-
:tis deificæ. Ibi ô salus mea vnica, visu melliflua præsen-
:tia consolare me. Ibi gustu charæ acquisitionis tuæ, qua
me redimisti, recrea me. Ibi inspiramento suaui flui Spiri-
:tus tui attrahe, & imbibe me. Ibi per osculum perfectæ
Vnionis in perpetuam tui fruitionem immerge me: vt vi-
:uam de te, & exultem de te, tibiq; hostiam laudis reddā
sine fine. Amen.

Affectus, & Iaculatoriæ preces Infirmorum.

1. Bonum est Domine, quia humiliasti me. 2. Bami-
:hi Domine, vt hæc infirmitas corporis sit ad salutem an-
:imæ meæ. 3. Auge, Domine, dolores, sed & patientiam.
4. Hic Domine, vre, hic secca, dummodo in æternum

parcas. ℟ 5 ℟ Auser ā me, Domine, si uelis, substan-
:tiam, manus, pede, oculos; solum relinque cor, quo te dili-
:gam. ℟ 6 ℟ Ō Pater æterne, hoc tuum est donum, & tua san-
:cta voluntas, fiat, fiat. 7 ℟ In manibus tuis sortes meæ: si-
:ue viuimus, siue morimur, tui bone Iesu sumus. 8 ℟ Sana
me Domine, & sanabor: saluum me fac, & saluus ero. 9 ℟ Fin-
:ge, & excoque me, si tibi ita visum, in camino tribulationis,
vt fiam vas in honorem, ad gloriam nominis sancti tui: fiat
voluntas tua. 10 ℟ O pater, o medice, animæ meæ, tu no-
:sti quid expediat. Omnia in vero iudicio fecisti, ex amore
summo, & sapientia æterna: Tu quæso mecum sis in tribula-
:tione, vt in patientia possideam animam meam. 11 ℟ Si de
manu tua bona suscepimus, mala quare non sustineamus,
momento vno pro gloria æterna? 12 ℟ Oportuit te pati, &
ita intrare in gloriam tuam, nonne & me, qui tot peccatis
infernum promerui.

Oratio profelici fine vitæ ℟

Sanguine tuo Christe Iesu, ā peccatis omnibus laua me,
& concede, vt anima mea, cum è corpore migrauerit, ante
tribunal tuum appareat munda. O bone Iesu, ne deseras me in
vltimis angustijs, in suprema mortis luctā, ā qua tota pen-
:det æternitas. O mi Redemptor, in manus tuas Spiritum
meum iam commendo. Tua ō mi Iesu, ō Deus meus, ō Domi-
:nus meus sanctissima voluntas in semper fiat. Amen ℟

Alia ad eundem, recommendatio

Pater Cælestis, siue dormiamus, siue vigilemus, viua-
:mus, siue moriamur; tui sumus. Te oro ex toto cor-
de, vt curam mei suscipias & geras, nec in operi-=

36
38

;bus tenebrarum mori, ac imparatum hinc discedere me sinas:
sed lumen vultus tui, & gratiæ tuæ cor meum irradias, &
accendas, vt tuæ maiestatis cognitio per fidem rectam in me
augeatur, & vt semper in tuis mandatis & voluntate para,
:tus, deq; peccatis meis omnibus sufficienter contritus, &
à delictis emundatus inueniar. Per Iesum chm̃ d̃n̄m n̄r̄m

Alia ex Diui Augustini Soliloquijs oratio.

En ad ostium tuum summe paterfamilias mendicus pul,
:so. iube aperire pulsanti; qui dixisti pulsate & aperietur.
Pulsant iam fores tuas pater misericordissime in vltima
quasi angustia, desideria rugientium præcordiorum meor.
Ne auertas faciem tuam à me pater misericordiæ, sed au,
:di eiulatum meum, & porrige manum tuam optimam adiu,
:tricem, vt retrahat me de profundis aquarum, de lacu mise,
:riæ, & de luto fœcis nè peream; sed perueniam ad te finem
meum, vt videam diuitias regni tui; ijs fruar, faciemq; spe
:ciosissimam, in qua sunt omnes pulchritudines sanctorum om,
:nium vt sol rutilantes, intuear, & laudes nomini sancto tuo
in æternum decantem. Amen.

Alia ad Christum dominum pro bono fine oratio.

Saluator noster; deus & dominus meus, qui potes omni
:a, recordare etiam dolorum, vulnerum, ac amarissimæ passi
:onis tuæ, quam in cruce pendens pro nobis pertulisti; me,
:mento homine mi angustiæ illius maximè, in qua animam tu
:am sanctissimam in manus patris tui æterni commendasti,
rogo te per angustiam tuam, memor esto imbecillitatis meæ, &
miserere mei, cum anima mea ex hoc misero corpore exce,
:det & emigrabit. Amen.

Exercitium seu Accessus Altaris & præparatio ad Missam deuotè celebrandam.

Facta, quod maximè necessarium, à Sacerdote verâ omnium grauiorum peccatorum confessione, expletaq; poenitentia; & persoluto minimum Matutinali officio: per mediam horam, vel per quartam horæ partem ante sacrosanctam missam, intra se ipsum Sacerdos celebraturus sese colliget, & in diuina præsentia, & vero intimoq; corde sequentia perficiet monita.

Primo recitabit præparationem ad Missam ex Missali Romano, hic inferius subscriptam.

Secundo, humiliando se profunde in abysso sui nihili; suâ ad Deum iterum elevabit mentem, & pleno corde sequentes ruminabit considerationes.

Addidimus etiam hisce considerationib⁹ varios & efficaces actus Fidei, Adorationis, Amoris, Spei & contritionis, quod si quis, in occulto aliquo, sibiq; incognito inueniretur delicto; hisce actibus; & Sacrosancti perceptione Sacramenti, perditam gratiam diuinam facilius recuperabit. Qui tamen sæpe sæpius cum magno cordis contriti & humiliati affectu sunt exercendi.

Aduertendum igr primo. Ex P: Ludou: de Ponte S.J:

Ipsius Missæ excellentia valde obstringit Sacerdotem, vt se præparet ad eam cum dignitate, qua par est peragendam; ad quod præter Statum gr̃æ, & conscientiā nulli⁹ peccati lethalis conscium; p̃mittendū est insigne illud Sacrificiū, de quo Dauid psl. 140. v. 2. Dirigat⁊ D̃ne oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: Eleuatio manuū mear̃ Sacrificiū v̄espertinum. Quod duob⁹ modis offeri potest, Primo legendo deuotè p̃s: mos & orationes Vocales, quas Eccl̃ia ad hanc præparationē instituit, ac in copia ex variis orationū libellis hic infra collectæ passim inueniunt⁊. Secundo. per exercitiū orationis mentalis, q̃ magis propriæ comparatur cum incenso. Officium itaq⁊ perfecti Sacerdotis debet esse, ipsi Sacro missæ Sacrificio præmittere aliquam meditationem, circa Diuina misteria: variisq⁊ & pijs considerationibus se exercere, quæ excitent varios affectus amoris, reverentiæ, timoris, humilitatis, fiduciæ, obedientiæ, & alios similes; ac deinde concludere petitionib⁹ & colloquijs cum Deo & D̃no nr̃o, vt impetret quod optat: possitq⁊ dignè ad Sacrum altare accedere. Ad eum finem vtiles esse poterūt sequentes considerationes in dies singulos hebdomadæ distributæ.

Consideratio pro præparatione ad missā. ex P. Pauono S.J.

Primo considera; Quis sit offerens principalis in hoc Sacrificio, nempe Christus verus Deus & homo, Summus, æternus⁊ Sacerdos, & primogenitus inter omnia. In principio, enim, erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, quod in plenitudine temporis, caro factum est, quod & habitauit in nobis, vidimus enim gloriam eius, quæ & reuelabitur in nobis, si digne vnigenitū Dei filium. Deo patri in sacrificio missæ offerim⁹

Quæ res oblata? corpus videlicet & sanguis Christi Jesu, quo nihil Deo gratius offeri potest; videlicet, transubstantiatio, qua substantia panis & vini ad verba consecrationis in corpus & sanguinem filij Dei conuertuntur, manentibus accidentibus panis & vini atq; proprio subiecto.

Secundo. Fines propter quos Christus, ac effectus, sacrificium istud instituit 1. Vt oblatione hac, quæ ratione principalis offerentis, & rei oblatæ infiniti est valoris, quotidie Deo ab Ecclesia deferatur infinita gloria, voluptas, & obsequium infinitum. 2. Vt ex parte nostra, æterno patri quotidie ad vivum renouem memoriam cruenti illius sacrificij Vnigeniti filij sui olim in ara crucis oblati, & vt in nobis pariter memoriam excitemus tam præclari beneficij. 3. Vt per hoc sacrificium participemus de cruento illo, eiusq; fructus assequamur, nimirum culparum & pœnæ veniam; gratiam & auxilia in necessitatibus, & liberationem animarum existentium in purgatorio. 4. Vt vsq; ad mundi consummationem Christum corporaliter præsentem habeamus, eoq; in cibum fruamur. 5. Vt per transubstantiationem huius sacrificij præparetur nobis sacratissimum Eucharistiæ sacramentum in naturalem nutritionem animarum nostrarum; in antidotum, quo à culpis quotidianis liberemur; & à mortalibus præseruemur, pignus futuræ in pignus felicitatis & gloriæ sempiternæ.

Tertio. Cum confusione propria, pœnitudine & efficaci emendationis desiderio perpendes; quæ & quanta beneficia in hoc sacrificio nobis in dies confert Deus, ac diligentissime quæ sequuntur ruminabis. 1. Quantã deceat esse puritatẽ & sanctitatem sacerdotis qui Christum

repræsentat dum consecrat, manibus & ore tractat. 2. Quantam gratitudinem & amorem illi debeas, qui te ad tantam dignitatem euexit. 3. Quantam deceat te habere coniunctionem cum Deo, quam tam in proximos charitatem, eorumq; salutis zelum, quã illuminatam fidem, quã firmam spem, quam flagrantem charitatem, quantum desiderium ac studium spiritualis boni, tam proprij, quam communis.

4. Colloquium institues pro affectu: primo cum B: Virgine, vt impetret tibi gratiam cognoscendi quanta sit excellentia huius sacrificij; quantum beneficium, quanta dignitas sacerdotis: correspondendi vitæ puritate, aliisq; virtutibus, quæ in sacerdote requiruntur. Efficaciter exequendi munus proprium mediatoris inter Deum & homines, dicesq; Aue maria. Secundo, Cum Chro, vt hæc ipsa tibi impetret à Patre suo, dicesq; Anima Christi. Tertio. Cum æterno Patre, ut eadem tibi concedat per merita vnigeniti filij sui, Sanctissimaq; illius matris, dicesq; Pater noster.

De dignitate Sanctissimi Missæ Sacrificij.

Cum sacerdos assidue ad aram Dei adsit cum Angelicis exercitibus, qui clamant; Sanctus, sanctus, sanctus &c: timorem concipiat & mentis oculos sibi petat aperiri, vt se videat quasi præsentẽ in aula cæli, legatum à populo ad Deum, qui idem ipse redit concionator & tuba Dei ad populum. Legationis istius dignitatem petat intelligere. Cogitet, apud quem agat ad aram, & quomodo: certe cum Deo proxime secretò in aurem vt amicus intimus, & quasi facie ad faciem vt Moyses, Ecclesiæ totius nomine vt persona publica, quæ admittitur siue bonus siue malus sacerdos sit: verbis certis instructus à Chro traditis, vel à Spiritu Sancto, gratis ijsdem ac decoris, modo petendi optimo, in publica celebritate, coram Angelis &

hominibus. Ideo initio solemni confessione Sanctos & populum Dei ap=
:pellat: in præfatione suas voces cum cœlesti curia admitti petit.
Quibus de rebus agit magnus hic legatus coram Chro etiam proxi=
:mo in Sacramento? Laudat, adorat, grãs agit, veniam precatur, opẽ
diuinam implorat, nullum genus officij cum Deo prætermittit, quod ex=
:ercere possit mortalis. Corporis situm conformat, stans, flectens,
aperto capite, manibus iunctis, protensis, sublatis ad cultum excci=
:tandum in omnibus: supplicibus libellis onustus est pro calamitatib9
orbis: omne genus hominum accedenti ad aram suum libellum commen=
:dat, ẽ purgantes animæ suum.
Quid facit hic sacer legatus? offert Deo gratissimum donorum, in
quo sibi bene complacuit Pater æternus, merita, virtutes Christi,
ipsum Christum, nouum quasi in ara crucis holocaustũm, tantum non
cruentum: si gratus in cruce filius, quanto magis in gloria accep=
:tus? Sacerdos consecrans sibi donum illud comparat: in omnibus Chr=
:isti personam repræsentat. Imago Christi clarissima fulget in habitu
Sacerdotis. In supremæ nocte cœnæ Christus erat etiam Sacerdos,
non tantum Sacrificium, nunc uerò partes Sacerdotij homini dedit,
alteri penè Chro, sibi victimæ solam vicem reseruans. Ecclesiam
quasi vniuersam in communione Sacerdos coniungit Christo Sponso,
erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est in Chro
& Ecclesia. Ipse ad aram quasi ad nuptialem thalamum accedit ob=
:uiam ~~Sponsæ~~ Sponso & Sponsæ: Ecce Sponsus venit. quin etiam con=
:iungitur Eccl̃a militans ac triumphans in hoc Sacrificio per præfati=
:onem & canonem Communicantes &c. Proinde actio nulla præsta=
:bilior excogitari potest, nec Sacrificium inceptum omittendum pro=
:pter vllam personam, nec Summum Pontificẽ, nec Angelum. Hoc itaq3

tempus maximè suum habet ac liberum Sacerdos: cum nec Christus interpellari velit etiam alio sacro aut adoratione. In templum qua si in cælum, & ad aram, quasi ad tribunal Trinitatis ingredi se putet mortali maiorem.

Ratio pie Rem Sacram faciendi.

Referat huc suas vires Sacerdos, vt semper sit paratissimus ad celebrandum. Ita Dei filius ab æternitate huc mentem convertit. Vespere Sacerdos hunc in finem. inquirat in conscientiam: mane eodem primum adijciat mentem, colloquium piæ meditationis huc reuocet. Appetente hora missæ colligat huc omnem animi intentionem: agnoscat indignitatem suam: Diuinam pietatem exoret omni honore possibili: effundat se in amorem Christi, quem sicut Beata Virgo attrectat, ita & ille, memor se non tantum memoriam passionum Seruatoris celebrare; sed Dnum ipsum suum offere, qui nascens se dedit Socium, conuescens in edulium, se moriens in pretium; se regnans dat in præmium. oret ut eodem amore Pater nos ipsos accipiat dono cum filio suo, quo filium ipsum. Finis rei Sacræ diuina Laus est, & gloria maxima excellenti munere parata, vbi iungenda omnes adorationes, & honores Sanctorum in Deum vnum, & complacentia in illis; etiam quicquid Deus sibi ipsi tribuit. Finis alter est, Satisfacere omnibus beneficijs Dei in genus humanum & singulos collatis: Satisfacere pro omnibus peccatis & pœnis fidelium omnium, libellum fidelium militantis ac purgantis Eccliæ corrigere ad impetrandam grām & gloriam, reminisci passionum Dni ac renouare affectus redemptionis. Ad Aram in cælo se putet coram Deo & Agno stare; voce pia vtatur Sacerdos, locum

dans pijs motibus. Sanguini Chri animam suam commendet excipiendam, & exornandam placentibus Deo virtutibus. Lateri Christi crucifixi commendet Ecclesiam sanctificandam. Capiti Chri pontificem & principes &c. Dexterae parentes & amicos. Sinistrae inimicos. Pedi dextro negotia. Sinistro in peccato iacentes, vt ad dextram transferantur. Flagellis commendandi Hæretici adhuc vexantes Christum. Cruci Religiosa familiæ. Siti Seruatoris commendãtur ij, qui preces expectunt nras. Agoni omnes calamitosi, purgantes animæ. Ji denigz Chro commendandi, pro quib9 ipse sctis nos velle orare & id ipsum vult. In consecratione Chm induat, cum dicit. Hoc est corpus meum, transformatum se in Christum existimet, coniunctus intimo amore. In communione id ipsum ardentissime cupiat, scilicet se conuerti in Christum, veneretur ipsum profundissime se humilians instar cloacæ.

Considerationes de præparatione ad missam, in singulos dies hebdomadæ distributæ; deuotè perpensæ, fructũ adferunt multum.

Die Dominico.

Sic Deus dilexit mundum, vt filiũ suum vnigenitum daret.

Considera 1. quod sicut Deus amorem suum erga mundum, eumqz summum ostendit, cum mediante Beatissima Virgine dedit illi filium suũ vnigenitum. Ita quotidie similem amorem ostendit dando per sacerdotem in missa eundem filium sibi dilectissimum in cibum & potum animæ supernaturalem.

2. Deum esse, infinitum; immensum; & æternum; summe bonum, sapientem &c. qui tantum donum elargitur; nempe vnigenitum atqz dilectissimum filium suum, verum pariter Deum ac hominem, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ patris abscon-

: diti. Dare autem illum toti mundo, hoc est, non modo Eccliæ capi-
: tibus, Principib, & magistratib, terræ; Sed vilissimo cuiqꝫ, licet
gravissimus olim peccator fuerit, vt hac ratione donis omnibus & gra-
: tijs Spiritualibus ditetur.

3. Medium, quo mundo tantum medium & bonum communicat esse Sacerdotes, in quorum voluntate amabilissimus Deus voluntatem suam posuit, constituens dare hoc donum quandocunqꝫ Sacer-
: dos, quicunqꝫ ille sit, panem & vinum consecrauerit.

O Deus in amando immensè, & in dando profusissime! quis mihi det ita te amare, sicut me amas, vt dem tibi quicquid à me petis: & sic ostendam meum erga te amorem, cum filium tuum tibi obtulero, vt per eum summum tibi deferam honorem, gratiasqꝫ summas agam pro amore, quo illum mihi dedisti.

Feria Secunda.

Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam in illo omnia nobis donauit.

Considera. 1. Eousqꝫ charitatem Dei tui processisse, vt nec vnigenito suo parceret, sed miserit de cælo in mundum, & mori tui causa voluerit. Neqꝫ his contentus, quotidie eum mittit, & in cibū & potum ad te Spiritualiter nutriendum, tradit.

2. In hoc dono omnia tibi Deum donare ac tradere. Angelos vi-
: delicet, qui te custodiant ac iuuent; gratias ac virtutes quibus ex-
: orneris & Sanctificeris; merita & Satisfactionem filij sui, quibus defe-
: ctum & paupertatem tuarum Satisfactionum suppleas. Vsum tradit rerum temporalium, dat æternas, vt spe illas obtinendi lætificeris; dat seipsum Deus tanquam finem vltimum & beatitudinem Supremam, qua nunc dulci (comparatione) contemplatione, postea verò clara visi-

one fruaris: atq3 in horum omnium pignus & cautionem dat tibi vni genitum filium suum sub velo Sacramenti latentem.

3. Vult deniq3 hunc eundem filium suum tuam esse oblationē, quam ei quotidie offeras, vt quicquid petieris impetrare possis, quod fit per Ss: Missæ Sacrificium, in quo in odorem suauitatis offertur panis viuus, qui de cælo descendit, & pinguis vitulus humanitatis Sacratissimæ, quæ sit omnium tuarum infirmitatum & miseriarum remedium.

O Pater Supreme quid vltra facere poteras, quam fecisti vt me prouocares ad amandum! Totum me & res meas omnes obsequio tuo trado. Accipe quæso hanc oblationem meam, vilem licet & abiectam, propter oblationem filij tui, quæ adeo est pretiosa.

Feria Tertia.

Ego sum pastor bonus, bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis.

Considera. 1. Quod Christus se pastorem bonum appellet, eo quod sit verus Deus, bonus per essentiam, & ipsamet bonitas infinita, & fons totius bonitatis, quæ in cælo & in terra communicatur. Cum ergo bonitas sit amoris obiectum. Pastor hic bonus propter infinitam suam bonitatem dignissimus est, qui amore infinito diligatur. O si haberes amorem infinitum, vt eum pro meritis amares!

2. Christum se ostendere pastorem bonum in eo, quod faciat summum quod potest pro ouibus suis. Descendit de cælo vt eas perditas quæreret, vitam suam pro earum redemptione posuit; sanguineq3 suo earum debita persoluit. Neq3 his contentus è cælo quotidie descendit ut eas pascat, neq3 alio pastu & potu, quam corpore & sanguine suo. O charitatem summam boni pastoris! digni sane tali titulo,

cum in eo solo tanta bonitas potuerit inueniri.

3 „ Immensam cælestis huius pastoris largitatem, qui, nè pastus hic cælestis in terris deesset, curam eius in terras defer, :endi ipsismet terræ hominibus commisit. Quicunq; enim Sacerdos quocunq; loco sit cum Missam celebrat, efficit ut panis hic cælestis è cælo descendat ad Christi oues alendas „

O Pastor bone! concede mihi vt uera sim ouis tua, quæ hoc diuino pastu fruar. Da vt cum Sacrificio pretiosi tui corporis & sanguinis offeram meipsum tanquam ouem tuam in Sacrificium, iugulans & extinguens in me ipso quicquid tibi aduersatur „

Feria Quarta „

Ego sum vitis, vos palmites &c „

Considera „ 1. Iesum Christum esse ueram vitem ex qua & esse, & virtutem omnem accipiunt homines, qui eius sunt palmites; modo tñ ipsi viti sint uniti. Etsi licet vitis in cælo sit, palmites autem in terra, descendit illa tamen quotidie, vt palmitibus suis vniatur. Imo quia vitis manere solet terra cooperta, descendit hæc etiam panis & uini accidentibus tecta, atq; sic in iusti domum ingreditur, qui palmes est, cum quo per ineffabilem amorem coniungitur.

2 „ Fructum prouenientem ex coniunctione palmitis cum hac vite. Qualis enim est vitis, talis & virtus eius quã influit in palmitem, vt fructum ferat tali vite dignum: Charitatis, scilicet, misericordiæ, temperantiæ, castitatis, obedientiæ, patientiæ &c. ei similem, qui fuit in Christo. Nec mirum; siquidem voluit carnem suã esse verum cibum, & sanguinem suum verum potum; qualis autem est cibus & potus, tales generat in sumentibus humores.

3 „ Sacerdotes esse diuinæ huius vnionis instrumenta: ipsi

enim dum verba consecrationis proferunt vitem è cælo deducunt. Eamq3 palmitibus coniungunt, cum sacram communionem porrigũt. Quare communicando manebis intime tuo Saluatori vnitus, & ex eo sicut palmes ex vite, viues.

O Seruator dulcissime palmes tuus sim tibi semper vnitus! insere me in te ipsum, qui es vitis vera, vt per te viuam, non iam vitam meam, sed tuam, viuente te in me, & me in te in æternum.

Feria Quinta

Ego sum via, veritas, & vita.

Considera. 1. Christum esse viam salutis, & perfectionis tuæ, per quem tibi est eundum ad patrem, per quem illi places, cum placas, gratiamq3 in eius oculis inuenis. Viam per quam itur ad æternam vitam, ad culmen sanctitatis, ad contemplationis montẽ, per quam assequimur humilitatem, castitatem, obedientiam, patientiam, cæterarumq3 virtutum omnium perfectionem: quorum aliqua participat Sacerdos dum hoc sacrificium offert; alia cum hoc Sacramentum sumit.

2. Christum esse Veritatem significatiuam per sacrificia, sacramenta, & cæremonias, antiquæ legis, in quo reperitur vera Sanctitas quam illa significabant, nec tamen conferebant. Veritatem in qua veritates omnes quas credere debemus summariè continentur, in quam credendo omnia mysteria fidei credimus, cũ hoc Sacramentum sit per excellentiã Mysterium fidei. Veritatem infallibilem, quæ fallere neminem potest, nec quod promisit omittere, in cuius rei pignus collocat se in hoc sacramento & sacrificio.

3. Christum esse vitam, sine qua quicquid est, mors est. Vitam animæ spiritualem; atq3 ad hoc venire ad nos in hoc sacramento

vt qui eum accipit vitam habeat gratiæ : esse vitam corporis viri, quia ipse est resurrectio & vita. Est vita Christus per quam nobis viuendum, & quam omni studio quærere debemus in præmium omnium laborum nostrorum, cum æterna nostra vita in eo consistat, vt eum videamus, & amemus eóq3 fruamur.

O Bone Iesu cum hoc desiderio accedo, vt te recipiam! Esto quaso mihi via vt nunquam aberrem; vita ne vnquam moriar, sed te cum viuam & regnem in æternum.

Feria Sexta.

Ego sum Lux mundi.

Considera. 1. Christum ad nos venire in hoc Sacramento vt ijs qui eum digne recipiunt, lucem conferat. Quia vbicunq3 Christus fuit, aut est lucis inuenire fructus. Lux cepit esse mundi cum in hunc mundum venit, & ideo claritas Dei circumfulsit pastores. Toto prædicationis ac vitæ suæ tempore Lux fuit, donec in cruce expirauit, & tunc tenebræ factæ sunt super vniversam terram. Ad limbum descendens lux fuit limbi. In cælum inuectus Solis officio fungitur omnes beatos illustrans.

2. Diuinæ charitatis magnitudinem, qua modum adinvenit, vt idem ipse Sol, qui superiorem mundum illustrat inde non discedens, veniat tamen quotidie ad mundum hunc inferiorem velo Sacramenti tectus, vt inde lucem emittat, & si non nihil obscuram; atq3 ita tectus ingrediatur viscera communicantis, quasi in quendam limbum, quem luce suâ convertat in paradisum.

3. Effectus quos diuinus hic sol luce sua efficit in anima, replens illam diuinarum illustrationum splendoribus, quibus

fidei lumen amplius illustratur; gratiæ splendor augetur; cha-
:ritatis ignis accenditur; & virtutum omnium affectus exti-
:ulatur; cor lætitia repletur; & in causa est, cur potentiæ suæ mu-
:nia exerceant; sicut qui in die cum decentia & honestate ambu-
:lat, horrens opera tenebrarum.

O bone Iesu, Lux uera, veni ad visitandam hanc animam, quæ habitat in tenebris, & in regione vmbræ mortis! Et tu anima mea accede ad Deum tuum, vt eius præsentia illustreris; excur-
:ge à somno, quo teneris, vt Christus luce suâ te illuminet.

Sabbatho.

Ecce Sponsus venit, exite obuiam ei.

Considera. 1. Quis sit Sponsus, qui venit, quæ Sponsa, quæ accipiet; in quo consistant eius Sponsalia, & quænam bona ex ijs resultent. Sponsus est Diuinum verbum, quod è cælo descen-
:dens sub panis accidentibus cordis tui thalamum ingredi vult, vt in eo tecum Spiritualia Sponsalia ineat: Sicut olim venit in thalamum Virginis, vt nuptias cum humana natura celebraret. Quis autem Sponsus pulcherior esse potest, magis gratiosus, diti-
:or, potentior, sapientior, prudentior, magisq; bonis omnibus refle-
:tus, quam filius æterni patris.

2. Quod quantum habet hic pulchritudinis; tantum de-
:formitatis habet anima tua, quam ipse vult in Sponsam accipere. Ille est niue candidior, illa nigra instar carbonis. Ille est Speci-
:osus super filios hominum; illa Dæmonibus turpior, eò quod culpis innumeris se maculauerit, sicq; multis sceleribus fœdata. Et quæ maior iniquitas, quam adulterium contra cælestem hunc Sponsum committere? & quæ maior bonitas & benignitas in tali

sponso, quam quod parcat adulterę, & iterum redeat ad puram cum ea amicitiam ineundam.

3. Quod sicut vterq3 coniunx sunt vna caro, ita anima & Deus sint vnus spiritus in vnione charitatis & conformitate voluntatum. Ex quo summa bona proueniunt, nimirum amicitia intima, summa in oratione familiaritas, deliciæ contemplationis, firma in petendo fiducia, magnaq3 in p obtinendo efficacitas, temporalium rerum solida renunciatio, & in solis æternis sincera voluptas.

Omni Deus amabilissime sponse animæ meæ! largire mihi per aduentum in me tuum cælestium donorum vbertatem. Tuq3 anima mea, cum iam tuus accedat sponsus, exorna te ipsam, & ob viam exi dilecto, & quemadmodum corpus tuum sacris vestibus ornas, ita enitere, vt præclaris virtutibus spiritum ornes, nè repel laris ā nuptijs non habens vestem nuptialē, quæ te illis dignā efficiat.

Documenta sacerdoti celebranti diligenter obseruanda.

Sacerdos qui ad sacrum altaris ministerium secure ac dere, (quantum humana fert fragilitas) & homini Jesu Christi corpus & sanguinem consecrare desiderat: tota deuotione studeat. vt aliqua, eaq3 valde necessaria obseruet ante mis sam; quædam in missa; quædam vero post missam.

Ante missam obseruanda sunt tria.

Intentionis discussio. Generalis contritio. Pura confessio.

Primo intentionis discussio.

Ne propter vanam gloriam celebret (scilicet) nè videatur in deuotus, ac ut laudetur ab auditoribus. Sed pura, & religiosa

intentione ad Dei omnipotentis gloriam & honorem, Ecclesiæq; vtilitatem, ac omnium Christi fidelium salutem.

Ne ex auaritia, scilicet, propter lucrum temporale, nam hæc est magna iniquitas.

Ne ex consuetudine, id est sine bona mentis discussione, ac congrua animi recollectione. quidnam fatur sit?

Ne ex timore, id est, ne sit reprehensibilis, aut à prælato, seu superiore punitus.

Ne ex verecundia, id est, vt non videatur minus alijs deuotus, ac ijs dissimilis.

Generalis Contritio.

De omissis. quæ facere debuit, potuit, vouit, statuit, præcepto, voto, & charitate. & non fecit.

De commissis, quæ facere non debuit.

De consuetis, & sæpius confessis.

Pura & vera Confessio.

Notabilium, communium, ignoratorum criminum; corde, ore, & opere.

Diligens Præparatio.

Circa decentem omnium vestium sacerdotalium exhibitionem. vt scil:, sint benedictæ, siue consecratæ omnes, nulla deficiente, mundæ & honestæ, ac decenter aptatæ, né videantur vestes profanæ, indusium, collaria. &c.

Circa opportunam loci electionem, scilicet, Ecclesiæ, vel loci honesti & sacri.

Circa diligentem altaris ornationem, scil:. cum lapide integro & consecrato: duab9 mappis mundis de lino puro ad minus.

Circa præcipuam calicis & corporalis munditiem. Nam hoc Sacramentum purissimum est, in quo est filius Dei Patris, & inte-
:merata Virginis Maria.

Circa congruam materiæ præparationem, id est, Panem tri-
:ticeum, vinum vitis bonum, aquam naturalem & mundam.

Circa assistentis missalis inspectionem.

Circa continuam cerei illuminationem.

Circa deuotam seruitoris, vel ministri administrationem.

Circa debitam horarum considerationem. Scilic., ab aurora vs-
:que ad duodecimam, sed nec ante, nec vltra, nisi in Natali Dñi, & ex Speciali indulto.

Circa integram ieiunij naturalis obseruationem, vt scilicet, nihil per modum cibi & potus, vel aliter sumptum fuerit.

Circa corporalem munditiam, quæ maculatur per pollutionem, si ei causam dederit.

Deuota animæ dispositio.

Cum plenitudine fidei. Scilicet, firmiter credendo in hoc mira-
:bili Sacramento esse corpus Christi per transsubstantiationem, ani-
:mam Christi per naturalem colligationem; diuinitatem Christi per inseperabilem vnionem.

Cum firmitate Spei. Scilicet; diuinæ pietatis, quod ex percepti-
:one cælestium munerum habebit cælestes thesauros.

Cum ardore charitatis. Nam ad Sacramentum amoris, non nisi cum ardore charitatis accedere debet.

Cum pace vnitatis Ecclesiæ. Scilicet. Ne sit excommunicatus, Schismaticus, vel hæriticus, sed Catholicæ Ecclesiæ realiter vnitus.

Cum memoria passionis Christi. ipse enim Christus Venerabile hoc

Sacramentum in Suæ passionis memoriam instituit.

Cum dignitate sui. Scilicet. Vt quantum potest, ad tantum Sacramentum suscipiendum, se indignum existimet.

Cum puritate conscientiæ: Nè fortè in eo sit aliquid, quod oculum diuinæ maiestatis offendat.

Cum feruenti desiderio. Scilicet, auidè & desideranter ad tam suauissimum conuiuium accedat.

Cum actuali deuotione. per deuotas lacrymas, quasi suiipsius sacrificium offerendo Domino Deo. Beatæ Virgini, Sanctis Angelis, Sancto vel Sanctæ, cuius festum eo die celebratur. per feruentes orationes ante missam, vt sequuntur, deuotè dicentes.

Præuia Intentio.

Vt intendat in Missa Deum per lachrymas humiliter placare.

Corpus & Sanguinem Christi, cum omni diligentia consecrare.

Mortem Christi, & eius immensam Charitatem memoretur

Totam Ecclesiam reuerenter adiuuare, & concorditer adunare.

Amorosa Affectio.

Vt desideret consequi ex celebratione Missæ, augmentum suauissimæ deuotionis.

Incrementum ardentissimæ Dei & proximi dilectionis.

Inseparabilitatem feruentissimæ Catholicæ vnionis.

Accelerationem felissimæ diuinæ vnionis.

In Missa, extra Canonem seruanda.

Discretio in legendo.

Ne nimis clamose, nè alios, scilicet, perturbet.

Ne nimis depressè, vtà circumstantibus audiatur.

Ne nimis festinè, vt ab omnibus facilius intelligatur.

Sed distincte, canore, & deuote valde, cum timore pio legat.

Maturitas in exequendo.

Né sit curiosus in circumspiciendo.
Nè leuis in mouendo.
Né inurbanus in inclinando.
Nè tædiosus in prolongando.
Né nimis festinus in terminando. Sed deuotus, exemplaris, ad omnem modestiam, deuotionem q3 comporit, & circūspect9.

In canone recordatio viuorum.

Suijpsius: scilicet, vteum faciat idoneum ministrum tanti Sacramenti, & anima & corpore in omnibus dirigat, & ad æternam salutem perducat.
Parentum carnalium & Spiritualium, vt eis necessaria in hoc mundo tribuat, & ad vitam æternam eos conducat.
Benefactorum, & orationib9 commissorum, iuxta eorum pia desideria, ad salutem animæ & corporis.
Inimicorum, vt Deus illos illuminet, & peccata dimittat, ac se ab eorum insidijs, ac maleuolentia, ira, inuidia & odio liberet.
Infidelium, vt ad rectam fidem eos Deus conuertat.
Pacis Ecclesiæ, & hominij in quo est.
Petitionum, quas proponit Deo exponere.

Recordatio Defunctorum.

Parentum, propinquor, familiarium, benefactor & fautentiū.
Fratrum, sororum, & eōrum charor ac consanguineorum.
Animar nobis cōmissar, pro quib9 eleemosynas recipim9 vel recep: turi sumus, quor fundationibus gaudemus & viuimus.
Animarum omnium fidelium in purgatorio existentium.

De his viuor & mortuor memorijs inferius paulo plura habes &c.

Præcipua diligentia.

Ad conficiendum, quia ibi sunt magna signa.

Maiora verbis, ipsa deuote, & distincte legendo.

Maxima intentione, attentionem consecrandi pro viribus applicando.

Præcipua Reuerentia.

Ad tangendum propter continentiã excellentis corporis Christi.

Excellentioris animæ.

Excellentissimæ diuinitatis.

Præcipua Deuotio

Ad sumendum tantum Sacramentum, ipsum cum discretione & modestia reuerenter cum summo charitatis ardore sumendo.

Non masticando, sed lingua leuius mouendo; interiori affectu, panem Angelorum suauiter gustando.

Post Missam obseruanda.

Humillima Gratiarum actio.

Propter maiestatem hospitis excellentissimi, suæ animæ indignæ hospitium ingressi.

Speciales orationes, vt sequuntur, post celebrationem & communionem attente, deuotè ac humiliter dicendæ.

Excellentiam tanti Sacramenti deuote meditando.

Deo pro suscepto munere semper fideliter gratias agendo.

Bonorum operum executio.

Ex desiderio græ, q̃ in hoc Sacramento suscipitur.

Ne subito post celebrationẽ & cõmunionẽ corporalẽ cibũ sumat.

Ne cito post cõmunionem in loco indecenti spuat.

Ne sæcularibus negotijs se implicet: sed meditationi se totū applicet.
Ne otiosus aliquo pacto inueniatur: sed orationib9 tot9 in Deū feratur.
Nec sine aligua deuota lectione diu permaneat.
Hæc feruenter, solicite, deuote & amanter sunt ruminanda.

De Sacerdotum dignitate, excellentia, officio, prærogatiua, honore, onere, & si mali fuerint periculo & pœnis; Sanctorum aliquorum Patrum Sententiæ.

Sanctus Augustinvs.

O veneranda Sacerdotum dignitas, in quorum manib9 Dei filius, veluti in vtero virginis, incarnatur. O felices Sacerdo,
:tes, si Sacerdotaliter vixeritis; o cæleste mysterium, quod per vos Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus tam mirabiliter operantꝫ
super tam ineffabili ministerio vestro, quod vno eodemqꝫ mom,,
:ento idem Deus qui præsidet in cælo, in manibus vestris est in
Sacrificio. Cælum miratur. Horrescit infernus. Contremiscit
diabolus. Reueretur quam plurimum Angelica celsitudo. Quid
retribuam Dño (vt taceam de cæteris q̃ tribuit mihi) pro tam singulari
dono Sacerdotij mihi impenso: quod est datum optimū & donū per,,
:fectum. V. G. ille, qui creauit me, sine me, creatur mediante
me. Et ille, qui ex nihilo cuncta creauit, sine me (si fas est di,,
:cere) dedit mihi creare se. O venerabilium Sanctitudo ma,,
:nuum. O felix exercitium; vbi tractat Christum Sacerdos Dei
filium, cuius deliciæ sunt esse cum filijs hominum. O Sacerdo,,
:tes, attendite: maior est vobis dignitas collata, quam Angelis, qui
adorant quod vos conficitis, nec ipsi conficere possunt. O altitu,,
:do Sapientiæ Dei. O ineffabilis clementia Saluatoris. Quod datū
non est Angelis, concessum est homini. Sacerdos hoc Sacramentū.

ineffabile conficit, Angel⁹ conficienti sibi quasi famulus assistit.
O quam venerabile, quam gloriosum, quam insigne fuit apud
antiquos nomen sacerdotis. Sed hodie quid abiectius eo? quid vi-
:lius? O sacerdotes, si anima cuiuslibet iusti sedes dei sit; mul-
:to magis sedes, & templum dei esse debetis mundum & immacu-
:latum. Si sepulchrum eius gloriosum est, in quo corpus iacuit ex-
:anime: gloriosiora & digniora esse debent corpora vestra, quæ a
morte suscitatus quotidie dignatur inhabitare. Si beatus est ven-
:ter, qui nouem mensibus Christum portauit: ita & si non tantum,
tamen beata debent esse corda vestra, in quibus quotidie eligit
sibi hospitium filius dei. Si beata sunt vbera, quæ paruulo suxit:
ita debet esse os beatum, quod carnem eius sumit, & sanguinē
sugit. Carnes ergo vestras cum timore ei⁹ configite, & vobis di-
:ligenter prouidete, nè lingua loquendo, quæ vocat de cælo filiū
dei, contra dominum loquatur. Et nè man⁹, quæ intinguuntꝫ
sanguine Christi, polluantur sanguine peccati &c.

Sanctus Hieronymvs.

Grandis dignitas sacerdotum, sed grandis ruina si pec-
:cant. Lætamur ad ascensum, sed timeamus ad lapsum. Non
est tanti gaudij excelsa tenuisse; quanti mœroris de sublimi-
:oribꝰ corruisse. Nec enim solum pro nostris delictis reddem⁹
rationem, sed & pro omnium, quor abutimur donis, & negua-
:quam sum⁹ de eorum salute solliciti.

Sanctus Gregorius Papa.

Tantum debet actionem subditorum actio transcen-
:dere rectoris, quantum distare solet ā grege vita pastoris.
oportet namꝫ vt metiri sollicite studeat, quanta ten

=endæ rectitudinis necessitudine constringitur, sub cuius asti,
:matione populus grex vocatur. Sit ergo necesse est cogitatio,
:ne mundus, actione præcipuus, discretus in silentio, vtilis in
verbo, singulis in compassione proximus, præ cunctis contem
:platione suspensus; bene agentibus per humilitatem socius; con
=tra delinquentium vitia per zelum iustitiæ erectus; internorū
curam in exteriorum occupatione non minuens, exteriorum
prouidentiam in internorum sollicitudine non relinquens.

Sanctus Isidorus.

Qui enim in erudiendis atq; instituendis ad virtutem popu
=lis præerit, necesse est vt in omnibus sanctus sit, & in nullo re,
:prehensibilis habeatur. Qui enim alium de peccatis arguit, ipse
à peccato debet esse alienvs. Primitus quippe rector semetipsū
corrigere debet, qui alios ad bene viuendum admonere studet,
ita vt in omnibvs semetipsum formam viuendi præbeat, cunctos,
:que ad bonum opus & doctrina & opere prouocet. Cui etiam
& scientia scripturarum necessaria est, quia si rectoris tantū
sancta est vita, sibi soli potest prodesse: porrò si & doctrina,
& sermone fuerit eruditus, potest cæteros quoq; instruere &
docere, & aduersarios repercutere, qui nisi refutati fuerint,
atq; conuicti, facile possunt simplicium corda peruertere.

Sanctus Cyprianvs.

Quando autem stamꝰ ad orationem, fres dilect: ,inuigila
:re ad preces toto corde debemus: cogitatio carnalis hominis, &
sæcularis abscedat, nec quicquam tunc animus aliud, quam id so,
:lum cogitet, quod precatur. Ideo & sacerdos ante orationem præ
=fationem præmissa parat fratrum mentes, dicendo, Sursum corda

vt dum respondet plebs: Habemus ad Dominum, admoneatur se nihil aliud quam Dominum cogitare debere: claudatur contra aduersarium pectus: & soli Deo pateat, nec ad sehortem Dei tempore orationis venire patiatur.

Sanctus Paulus.

Qui bene præsunt præsbyteri, duplici honore digni sunt: maxime qui laborant in verbo & doctrina.

Sanctvs Augustinvs.

Nemo in Ecclesia magis nocet Dei, quam qui peruerse agēs, nomen vel ordinem sanctitatis & sacerdotis habens. Delinquentem namq; hunc redarguere nullus præsumit, & in exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reuerentia ordinis peccator honoratur.

Sanctus Chrysostomvs.

Nam eum qui pro omni ciuitate (quid autem dico pro ciuitate? imo pro vniuerso mundo) legatione fungitur, & deprecatur, iniquitatibus omnium propitium Dei fieri, non solū viuentium, sed & mortuorum, qualem putas esse debere? Ego quidem Moysi & Heliæ confidentiam huic non puto supplicationi posse sufficere: sicut enim is, cui commissus sit Vniuersus mundus, & qui sit pater omnium, ita accedit ad Deum, obsecrans extingui quicquid vbiq; pugnarū est, dissipari tumultum, placari omnia, & tam priuatis malis, quam publicis imponi finem.

Sanctus Chrysostomvs.

Multi sacerdotes, & pauci sacerdotes: multi in nomine, & pauci in opere. Videte ergo quomodo sedeatis super cathe-

:dram: quia cathedra non facit sacerdotem, sed sacerdos cathe,
:dram: non locus sanctificat hominem, sed homo locum. Qui
bene sederit super cathedram, honorem accipit ab illa: qui
male sederit, iniuriam facit cathedræ. In iudicio enim sedes:
si bene vixeris quidem, & bene docueris, omnium iudex eris.
Si autem bene docueris & male vixeris, tui solius. Nam bene vi,
:uendo & bene docendo populum instruis, quomodo debeat viue,
:re: bene audem docendo & male viuendo, instruis deum quo,
:modo te debeat condemnare.

Sanctus Bernardus in corporis christi laude.

Corpus christi ægrotis est medicina, peregrinantib⁹ dieta: debiles confortat; valentes delectat, languores sanat, sanitatem conseruat: fit homo mansuetior, ad correctionem patientior, ad laborem ardentior, ad amorē sagatior, ad cau,
:telam atq⁹ obedientiam pronior, ad gratiarum actionem de,
:votior, & in omnibus gestibus & moribus compositior.

Venerabilis Beda præsbyter.

Accede ergo ad altissimum sacramentum & communionē, propter trinitatis gloriam, Angelor lætitiam, hominum gratiā, animar veniam, ordinationem mentis, informationem intelle,
:ctus, verbor veritatem, famæ claritatem, desideriorum puritatem, animi stabilitatem. Ita sit tota tua intentio & si,
:nalis deuotio.

Sacerdos ergo qui sine peccato est mortali, & in bono propo,
:sito, si non celebrat. Cælestem trinitatem priuat gloria & honore: ipsos Angelos lætitia, ac in cælesti patria gaudio, homi,
nes in terra laborantes beneficio & gratia, animas in pur=

gatorio degentes patrocinio & venia; seipsum autem priuat ordi-
natione mentis, informatione intellectus, verbor veritate, fa-
mæ claritate, desiderior puritate, animi stabilitate.

Sed de his hic satis., infra alia sequentur.

Incipit præparatio ad missam, seu Accessus Altaris.

Pro commoditate Sacerdotis dicendus.

Oratio prooemialis.

Ministraturus altari tuo Domine Omnipotens Deus, meritis meis indignus accedo. Sed deprecor im-
mensam pietatis ac bonitatis tuæ clementiam: quatenus
me ab omni peccato cogitationis, locutionis & operationis
purificare digneris: vt corde contrito, Spiritu humiliato,
anima mente q3 contribulata sacrificium laudis tibi hodie
dignè sacrificare, nomen q3 tuum sanctum iugiter inuocare
possim Xrē Iesu, qui es Deus benedictus in sæcula sæ-
culorum Amen.

Spiritus Sancti gratia illuminet sensus & corda nra.

℣: Domine labia mea aperies.
℟: Et os meum annunciabit laudem tuam.
℣: Deus in adiutorium meum intende.
℟: Domine ad adiuuandum me festina
℣: Gloria ꝓri ꝙ. ℟. Sicut erat ꝙ. Alleluia.

Hymnus.

Veni Sancte Spiritus || Imple superna gratia
Mentes tuorum visita || Quæ tu creasti pectora

Qui Paracletus diceris,
Donum Dei Altissimi
Fons, viuus, ignis, charitas,
Et Spiritalis vnctio.
Tu Septiformis munere,
Dextera Dei tu digitus,
Tu rite promissum Patris,
Sermone ditans guttura.
Accende lumen sensibus,
Infunde amorem cordibus,
Infirma nostri corporis,
Virtute firmans perpeti.

Hostem repellas longius.
Pacemq3 dones protinus,
Ductore sic te præuio
Vitemus omne noxium.
Per te sciamus da Patrem,
Noscamus atq3 Filium
Te vtriusq3 Spiritum
Credamus omni tempore
Sit laus Patri cum filio,
Sancto simul Paracleto:
Nobisq3 mittat filius
Charisma Sti Spus Amen

Antiphona.

Ne reminiscaris Domine delicta nostra, vel Parentū nostrorum, neq3 vindictam sumas de peccatis nostris. Temp: Pasch: Alleluia.

Psalmvs. 83.

Quam dilecta tabernacula tua Domine Virtutum: concupiscit & deficit anima mea in atria Domini.

Cor meum, & caro mea: Exultauerunt in Deum viuum.

Etenim passer inuenit sibi domum: & turtur nidum vbi ponat pullos suos.

Altaria tua Domine Virtutum: Rex meus, & Deus meus

Beati qui habitant in Domo tua Domine: in sacula sæculor laudabunt te.

Beatus vir, cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrymar: in loco quem posuit.

Etenim benedictionem dabit legislator ? ibunt de virtute in virtute:
videbitur Deus Deorum in Sion.

Domine Deus virtutum exaudi orationem meam: auribus perci,
:pe Deus Jacob.

Protector noster aspice Deus: & respice in faciem Christi tui.

Quia melior est dies vna in atrijs tuis: super millia

Elegi abiectus esse in domo Dei mei: magis quam habitare in
tabernaculis peccatorum —.

Quia misericordiam & veritatem diligit Deus: gratiam & glo,
:riam dabit Dominvs.

Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia: Domine
virtutum beatus homo qui sperat in te.

Psalmus 84.

Benedixisti Domine terram tuam: auertisti captiuitatē
Jacob.

Remisisti iniquitatē plebis tuæ: operuisti omnia peccata eorum.

Mitigasti omnem iram tuam: auertisti ab ira indignationis tuæ.

Conuerte nos Deus Salutaris noster: & auerte iram tuam ā nobis.

Nunquid in æternum irasceris nobis: aut extendes iram tuam
ā generatione in generationem —.

Deus tu conuers9 viuificabis nos: & plebs tua lætabitur in te.

Ostende nobis Dne misericordiam tuam: & Salutare tuum da nobis.

Audiam quid loquatur in me Dominus Deus: quoniam loque,
:tur pacem in plebem suam.

Et super Sanctos suos: & in eos qui conuertuntur ad cor,

Veruntamen propè timentes eum Salutare ipsius: vt inha,
:bitet gloria in terra nostra.

Misericordia & veritas obuiauerunt sibi: Iustitia & pax osculatæ sunt.

Veritas de terra orta est: & Iustitia de cælo prospexit.

Etenim Dominus dabit benignitatem: & terra nostra dabit fructum suum.

Iustitia ante eum ambulabit: & ponet in via gressus suos.

Psalmus. 85.

Inclina Domine aurem tuam & exaudi me: quoniam inops & pauper sum ego.

Custodi animam meam quoniam sanctus sum: Saluum fac seruum tuum Deus meus sperantem in te.

Miserere mei Dñe, quoniam ad te clamaui tota die: Lætifica animam serui tui quoniã ad te Dñe animam meam leuaui.

Quoniam tu Domine suauis & mitis: & multæ misericordiæ omnibus inuocantibus te.

Auribꝰ percipe orationẽ meã: & intende voci deprecationis meæ.

In die tribulationis meæ clamaui ad te: quia exaudisti me.

Non est similis tui in dijs Dñe: & non est secundũ opera tua.

Omnes gentes quascunq; fecisti: venient & adorabunt coram te Domine: & glorificabunt nomen tuum.

Quoniam magnus es, & faciens mirabilia: tu es Deus solus.

Deduc me Dñe in via tua: & ingrediar in veritate tua: lætetur cor meum, vt timeat nomen tuum.

Confitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo: & glorificabo nomen tuum in æternum.

Quia misericordia tua magna est super me: & eruisti animam meam ex inferno inferiori.

Deus inigui insurrexerunt super me, & synagoga potentium quæsierunt animā meam: & non proposuerunt te in conspectu suo.

Et tu domine deus miserator & misericors: patiens & multæ misericordiæ, & verax.

Respice in me, & miserere mei: da imperium tuum puero tuo: & saluum fac filium ancillæ tuæ.

Fac mecum signum in bono: vt videant qui oderunt me & confundantur: quoniam tu dñe adiuuisti me & consolatus es me.

Psalmus. xlix.

Credidi propter quod locutus sum: ego autem humiliatꝰ sū nimis.

Ego dixi in excessu meo: omnis homo mendax.

Quid retribuam dño: pro omnibus quæ retribuit mihi?

Calicem salutaris accipiam: & nomen domini inuocabo.

Vota mea domino reddam coram omni populo eius: pretiosa in conspectu domini mors sanctorum eius.

O domine quia ego seruus tuus: ego seruꝰ tuꝰ & filiꝰ ancillæ tuæ.

Dirupisti vincula mea: tibi sacrificabo hostiam laudis: & nomen domini invocabo.

Vota mea domino reddam in conspectu omnis populi eius: in atrijs domus domini in medio tui Hierusalem.

Psalmus. lxxix.

De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes: in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates obseruaueris dñe: domine quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: & propter legē tuā sustinui te dñe.

Sustinuit anima mea in verbo eiꝰ: sperauit anima mea in dño.

A custodia matutina vsq3 ad noctem: speret Israel in hõmino.
Quia apud hnum mia: & copiosa apud eum redemptio.
Et ipse redimet Israel: ex omnibus iniquitatibus eius.
Gloria patri & filio & spui sc̃to: sicut erat in prin:

Antiphona.

Ne reminiscaris hõmine delicta nostra, vel parentũ nostrorum: neq3 vindictã sumas de peccatis nostris: par: ce hõmine; parce populo tuo, quem redemisti pretioso san: guine tuo; neq3 in ætternum irascaris nobis. temp: pas:
alleluia. z. Kyrie el: Christe el: Kyrie el: Pr. nr.

℣: Et nẽ nos inducas in tentationem.
℟: Sed libera nos ãmalo.
℣: Ego dixi hõmine miserere mei.
℟: Sana animam meam, quia peccaui tibi.
℣: Conuertere hõmine aliquantulum.
℟: Et deprecare super seruos tuos.
℣: Fiat misericordia tua super nos hõmine,
℟: Quemadmodum speruimus in te.
℣: Sacerdotes tua induantur iustitia
℟: Et sancti tui exultent.
℣: Ab occultis meis munda me hõmine.
℟: Et ab alienis parce seruo tuo.
℣: Hõmine excaudi orationem meam.
℟: Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

Aures tuæ pietatis mitissime deus inclina precibus nostris: & gratia sancti spiritus illumina cor nostrũ:

vt tuis mysterijs dignè ministrare, teqß æterna charitate diligere mereamur ℟.

Deus, cui omne cor patet, & omnis voluntas loquitur, & quem nullum latet secretum, purifica per infusionem sancti Spiritus cogitationes cordis nostri: vt te perfectè dilige-
:re, & digne laudare mereamur ℟.

Vre igne sancti Spiritus renes nostros, & cor nostrũ homine: vt tibi casto corpore seruiamvs, & mundo corde placeamvs.

Mentes nostras quæsumvs homine Paraclitus, qui ã te procedit, illuminet, & inducat in omnem sicut tuus promisit filius veritatem.

Adsit nobis quæsumus homine virtus Spiritus sancti: quæ & corda nostra excpurget: & ab omnibvs tueatur aduersis.

Deus qui corda fidelium sancti Spiritus illustratio-
:ne docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta sapere; & de eius semper consolatione gaudere ℟.

Conscientias nostras quæsumus homine visitando purifica: vt veniens dominus noster Iesus Christus fi-
:lius tuus: paratam sibi in nobis inueniat mansionem—. Qui tecum viuit & regnat, in vnitate Spũs Sĉti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen—.

Oratio peccatoris Misericordiam Dei, ante-missæ celebrationem, vtiliter implorantis ℟.

Infelix ego! omnium auxilio destitutus qui cælum terrã-ßß offendi: quo ibo? quo me uertam? ad quem confugiam?

quis mei miserebitur? ad cælum oculos leuare non audeo, quia
ei grauiter peccaui: In terra refugium non inuenio, quia ei scan-
:dalum fui. Quid igitur faciam? Desperabo? absit. Misericors
est Deus meus, pius est Saluator meus. Solus igitur Deus
refugium meum; ipse non despiciet opus suum, non repellet
imaginem suam. Ad te igitur pissime Deus, tristis, ac moe-
:rens venio: quoniam tu solus spes mea, tu solus refugium
meum. Quid autem dicam tibi, cum oculos leuare non audeā?
verba doloris effundam, misericordiam tuam implorabo, &
dicam: Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam
tuam. Deus, qui lucem habitas inaccessibilem: Deus abscondi-
:tus, qui oculis corporis videri non potest; nec intellectu cre-
:ato comprehendi, nec lingua hominum seu Angelorum explica-
:ri: Deus meus; te incomprehensibilem quæro: te ineffabilem
inuoco, quicquid es, quicubiq3 es. Scio enim te summam esse
rem, si tamen es res, & non potius omnium rerum causa, si ta-
:men es causa. Non enim inuenio nomen, quomodo tuam ineff-
:abilem maiestatem nominare queam. Deus, inquam, qui es,
quicquid in te est. Tu es enim ipsa sapientia tua, bonitas tua,
potentia tua, & summa felicitas tua. Cum itaq3 sis misericors,
quid es nisi ipsa misericordia? quid autem sum ego, nisi ipsa
miseria? Ecce ergo, ô Deus misericordia! ecce miseria corā
te est. Quid facies misericordia? certè opus tuum. Numquid
poteris recedere ā natura tua? Et quod opus tuum? miseriā
tollere, homines miseros subleuare. Ergo miserere mei Deus,
inquam misericordia, tolle miseriam, tolle peccata mea, etenim
sunt summa miseria mea. Subleua me miserum, ostende in me
opus tuum, exerce in me Virtutem tuam, abyssus abyssum inuo-
:cat. Abyssus miseriæ, inuocat misericordiæ. Abyssus peccatorū,
inuocat gratiarum. Maior est abyssus misericordiæ, quam ab-
:yssus miseriæ. Absorbeat ergo abyssus abyssum. Absorbeat abyssus
misericordiæ, abyssum miseriæ. Miserere mei Deus secundū
magnam misericordiam tuam. Non secundum misericordiam

hominum, quæ parua est, sed secundum tuam, quæ immensa est, quæ incomprehensibilis est, quæ omnia peccata mea in immensum excedit. Secundū illam magnam misericordiam tuā, qua sic dilexisti mundum, vt filium tuum Vnigenitum dares. Quæ maior misericordia esse potest? Quæ maior charitas? Quis desperare potest? Quis non consideret? Deus factus est homo, & pro hominibus crucifixus est. Miserere ergo mei Deus secundum magnam misericordiam tuam, ob quam filium tuum pro nobis tradidisti: quâ per ipsum peccata mundi abstulisti: quâ per crucem eius omnes homines illuminasti; quâ ea quæ in cælis, & quæ in terris sunt, per ipsum instaurasti. Laua me Domine in sanguine eius; illumina me in humilitate eius, instaura me in resurrectione eius. Miserere mei Deus, non secundum paruam, parua enim misericordia tua est, cum homines corporalibus miserijs subleuas: magna autem, quando peccata dimittis: & homines per gratiam tuā super altitudinem terræ sustollis. Ita Domine miserere mei secundum hanc magnam misericordiam tuam, vt me adte conuertas; vt peccata mea deleas, vt per gratiam tuam me iustifices. Am.

Sequuntur Actus fidei, adorationis, Amoris, contritionis, satisfactionis & oblationis ante missæ celebrationem vtiliter valdè vel exercendi, vel deuotius ruminandi.

Actus fidei & adorationis.

O Domine Deus, qui trinus es in personis, & vnus in essentia; & tu Domine Iesu christe, verus Deus, & homo, Te adoro ex toto corde meo, & confiteor, te verum & vnicū Creatorem, Saluatorem, & vnicum finem meum. Et quia nimis humilis mea est adoratio. Offero tibi excellentissimas adorationes, quas tibi incessanter ac perpetuo offerunt, & offerent in æternum tua Sacratissima Humanitas, & Immaculatissima tua Mater, & Regina nostra, cum tota cælestia curia, Sanctaq;

Matre Ecclesia, dilecta tua Sponsa. ℣

℟ictus amoris erga Deum.

Insuper, Domine Deus meus, toto corde, tota mente, tota fortitudine, & omnibus viribus meis amo te; & semper te volo amare super omnia: & si fieri †potest: optarem, ac vel, :lem te posse amare super omnia illo perfectissimo amore, quo tu te ipsum amas, & quo te Sanctissima tua amat humanitas, Sa, :cratissima Virgo Maria, tota Caelestis Curia, & vniuersa Ecclesia Catholica. ℣ †posset

℟ictus contritionis.

Et quia tu, Domine Deus meus, es ille Deus, qui infinite est bonus, Sapiens, omnipotens, Justus & misericors: ideo ex toto corde me poenitet, & doleo super omnia, de omnibus mortalibus & venialibus delictis commissis, cogitationibus, ver, :bis & operibus atq; omissionibus, ab ipso momento, quo rationis fui capax, vsque in praesentem horam.

Et in vicem mei imperfecti doloris, offero tibi amaram contri :tionem (ticam) qua de suis doluit peccatis Sanctus propheta Dauid. Sanctus Petrus, Sancta Maria Magdalena, cum aliis suis poeni, :tentibus, qui à primordio mundi fuerunt, & vsq; ad praesens etiamnum sunt: & firmiter statuo tua annuente ope, in †omnis mea posita fiducia, me amplius te non offensurum. ℣ †qua

℟ictus Satisfactionis. ℣

Et quoniam, Domine mi, non possum ex me solo tantis meis debitis, quibus ob mea peccata tibi sum obstrictus, satisface, :re, atq; propter meas tibi irrogatas offensas: ideo in illorum Satisfactionem, totam meam tibi offero vitam, omnia mea bona opera, omnesq; meos exantlatos, & quos deinceps exantlaturus, labores, & quicquid vnquam perpessurus: vna cum meritis Sacratissimae Vitae, acerbissimae passionis, & dirissimae mortis Vni, :geniti Filij tui, humiliter deprecando eorum remissionem, efficacem gratiam, & †mortem agendi poenitentiam. ℣ †ante

Fructus oblationis, vel Puræ Intentionis.

Præterea, Domine mi, in vnione illius ardentissimi amoris & purissimæ intentionis, cum qua te ipsum nobis dedisti in cibum nostrum, in vltima coena, atq; in ara Crucis obtulisti te ipsum in Sacrificium. Offero tibi, Domine, hoc meum Sacrificium, & cum eo meipsum totum in sempiternum tuum honorem & gloriam. Atq; in locum exiguæ meæ præparationis, & modicæ deuotionis, offero illam profundam humilitatem, charitatem, & puritatem; cum qua tua Sacratissima Mater, ac cæteri tui deuoti serui, ad hoc diuinum accesserunt Sacramentum: & cum qua tui Sancti Apostoli, & reliqui Sancti tui Sacerdotes, à principio tuæ institutionis, vsq; in præsentem diem tibi obtulerunt; & de præsenti tibi offert Vniversalis Ecclesia Catholica. &c.

Determinabis pro quo hoc tuum Sacrificium offerre vis, & pro quibus personis, vel necessitatibus orare proponis, & illos Domino commendabis. huius oblationis & recommendationis formas inferius inuenies.

Deinde recordaberis alicuius Mysterij vitæ ac passionis Dni nostri Iesu Christi in hunc qui sequitur modum.

Mysteria vitæ & passionis Dni nri Iesu Christi consideranda ante Missam.

Quia Sanctissimum missæ Sacrificium à Christo Dno nro fuit institutum in Sanctissimæ vitæ, passionis ac mortis suæ memoriam: Ideo debet Sacerdos ante & post illud particularem etiam alicuius vitæ & passionis mysterij facere memoriam: quod vt facilius possit exequi; distribuemus per singulos hebdomadæ dies mysteria principaliora duo, alterum ante, alterum post S: Missam. Facienda erunt tria. Primum, illa æterno offeret Patri, in suorum & totius mundi peccatorum remissionem. Secundum. Aget gratias, & infinitas eius boni

tati pro talibus mysterijs rependet benedictiones. Tertium aliquas particulares petet gratias, in modum sequentem. Aliquantisper subsistet in considerando aliquas circumstantias & puncta, in quibus maiorem sentserit deuotionem.

Die Lunæ.

Faciet memoriam, seu recordabitur mysterij Incarnationis homini, & Visitationis Beatæ Virginis Mariæ. ac cum profunda humilitate, & animo contrito sequens dicatur

Oratio.

Offero tibi, æternè mi Deus, ad honorem & gloriam tuæ immensæ Maiestatis, in meam & totius mundi salutem, altum mysterium Incarnationis Vnigeniti filij tui, iuxta æternum tuum decretum, pro mea & totius mundi redemptione, qui cum esset Deus, factus est homo; cum esset æternus, factus est temporalis; cum infinitus, factus finitus; cum impassibilis, passibilis; cum immortalis mortalis, cum Dñs, seruus; cum beatus & gloriosus, factus miser & in mundo despectus. Offero tibi insuper, Domine Jesu, nouem istos menses, quibus in purissimo gloriosæ Virginis stetisti Vtero: & speciali aliter immensam illam charitatem, Humilitatem & obedientiam, qua hoc operatus es mysterium, ad tuam gloriam, in meam ac totius mundi salutem. Et pro omnibus gratias ago, te amo, & infinite benedico: precando, vt per mysterij illius merita omnia mea mihi ignorcas delicta, & gratiam perfecte te amandi concedas omnibus diebus vitæ meæ.

Eodem præterea fine tibi quoq; offero Sanctissimum Mysterium Visitationis Gloriosæ Virginis Mariæ, & speciatim ardentem illam charitatem, humilitatem & promptitudinem, qua illud longum & laboriosum suscepit iter, per aspera Nazarethi montana, usq; in Judeam, vt Elisabethæ famulæ tuæ inseruiret. Gratam tibi etiam offero seruitutem, & humilia obsequia, quibus suæ cognatæ trium mensium Spatio inseruiuit. De quibus gratias & benedictiones infinitas tibi reddo, supplicando, vt per eius merita, perfectam charitatem erga meum proximum, promptitudinem & feruorem inserviendi omnibus eius necessitatibus spiritib; ac temporalib; concedas.

Die Martis.

Recordaberis Præsentationis Christi, & Fugæ in Ægyptum. & sequens dicitur

Oratio.

Offero tibi æterno Patri, ad honorem & gloriam tuam, in meam & totius generis humani salutem, mysterium præsentationis Vnigeniti Filij tui in templo, & purificationem Immaculatæ Matris, quæ etsi inter puras creaturas esset purissima: & per consequens, ad nullam purificationis obligata legem; inter immundas tamen voluit comparere mulieres, ac si purificatione indiguisset, vt legem impleret. Offero tibi pariter Sacratissimæ Virginis amarum illum dolorem, quem in suo Virgineo & materno sensit corde, quando ei à iusto Simeone Filij sui prædicta Passio & mors, quod doloris gladius instar cultri transfixurus esset cor. Pro quibus omnibus tibi gratias ago, te amo, & benedico infinite: obsecrans per merita tam eximiæ huius humilitatis, obedientiæ, & tam acerbæ afflictionis, & donetur mihi vera humilitas, & submissa de me

ipso opinio, perfecta obedientia tuis diuinis obtemperandi man-
:datis, & intima seu cordialis meorum peccatorum contritio.

Illam similiter laboriosam in Aegyptum offero fugam, longam itineris molestiam, internum dolorem & compassionem, quam in suo corde Beatissima sentiebat Virgo Maria & Joseph videndo infantulum Jesum ad necem quæri.

Offero & illam extremam paupertatem, quam passi in Aegypto, non habendo quidpiam, quo sese refocillarent; illos labores, quos integro Septennio pertulerunt, in acquirendo victu & amictu: la-
:boriosum reditum, quo de Aegypto reuersi in Nazareth.

Pro quibus omnibus immensas gratias ago, te benedico; pe-
:tens per merita huius mysterij; cunctorum meorum dilecto-
:rum grande odium, & gratiam omnem peccandi fugiendi occa-
:sionem, & paupertatis amorem. Amen.

Die Mercurij.

Reuocabis in mentem Christi in deserto facta ieiunia, san-
:ctamq; eius prædicationem: dicaturq; Sequens

Oratio

Offero tibi, ô æterne Pater, ad honorem & gloriam tuam, in meam, & totius mundi salutem, quadraginta dierum ac noctium ieiunium benedicti Filij tui in deserto: sitim ac famem quam inibi perpessus; eius inter siluestres bestias humi cubatio-
:nem seu dormitionem, ex intimo corde eius missa suspir-
:ia: sparsas ex purissimis eius oculis lacrymas: arden-
:tissimas pro totius mundi salute, & suis electis, fusas orationes: molestas à Dæmone toleratas tentationes: pro quibus omnibus gratias tibi ago, te infinitè amo, & benedico; petens per illius mysterij merita pœni-

tentiæ amorem, meorum passionum mortificationem, ora-
tionis studium, & omnes meas tentationes vincendi fortitudinem. Præterea.

Offero tibi ô clementissime homine, multos & graues tuæ prædicationis labores, ardentissimum tuæ gloriæ & salutis animarum zelum, & tuos sudores, molestias, & quas perpessus es fatigationes, odia, rancores, & quibus te sceleratissecutati Iudæi persecutiones: itinera, discursus, nunc in hunc, nunc in alium pro salute animarum discurrendo locum: in orationibus pernoctando.

Pro hisce omnibus infinitas tibi ago gratias, te amo, & benedico, petendo per merita prædictorum ardentem zelum tuæ gloriæ & salutis animarum, desiderium indefesse me affligendi & exercendi per ea; nec non magnanimitatem, virtiliter superandi omnes difficultates in tuo sancto seruitio occurrentes. Fin.

Die Iouis.

Memor eris Captiuitatis & deductionis Christi ad Annã & contumeliar, quæ fuêre irrogatæ in domo Caiphæ, dicaturq;

Oratio.

Offero tibi æterno Patri, ad tuum honorem & gloriam, in me-
am ac totius mundi salutem, crudeles passiones & percus-
siones, indignissimas insultationes, quibus impij Iudæi, in tuum vnigenitum vsi filium, quando in Horto ab illis captus: funes & catenas, quibus dirè, strictè & contumelioſè fuit ligatus: pugnos, colaphos & calcium ictus, quibus illum impulerunt; enormes contumelias & blasphemias, quas in

eum effutierunt: furorem & rabiem, quam contra illum euomu-
:erunt: dilaniationes, quibus illum, inter ducendum ad Annam
vexauerunt. Apostolorum fugam, Petri negationem, Iudæ pro-
:ditionem: impiam alapam, quæ in domo Pontificis impacta:
inuictam patientiam, qua omnia ista toleraiuit.

Pro quibus omnibus tibi gratias, te amo, & benedico, peteris
per horum dolorum merita, omnium meorum dissolutionū
remissionem; gratiam qua tecum stem perfecta charitate,
& forti patientia alligatus, ad tollerandas alacriter, pro tui am-
:ore, quæ mihi irrogabuntur, iniurias.

Offero tibi pariter, Domine, omnes aspernationes, contu-
:melias, & irrisiones, tota illa nocte, in domo Caiphæ illatas:
impiam illam sententiam, qua illum Caiphas blasphemum & re-
:um proclamauit mortis: fœdissimum illud velamen, quo
sacri illius velati fuerunt oculi: pugnos, alapas, impulsiones,
& calcium percussiones, quando dixerunt illi: prophetiza-
nobis Christe, quis te percussit. Barbæ euulsiones, capillo-
:rumq; dilaniationes: contumeliosa verba; ignominiosum
reditum mane ad Pilatum, inuictam patientiam & mansue-
:tudinem; qua sustinuit hæc omnia. Pro quibus immensas
gratias ago, teq; infinitè benedico & amo: petendo mei ipsi,
ac mundanorum honorum verum contemptum: vnam cæ-
:cam obedientiam; qua maioribus pro tuo amore in omnibus,
quæ non cedunt in offensam tuam, promptè obtemperem. &c. Fin.

Die Veneris

In mentem reduces Spineam coronam, coronationem;
& Crucis ad montem Caluariæ baiulationem —.

Oratio

Offero tibi, ō æterne Pater, ad tuum honorem & gloriam ac in
meam, & totius mundi salutem, crudelem spineam coronam, q̃
violenter amabilissimi Filij tui capiti imposita: purpuream ve-
:stem, quam illi circumposuêre: & arundinem eius manibus im-
:positam, irrisorié eum vt Regem salutantes: arundinis per-
:cussiones, quibus fortius eius capiti coram infixere: irrisorias
genuflexiones ante eum factas, multos illi impingentes colaphos,
fœdissima in eius faciem eijcientes sputa, dicentes: Aue Rex
Iudæorum. Probrosam à Pilato factam populo exhibitionem, qua
dixit Iudæis: Ecce Homo. Clamores quibus vociferati: Tol-
:le, Tolle, crucifige eum

Pro quibus gratias ago, te amo, & benedico; deprecando per ha-
:rum pœnarum merita, meæ vanitatis, superbiæ, propriæ æstim-
:ationis, impatientiæ & hypocrisis indulgentiam & gratiam, qua
floccipendam vana hominum iudicia, & humanos euincam respect-

Offero similiter, Domine, contumeliosam, duobus iunctis la-
:tronibus, Crucis ad montem Caluariæ baiulationem: crebros
præ nimia sui excruciati, dilaniati & exanguis corporis lassi-
:tudine, lapsus: percussiones, verbera & impulsus, quibus suis
calcibus resurgere, & gressus accelerare compulerunt: barbæ
euulsiones, humi proiectus; & per cliuum montis protractus;
iniuriosa verba, quæ in te euomuerunt, amaras lacrymas, &
luctuosos gemitus, quibus te persecutæ mulieres, & dolendos
planctus. Immensam charitatem, humilitatem, patientiam & ob-
:edientiam, qua hæc omnia pro tua gloria, & nostra salute toler-
:ata. Pro quibus omnibus infinitas gratiarum refero actiones, te
amo, & benedico: per harum afflictionum supplicans merita,
vt dones mihi Crucis amorem, tolerantiæ feruorem in tuo San-

cto seruitio: gratiam amare deflendi mea ac proximorum delicta.

Sabbatho.

Memoria repetes latus Christi Lancea perfossum, & Sacratissimum eius corpus de cruce depositum, & dicitur.

Oratio.

Offero tibi, Ō æterne Pater, ad tuum honorem & gloriam, in meam & totius mundi salutem; crudelem diramq; lanceam, quā à Longino Sacratissimum nostri Seruatoris confossum est latus: pretiosum eius inde abundanter effusum sanguinem, aquam vna cum eo manantem: acerbissimum dolorem, quem tua Sacratissima inde sensit parens: Inhumanitatem & feritatē, qua verbis & factis in eius ab impijs Judæis sæuitum est cor-:pus. Pro quibus omnibus infinitas tibi animi rependo gra-:tes: obsecrans vt huius mysterij virtute, omnium peccatorum meorum corde commissorum donetur remissio, ac cor meum ab omnibus impuris ac terrenis affectibus emacules, illudq; tuis inspirationibus aperias. Offero pariter tibi, Domine, illud tempus & horas, quibus Sacratissimum illud corpus affi-:xum pependit in Cruce, & ab illa fuit depositum. Offero illud Sacrum corpus exangue, aridum, attritum, vulneratum, & cruentatum: illam faciem pallore squalidam, liuidos oculos, sangui-:ne plenos, & sputis obsitos. Caput Sacrum totum spinis trans-:fixum, os fellis amaritudine afflictum.

Pro quib9 omnib9 immensas gratias pendo, te amo & benedi-:co, submisse efflagitans, vt per huius mysterij virtutem mihi de-:tur venia omnium prauarum sensualitatum & corporis blan-:dimentorum, concedaturq; mihi perpetua castitas, cum oppositi vitij abominatione. Pin.

Die Dominico.

Gloriosam Christi Resurrectionem; admirabilem eius Ascensionem; ac Sancti Spiritus recolas missionem. & Seguenter, dicatur. Oratio.

Infinitas, immortalesq3, O Trine & une Deus, tuæ maiesta-
:ti ago gratias, pro gloriosa Redemptoris nostri Resurrectio-
:ne, & completo nostræ Redemptionis opere: & per conse-
:quens, de crudelissima Sathanæ tyrannidis liberatione; & San-
:ctorum Patrum liberatione: simul pro certa nobis data salutis
conseguendæ Spe. Gratias etiam ago, pro inæstimabili læti-
:tia & gaudio, quo tuam Sacratissimam Matrem, tuos Sanctos
Apostolos & Discipulos gloriosis lætificasti apparitionibus.
De omnibus immortales gratias ago, teq3 infinite benedico,
atq3 per huius gloriosæ Resurrectionis virtutem submisse flagi-
:to gratiam, qua veteri homini cum omnib9 suis prauis concupis-
:centijs prorsus emoriar, & in nouam solidarum virtutum, San-
:ctorumq3 morum vitam resurgam. "

Gratias tibi, O æterne Pater tibi ago pariter, pro glorioso Ser-
:uatoris nostri in cælum ascensu; & pro gloria & honore,
quo illum tuæ fecisti assidere dexteræ; nec non pro iudiciaria
potestate concessa, qua super omnes tam cæli, quam terræ, atq3
inferni creaturas, æquissimum constituisti arbitrum: pro
misso Sancto Spiritu super Sanctos Apostolos in Sacratissimo
die Pentheostes. Pro quibus omnibus infinitas persoluo & ſt grates
benedictiones, te obsecrans per merita horarum Sacrorum
mysteriorum, virtutem & gratiam, qua omnes meos terren-
:os penitus retundam & pessundam affectus: & toto corde
Spiritales, & res amem cælestes: quo Sancti Spiritus dignum

efficiar habitaculum: cum omnibus eius donis ac gratijs, do-
:nec simul cum ipso Christo regnare merear in æterna gloria, per
omnia sæcula sæculorum. Fiat.

Habita iam supradictorum mysteriorum memoria,
iuxta cuiusvis die distributionem, aduerte diligentius
sequentes obseruationes, quæ tempore missæ observan-
da sunt, sunt quidem & aliæ obseruationes hic, ante, in, &
post missam, vt obseruentur adscriptæ: attamen & has ut
pote pro quotidiano vsu breviores adscribere placuit.
His obseruationibus bene perspectis ac consideratis
poterit sequentes subiungere orationes, quia plenæ opti-
:mis affectibus, & substantialibus ac meritorijs actib, referte.

Obseruationes tempore Missæ

Primo Ad altaris descendens gradum, antequam sacrosan
:ctam ordieris Missam, tuam ad Deum eleuabis mentem,
ac denuo deq; nouo æterno patri hoc offeres sacrificium in
vnione immensi illius amoris, quo vnigenitus eius filius,
semetipsum obtulit in ara Crucis.

Secundo Incipies Missam mediocriter alta voce, bene, dis-
:tincte, & non multum festinanter pronunciando verba,
obseruando cœremonias tempori congruas, cum grauita-
:te, deuotione, & circumstantium ædificatione, vti in mis-
:salis annotatæ rubricis.

Tertio. In primo Memento præter tuas oblationes, va-
:rias poteris Domino recommendare necessitates, per
hebdomadam sequenti modo distributas.

Dominica, Summum Pontificem, omnes Ecclesiæ Catholicæ, & præcipuè huius Diœcesis, loci, monasterij, Ciuitatis, pastores ac Prælatos, rectores & Superiores.

Die Lunæ. Omnes Principes Christianos, vt inter se se concordent, & catholicam zelent Religionem

Die Martis. Omnes & maximè huius Prouinciæ, vel loci Gubernatores & magistratg, vt pacis & Iustitiæ sint amatores.

Die Mercurij. Omnes in Christi Vinea operarios, vt animarum zelent salutem.

Die Iouis. Omnes Ecclesiasticos Ordines, vt Sancti sint, præbeantqß se exemplares.

Die Veneris. Omnes peccatores, Hæreticos & infideles, vt conuertantur ad Dominum.

Sabbatho. Omnes Iustos, vt in bono vsqué in finem perseuerent.

Quarto. Iam iam consecraturus hostiam, priusquã consecrationis pronuncies verba, mentaliter sic renoua bis intentionem.

Cum illa, Domine Jesu Christe, humilitate, charitate & intentione, quam habuisti, & Sancta Catholica habet etiam, num Ecclesia, eadem in hac actione, tua omnipotentia pronunciabo verba. ~~Hoc est corpg &c.~~

Eodem affectu consecrabis & calicem.

Quinto. In actu adorationis, peracta iam consecratione, Domino offeres toto corde in Sacratissima Hostia præsenti, eosdem adorationis actus, quibus, quibus illum in cælo, & in terra omnes Sancti ac Vniuersa Catholica adorat Ecclesia.

idipsum toties facies, quoties aliquem actum adorationis exhibebis.

Sexto. Eleuando in altum sacratissimam hostiam. fortiſide & profunda humilitate ac reuerentia; æterno illam offeres patri, atq; vna te ipsum, in perpetuum holocaustum, ad suam gloriam; recommendando illi finem, ad quem applicatur missa sacrificium.

Idem facies etiam in eleuatione Calicis. Illum offerendo magno affectu in tuorum delictorum remissionem, ac totius mundi salutem.

Septimo In secundo. Memento. Præter illos vita functos, quibus aliquo titulo obligatus es orare quotidie, & commendare Dño; sequentes poteris per singulos dies hebdomadæ assignatos deo deuotius, pro deuotione recommendare.

Dominico die. Defunctos tuos parentes, consanguineos & affines

die Lunæ Illos defunctos, à quib⁹ aliquo modo beneficia tibi impensa sunt.

die Martis. Illos qui quoquo modo, dum viuerent, te offenderunt, vel persecuti fuerunt in vita sua.

die Mercurij Vita functos, quos tu quomolibet offendisti, vel in illorum vita persecutus es.

die Iouis. Defunctos, pro quibus nullæ speciales fiunt, duntur preces.

die Veneris Illos qui diuerniori tempore in purgatorio detinendi sint.

Sabbatho. Illas animas, quæ citius, de purgantibus flammis educendæ.

Octauo manu hostiam accepturus, mente illam Dño,

immaculatarum manuum sacratissimæ eius matris offeres puri-
tatem, quibus ab illa lætè exceptus infans.

Nono, Sacratissimam accepturus Hostiam paulisper subsi-
stens, viua fide. Bno Jesu, in illa vere præsentem profun-
dæ adorationis exhibebis actum: offerendo illam viua fide, hu-
militate, charitate & sanctitate, qua sacratissima eius genitrix
eum in terra suscepit: & qua illum omnes eius susceperunt electi:
atq; etiamnum sancta Cath̄olica suscipit Ecclesia, in supplemen-
tum summæ tuæ imperfectionis, & spiritualis paupertatis.

Accipiendo calicem similiter corde profundam pretiosissimo
sanguini, pro tuis fuso peccatis, facies adorationem, supplicabis,
què eius meritis & virtute tibi donari humilem omnium offen-
sarum indulgentiam, & ardentem eius honoris, & animarum
salutis zelum.

Decimo Si alijs sacram distribues communionem, mentis ocu-
los diriges ad immensam vnigeniti Filij Dei charitatem & humi-
litatem, qua se ipsum indifferenter omnibus, pro illorum salu-
te dedit in cibum, & inter distribuendum in eius sacris vulneribus,
intimo cordis affectu communicantium Deo commendabis
animas. ſ.

Oratio ante missam dicenda.

Omnipotens, æterne, misericors Deus. Non equidem dig-
nus sum, propter scelera mea, & peccata mea enormia, qui in
conspectum maiestatis tuæ veniam, & coram te compaream
aliquid petiturus, multo minus vt exaudiar, & quod ā te pe-
to vt impetrem; sed quia tu ex amore paterno Vnigenitum
filium tuum constituisti mediatorem inter te & peccatores

miseros (inter quos me infelicissimum agnosco), hunc tibi concilia-
torem nostrum æterne pater offero, magna spe ductus, quod tua
spe. Maiestas huius respectu me sit exauditura, propter hunc
me voti mei reddes compotem, quem tu perpetuo honoras, &
cui nihil denegas. Te oro, vt hoc sacrificium, hanc immaculatā
victimam ā me peccatore misero suscipias, nec patiaris, vt
in expectione mea confundar. Fiat.

Deuota petitio, vt particeps fias satisfactionis Christi
dicenda ante vel sub missa.

Misericors, cælestis ac benignissime pater, debeo miser
decies mille talenta, & numerus peccatorum meorum in dies au-
getur, & vltra modum excrescit, vt non possim omnino æs ali-
enum exsoluere. Quicquid autem facio & præsto seruitij,
antea me debere, & ad hoc obstrictum me esse memini. Sum
præterea, si meritum perpendo rectitudinem vitæ meæ & op-
erum, in conspectu tuo veluti pannus summa fœditate
menstrui pollutus. Quapropter veniam oro, misericor-
diam expeto, & tibi pro peccatis meis offero hostiam imma-
culatam, innocentem, scilicet, agnum Iesum Christum.
Te oro ex animo, vt hoc sacrificium suscipias, certam
pro omnibus debitis meis satisfactionem, vtq; sacro-
sancto eius sanguine abluar, & purger ab omnibus ini-
quitatibus meis, & ad vitam perducar sempiternā. Fiat.

Oratio pia ad officium missæ dicenda, vt participes
reddamur meritorum Christi.

O Sancte! O fortis! O immortalis Deus, fons omnis

gratiæ & misericordiæ, qui non vis mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat, salutemq; conseguatur, qui omnibus te inuocantibus in veritate promptus es auxiliator, qui nihil vltra exigis ab homine, quam quod tu illi concedis. Me, clementer respice, expers enim sum omnis gratiæ, nec merita vlla in me agnosco, dignus sum morte, vita æterna indignus, nisi tu me per gratiam tuam cælestem præpares, & idoneum reddas. Quapropter eum tibi offero, in quo est thesaurus omnium meritorum, qui est Veritas, via & vita. Cui tu Spiritum gratiæ vberrimè largitus es, & omnia dona sine mensura secundum omnem plenitudinem in eum effudisti. Te oro humillime, vt hoc sacrificium à me peccatore miserrimo suscipias pro peccatis & offensionibus, & pro offensionibus totius mundi, ac me tantæ perfectionis participem efficias, vt eius gratia adiutus, viam inueniam, eaque incedam, & ambulem in veritate; vt merita in me augeantur, vt sic per misericordiam Dei, mortem æternam effugere, & Vitam cælestem consegui possim. Amen.

Oratio ante communionem, vel missæ celebrationem.

Quantum ô Deus, erubescere deberem, & pudore suffundi, qui coram Diuinæ Maiestatis tuæ oculis peccator egenus & miser compareo. Quæ hæc est impudentia mea? quod in conspectu tuo prodeo, nihil aliud mecum ferens, quam molem debitorũ, quibus sum oppressus? sed ad quem potius has meas miserias deferam? cui potius conquerar? quam tibi vni Deo meo. Tu enim Deus meus, & pater meus es, infinita misericordia tua est, potentiæ tuæ nihil difficile est. Tu animæ meæ & medicus & sal-

uator es benefícus . In tuis ergo vulneribus saluame, in tuo
sanguine laua & munda me: in tua iustitia sanctifica me. Ore,
demptor fortissime, oro te, meritum tuum, virtutem tuam, &
iustitiam tuam largire mihi, sit efficax in me Virginis Mariæ
benedictæ exemplum, vt iunctis illis & Sanctorum electo-
tuorum votis & virtutibus, non veniam omni nudatus pro
bitate, sed securior aliquando compaream coram te. Oro
te summè Deus, fac vt fugatis peccatorum tenebris, diui-
næ tuæ gratiæ lumen in me clarescat, expelle caliginem
vitiorum, & illumina cor meum tua virtute. Da ut cum tim
ore & tremore tuæ Deitatis præsentiam comprehendam,
& simul perspecta tua immensa bonitate, meam vilitatem
agnoscam. Tu ô Deus, cor meum frigidum igne charitatis
tuæ accende, eius amoris flamma irradia; qui te vt ad nos
descenderes, & pro nobis patereris, commouit. Has faces
iniice, vt plane tuo Spiritu ferueam, omnes meæ inte cogi-
tationes quiescant; opera mea, & verba mea dirigantur
in te, vt hic vnum tecum effectus per gratiam, in futuro Secu-
lo foelicitatis partem percipiam. Fiat.

Alia oratio ante Communionem seu Missæ celebrationem.

Deberem tibi iam aduentanti, O Deus! obuiam procede-
re, sed pudore impedior; te excipere gestit animus; sed deli-
ctorum enormitas reprimit. Sed tu ô Rex Supreme ad immun-
dam, abiectam & vilem animam hanc venire non dedignaris,
despecti cordis mei ianuam pulsas: oro igitur te per gratiã
tuam, munda me, & purga purgandum, & tuæ voluntati ap-
tum atq; commodum mentis meæ præpara habitaculum, in

quo tibi commorari liberat. Adorna virtutum corona Deitatis tuæ thalamum, vt fidei intus accenso lumine, totum niteat palatium. Ecce Regum ditissime, pauperculi subis tugurium, sed quid dico? Ego ad te venio pater indulgentissime, indignus qui tanti patris filij, & nec seruus quidē dici audio. Ne proijcias quæso me in ira tua secundum meritum meum, sed me fac sicut vnum ex mercenarijs tuis: vt tantum gratiæ & misericordiæ panem in domo tua dignè comedam. O pater mitissime, grauiter te offendi. Quid filio delictum suum vltro confitenti? Si quid pro ira; quam meruisse me fateor est sustinendum: Hic seca, hic vre, in hac vita me torque pro tuo arbitrio, vt in æternum parcas homine Deus. Fac nè præbeam iræ tuæ occasionem, quæ mihi perpetuam inferat pœnam. O dulcissime Iesu, quia tu Sponsus animæ meæ & esse & appellari vis, totum me tibi trado. Largire gratiam, & vires tribue, vt quod iubes exequar, ac plenè tibi deseruiam, totus tuus sim; me ipsum tua causa abnegem, vt nunquam à te diuidar aut auellar. Fin.

Alia oratio ante perceptionem Sacramenti.

O Domine benignissime, pijssimeq; Redemptor, da mihi per sanctam mortem tuam te oro, in huius pretiosissimi corporis & sanguinis tui sumptione veram fidem, firmam & viuidam spem, perfectam charitatem, vt puro cordis affectu, quanta dilectione & benignitate sacrosanctum hoc Sacramentum in cœna nouissima institueris, nobisq; commendaueris, possim cogitatione perpendere, quo mortis tuæ, quā peccatorum nostrorum causa pertulisti, commemoratio potenter renouetur in me. Oro te, vt cor meum ab omni vitiorum squalore uelis clementer purgare & mundare; tuaq; gratia iustam mihi largiatur contritionem, vt uerè

de perpetratis malis doleam; vulnera & plagas meas coram
te, & Sacerdote tuo ministro aperiam, atq; detegam. Ha por-
:ro vt salutaris emplastri medicamine accepto, nunc in tem-
:pore gratiæ, quo suaui voce peccatorem inuitas & vocas, vt
conuersus ad te vitam habeat, ac crescens malum cõ'erceatq;
vitio serpenti in dies occasio adimatur. Concede mihi fir-
:mum propositum emendationis, vt tibi, non uerò mihi om-
:nibus diebus meis in Sanctite & iustitia viuam, vt proposita
corporis & sanguinis tui mensa dignè ad animæ meæ sus-
:tentationem communicare & frui possem. Veniunt
mihi in mentem. O Deus! Apostoli tui fidelis verba, qui
:bus seuerè aduersus eos pronuntiat, qui indignè de hac
sacra mensa participant. Qui enim manducat & bibit indig-
:nè, iudicium sibi manducat & bibit. Quia ergo exhorres
:co, Domine, iudicium tuum, vt qui te sub cordis mei tec-
:tum intromittendi dignitatem in me non inuenio, tu, precor,
dignum me gratia tua effice, Sanctus ipse habitaculum
tibi pectoris mei Sanctifica, vt de iudicio Securus, de tua
præsentia gaudeam & exultem. Blanda enim tua vox est,
qua vltro nos inuitas. Qui sitiunt, ad me veniant, & bibãt.
Non ergo ad te fontem vitæ æternæ, & omnis gratiæ ac-
:currentem me reppelles; sed potabis me summæ miser-
:icordiæ tuæ fontibus, nè porthac transitoria sitiam, sed
tuæ inexhaustæ gratiæ irrigatus flumine, & scaturigine,
fructus producam Spirituales in æternam beatitudinem. Fin.

Ad eleuationem sacræ hostiæ; sic precari potes.

Domine Jesu Christe, verus Deus & verus homo supplex te adoro, ac gratias ago tibi, qui in ligno crucis pro nobis mortuus totius mundi exsoluisti debitum. Et tu ō pater cœlestis respice in filium tuum, & propter ipsum propitius esto mihi. ō Deus propitius esto mihi peccatori. Auser à me, quicquid tibi displicet in me. Largire quod tibi placet Deo meo; conuerte cor meū in te, vt seruiens tibi, amem te, benedicam te, ac laudem in æternū.

Alia oratio ad eleuationem hostiæ SSmæ

O Domine Jesu christe, tu es rex gloriæ, tu sempiterni patris es filius. Jesu fili Dauid miserere mei. Munda cor meum pie redemptor, ut te in futuro videam regno; sed & passionis tuæ mortisq; amaræ participem me fac Domine, per te adeptam mihi confer gratiam, & tandem sempiternæ vitæ æternam largire gloriam. Amen.

Ad eleuationem calicis

Oratio.

Da piissime Domine Jesu christe, per pretiosissimā sanguinis tui effusionem, vt mundo, concupiscentijs eius, & peccato totus mortuus; omnino secundum tuam voluntatem viuam. Sis omnibus auxilio, quos pretiosissimo sanguine tuo redemisti. Ab omnibus peccatorum inquinamentis, pretiosissimus tuus me abluat & purget sanguis, ut perpetuo amoris tui igne accensus in te me totum effundam, super omnia te puræ diligam, feruenter amem, ac fideliter tibi seruiam.

Effusio cordis pro peccatis remittendis, excitans & humilians Spiritum vehementer ad compunctionẽ.

Omnipotens, æterne, benignissime, misericordissi-
:méq3 homine Jesu Christe, creator & redemptor animæ
meæ. Ecce ego sum ille nequissimus, impijssimus & vilis-
:simus peccator, totus abominabilis atq3 contemptibilis,
totus nefandus atq3 miserrimus, omni bruto vilior ac de-
:terior effectus, qui tam enormiter, tam frequenter, tam
audacter, tam impudenter tuam infinitatem maiesta-
:tem atq3 præsentiam inhonorauj, tuam sanctitatem
offendi, tuam charitatem, tuam bonitatem, pietatem &
longanimitatem contempsi, tua præcepta transgressus
sum, tua consilia spreui, tuis donis abusus sum, tuis be-
:neficijs ingratissimus fui, tuum dulcissimum iugum ab-
:iecj: ā te deo meo, deo totius salutis meæ cor meum
auerti & recessi, & in seruitutem diabolo pro vili & mo-
:mentanea delectatione me captiuum tradidi, membra
mea, sensus meos, vires animæ meæ, tempus, & alia do-
:na, quæ mihi dedisti, quibus si te honorassem, æternam
mihi felicitatem concesisses, inimico tuo seruiẽs ad
contumeliam tuam turpiter expendi & miserabiliter sū
abusus, adeò vt etiam tibi iam ad seruiendum, deficienti-
:bus viribus, dominantibus vitijs, dilapso tempore, in-
:utilis factus sum nimis. O Saluator pijssime, tu
scis, quot mala commisi, quot bona omisi, quod propter-

:ea etiam in multa mala peccando incidi.

Qui hoc exercitio vsus quandoq; fuerit, grauiora peccata sua hic in genere ad memoriam reuocet, de eis compunctionem contri,
:onemq; eliciat, ac feruentiori deuotione sequentia prosequatur:

Sed æterne Deus non sufficerunt mihi infelicissimo ac miser,
:rimo peccatori propria peccata mea, sed super ea & aliena mul,
:ta accumulaui. Heu homine mi, & Deus meus, quot hom,
:ines seduxi, quot meo peruerso viuendi genere scandalizaui,
quoties malum consului, occasionemq; peccandi alijs inno,
:centibus dedi, adiuui & induxi in immania flagitia & pec,
:cata? Heu quomodo nomen tuum vbiq; per me blasphematum
est? Heu me quot animas tuis vehementissimis doloribus
& angustijs amarissimæ passionis redemptas, pretioso san,
:guine tuo, & morte innocentissima viuificatas, ego conculca,
:ui, interemi ac iugulaui? Propter hæc omnia indignum plane
me iudico, vt oculos ad te leuem, gramq; tua mihi ignoscas.
Hic in doloris signum pectus tuum cum publicano tunde, & dic,
Domine propitius esto mihi miserrimo peccatori. Vel si quid
habes aliud, quod magis tui ipsius tibi valeat parere contemptum,
& deuotionem ac humilitatem excitare.

O Deus Iudex æternæ gloriæ, ac metuende hne & Deus meus,
Vere ego sum pessimus ille latro, qui toties peccando, & alios
scandalizando propriam animam, aliorumq; animas tam
pulchras, tam nobiles à te conditas, ad tuam imaginem factas,
tanta charitate redemptas fœdaui, & eas tibi Creatori suo ab-

stuli, occidi & dæmonibus tradidi. Sicqꝫ passionis & sangui-
nis tui pretiosissimi fructum, quantum in me fuit, euacuaui.
Heu me miserum Clementissime Pater, qui tanta mala feci,
factus adeò turpis, odibilis & facinorosus. Domine Deꝰ
confundor & erubesco leuare faciem meam ad te; quoniam
iniquitates meæ multiplicatæ sunt, supergressáqꝫ sunt caput
meum; & sicut onus graue grauatæ sunt super me. De-
licta mea creuerunt vsqꝫ ad cœlum, & multiplicata sunt
sicut arena, quæ est in littore maris. Vltra omnes pecca-
tores, ego miser & miserabilis te offendi, factus quasi spu-
ma totius iniquitatis, & omnium peccatorum peripsema. Heu
cur inter peccatores primum locum mihi elegi, adeò vt alij
peccatores mihi comparati etiam iustificentur: quippe cui
tot dona, tot adiutoria, tot beneficia largitus es, & plura da-
re fuisti, quibus à peccatis me continere, vel resurgere po-
tuissem. Et tamen his omnibus neglectis, spreta benignitate
tua, qua me tam longanimiter ad pœnitentiam expectasti, ex-
citasti, prouocasti; & tandem misericorditer attraxisti.
Post tam multa & enormia peccata, post tantam offensam, cum
pro reconciliatione & adoptione gratiæ tuæ indesinenter cogita-
re ac laborare, totumqꝫ me in holocaustum tibi offerre debuisse,
totus ingratus cor meum auerti à te, & quotidie, imo & qua-
si continuè negligentijs meis, & defectibus offendo te. In serui-
tio tuo totus sum negligens, tepidus, indeuotus, mente disper-
sus, à te sum auersus, cum creaturis fornicor. Quid vltra dicã?

Non habeo vt vnum pro mille respondeam. Scio me grauiter ni-
mis deliquisse & iram tuam iuste ~~deliquiss~~ meruisse.
Verum tu clementissimus es; idcirco quaeso bne meus, & beg
meus! nè in furore tuo arguas me! neq3 in ira tua corripias me;
sed potius miserere mei secundum magnam misericordiam tuã,
& secundum infinitam multidudinem miserationum tuarum de-
le iniquitates meas. Non reserues mihi peccata mea benign:
pater in diem vindictæ, in diem mortis meæ, neq3 in curia iu-
stitiæ tuæ me castiges, sed vt in præsenti vita veniam percipere
merear delictorum meor: Nunc igr, ac in carcere præsentis
vitæ; & in curia misericordiæ tuæ & liberationis me vre & se-
ca, vt in æternum parcas, ac ut post hanc vitam ã vindicta tua sim
securus. Memor quaeso sis fragilitatis & nihileitatis meæ beg
meus; & sustentes animam meam manu tua, quia nè minima
quidem sufferre possem, nisi in virtute tua. Iterum rogo te cle-
mentissime bne, & per omnes miserationes tuas obsecro non si-
nas animam meam de corpore meo exire, nisi prius plenè tibi
reconciliatam; plenarè purgatam, perfectè mundatam; tua cha-
ritate, proximi dilectione, cæteris virtutibus perfectè orna-
tam, & ab omni pœnarum formidine, ab omni inferni & purgato-
rij terrore prorsus liberam & securam, totamq3 tibi inseparabi-
liter adhærentem, & iugiter sine fine tecum feliciter mansurã.
Sed vnde mihi hoc? vnde tanto peccatori, ac tam ingrato tantũ
beneficium, tantum donum? Quomodo audeo hoc petere? De
tua pietate id præsumo dulcissime bne deus, misericordia

mea, cui proinde est ā multis, vt ā paucis saluare, cum tota
nostra substantia & salus non ex operibus nostris, sed tua
gratia præcipuè pendeat. Tu pro me satisfecisti. Tu, vt mihi
satisfactio tua subueniat, meruisti. Ego mendicus & pauper
nihil habeo, quo hoc meriar. Nihil habeo quod offeram tibi,
nisi peccatricē animam meam, & hoc miserrimum corp9 meū,
quæ ā te recepi, quæ tu bene fecisti, sed ego destruxi, ego pol-
:lui, ego foedaui. Hæc tibi Dñō Deo meo offero in beneplaci-
:tum SS:mæ voluntatis tuæ: fac mecum sicut tibi placet; rege me,
tene me, posside me sicuti vis. Age mecum secundum quod
magis est ad gloriam tuam, & voluntatem tuam, castigando, hu-
:miliando, vel consolando me. Hoc solum mi amantissime Dñe
Deus precor, vt in omni aduersitate, in omni dolore, in omni
tentatione, vel consolatione cor meum perpetua charitate sit tibi
coniunctū, tuæ voluntati inseperabiliter vnitum; vt omnia de
manu tua humiliter accipiam, in omni euentu tibi semper gras
agam, & nihil extra tuam voluntatem cupiam, vt semper &
omnem tribulationem superet hilaris patientia, & omnem
prosperitatem excedat deuota humilitas.

In remissionem autem & ablutionem peccatorū meorū; in supple-
:tionem omnium defectuum & negligentiarū mearū; in gratiarū
actionem, & memoriam beneficiorum tuorū: offero tibi dulcis-
:me Jesv cor tuum, benedictam incarnationem tuam, innocentissi-
:mam conuersationem; sanctissimā vitam, amarissimam pas-
:sionem ac mortem tuam; & omnia quæ pro salute mea assump-

, sisti, egisti & passus es. Sed & omnia merita omnium sanct,,
:orum tuorum sanctæq; Ecclie tuæ, atq; effectum & grati,,
:tudinem totius vniuersitatis: Obsecro te per hæc omnia, & per im,,
:mensam charitatem tuam, per infinitam misericordiam tuam,
per charissimam genitricem tuam dulcissimam & benignis,,
:simam virginem Mariam, per omnium sanctor & deuotorum
preces & merita; ignosce mihi sceleratissimo & vilissimo pecca,,
:tori; quicquid vnquam malè egi contra te; & gratiam tuam pyssi,,
:mam mihi infunde, per quam de cætero me custodias ab omni
peccato, liberes & præserues ab omnibus quæ tibi in me displicent;
vt ita tibi seruiam, ita tibi placeam, ac talis semper in oculis tuis
inueniar, qualem velles iuxta vltimum & summum bene pla,,
:citum tuum me semper conuersari & habere. Amen.

Effusio cordis alia, seu meditatio animæ, peccata & ingratitudinem suam coram Deo plangentis, & sui re,,
:conciliationem atq; purgationem flagrantis, cum alijs id genus suspirijs, quæ digna sunt etiam frequentari ab Eu,,
:charistiam sumpturis.

Omnipotens, æterne Deus, cui soli omnis debetur honor, gloria, benedictio & gratiarum actio: en ego infelix, indignus ac perfidus ille peccator, hactenus tibi rebellis & ingratus venio ad te Creatorem meum, Deum meum, redemptorem meum, Bonum meum, misericordem Judicem & Saluatorem meum: accusans me ipsum; & tibi confiteor omnes abominationes, scelera & peccata mea, quibus nomen sanctum blasphemaui,

præcepta tua transgressus sum, voluntatem tuam contempsi, do-
:na & opera tua in me destruxi, animam meam & corpus meum
pollui, vires quibus tibi seruire debueram, peccando eneruaui;
& ad seruiendum tibi me inde inutilem feci, gras ac munera tua
in contumeliam tuam verti: ad charitatem deniq3 & misericor-
:cordiam, ac beneficia tua, quibus vias meas conclusisti, huc vsq3
frigidus, atq3 lapideus perreueraui. Quid ō mansuetissime,
quod instinctus tuos tam sæpe contempsi, longanimitatem tuā
spreui? Et non solum hanc meam, sed alias quoq3 innumeras
animas, quas tu sanguine tuo pretiosissimo mercatus es, pro
quibus etiam redimendis tu incarnari, pati, crucifigi, ac mori di-
:gnatus es, ego tibi iterum abstraxi, seduxi, fœdaui, & hosti tuo
diabolo animicida in mortem tradidi.

O misericordissime atq3 mitissime Deus Deus meus, in huiusmo-
:di prauitate hæreditis diu obstinatus mansi, abutens benigni-
:tate tua, & omnibus donis tuis, negligens bene agendi occasio-
:nes, omnibusq3 modis tibi & bonis hominibus rebellis. Heu
pijssime Iesu, quod modo etiam, cum in honorem & beneplacitū
tuum me totum tibi offerre deberem, maneo totus ingratus, ve-
:teribus peccatis meis noua accumulo; in seruitio namq3 tuo
totus sum tepidus, negligens, & indeuotus, & ā te auersus ad cre-
:aturas. Indignum igitur est, vt oculos meos ad cælos leuem, qui
omnibus creaturis; atq3 adeo vita ipsa, & aura qua foueor pror-
:sus indignus sum. Veruntamen quo fugiam ā facie tua Domine
Deus meus? vbi abscondam me ab ira tua? quis reconciliabit

me tibi? nunquid non Pater meus tu es? cuius miserationes nun-
quam continere se possunt, cuius pietas non potest concludi? Ego
uero, licet filij nomine indignum me fecerim, agnosco tamen non aliu
patrem, praeter te Deum meum & hominum meum. Quapropter
ad pedes misericordiar tuar curro: ibi prostratus per omnipo-
tentiam tuam, sapientiam, miam ac bonitatem tuam; & per in-
finitam miserationum tuar abyssum, obsecro te, ignosce, puri-
fica, & libera me a peccatis meis omnibus, per merita vitae, passio-
nis & mortis tuae innocentissimae. Recipe me in gram tuam, qua
me teneas, confirmes, dirigas atq; possideas ad gloriam tuam &
secundum aeternum beneplacitum tuum.

Vt autem exaudiri merear celerius, o dulcissime Jesu fili dei
vivi, qui te aduocatum & mediatorem inter nos miseros & Pa-
trem tuum constituisti, obsecro te: per charitatem illam, quae te, de coe-
lis traxit in uterum virginis, & de utero virginis per passionem
ad ignominiam crucis; Rogo te etiam per singulas guttas pretios:
sanguinis pro me effusi, vt sanctissimae vitae, passionis ac mortis tuae
meritis & virtutibus me dones, & gratiae tuae intra me iuge habitaculum
facias. Si celebrare, seu Eucharistiam sumere intendis. haec adde.
Dignumq; me reddas, Deus meus! ad recipiendum dilectionis tuae
pignus vivificum, corpus videlicet tuum in Sacramento dignis: ad
ad gloriam tuam, sanctor tuor omniu honore; & ad animae meae, cun-
ctarumq; animar fidelium salutem & profectum, vt tibi coniunct,
suauissime Jesv mundo moriar totus, tibi vero soli deinceps viua;
& castissimo feruentissimoq; amore inseparabiliter tibi inhaeream.

Suspiria animæ gementis, & pro peccatis suis ad Deum clamantis.

Heu Deus meus, & pater misericordiarum, vt quid toties offendi te patrem meum, creatorem meum, redemptorē meum.

O Dominator vitæ meæ! Deus meus & Dominus meus, ecce hīe non est bonum in corpore meo; nec sanitas in peccatrice anima mea.

Domine Deus pius & misericors! miserere mei, miserere mei; sana animam meam, quia peccaui tibi. Sana me Domine, & sanabor: saluū me fac, & saluus ero; quia salus mea tu es Deus meus & hīs meus.

Heu Domine Deus! quanta sunt scelera mea, quanta vulnera, quanta infirmitas, quanta vilitas & prauitas mea: pro quibus tu sanandis Deus meus & hūs meus crucifixus es & occisus.

Cui conquærar O Domine Deus! omnia mala mea aduersum me, nisi tibi Saluator, & redemptor animæ meæ.

Deus meus & Dominus meus propitius esto mihi infelicissimo peccatori. Iesv fili Dei viui miserere mei! quia nihil tibi impossibile est, quam miseris peccatoribus nolle misereri.

Redde mihi O misericordissime Iesv! Devs meus, & Dominvs meus! gratiam tuam quam peccando perdidi.

O clementissime Domine Deus meus! non secundum merita mea; sed secundum infinitam bonitatem, clementiam, pietatem & misericordiam tuam respice in me miserrimum peccatorem.

Dulcis Iesu! quam amabilis est gratia tua, quam suauis amicitia tua? Ne (quæso) abijcias me propter peccata mea.

Benignissime Domine Deus meus! quid aliud ego miser & infelix peccator possum, quam peccare? & quid tu O optima

& infinita bonitas aliter potes, quam misereri & parcere? Fac ergo tu mecum secundum bonitatem, pietatem & clementiam tuam; quia ego infelicissimus agere desino secundum malitiam, iniquitatem & impietatem meam.

Misericordissime Jesu Christe. Bne meus & Deus meus! da mihi poenitentiæ lacrymas; quibus ex abysso cordis mei doleam, & lugeam peccata mea.

Da mihi dolorem perfectissimæ contritionis, & lacrymarum flumina iugiter fluentia: quia te Deum meum, Dominum meum; & creatorem meum, offendi & contempsi.

Emolias quæso saxeum hoc pectus meum, inflamma frigidissimum cor meum: vt lacryma fluant mihi die ac nocte, & dolor sit cordi meo continuus; quod non amaui, quod spreui, quod etiã offendi te Dominum meum & Deum meum.

Quid faciam Domine Deus meus! vt placeam tibi? qui vtq; homodie totus sum abominabilis, & plenus iniquitate.

Deducant oculi mei lacrymas per diem & noctem, & non taceant: quia alienum me feci ã grã Creatoris & Saluatoris mei.

Domine Deus meus! quid mihi sine te viuere? Recipe me in gratiam tuam. Ostende mihi misericordiam tuam, misericors & miserator Dominus.

Heu me miserum! Heu me infelicem! Domine Deus meus! quare offendi te summe bonum? vt quid peccaui tibi Bne Deus?

Ah! vtinam non peccassem! peccatum, ah Deus! utinam non fecissem; vtinam te Deum non offendissem. Cor contritum Deus pie

nè queso despicias. Et non sinas ô Clementissime DEVS meus!
non sinas, vt peccata mea diuidant inter me, & te.

Si castigare me vis homine Deus meus! nè queso in furore
tuo arguas me; neq; in ira tua corripias me. Sed ô Deus meq!
& misericordia mea: miserere mei; miserere mei! quoniam in
:firmus sum; Sana, o Deus! animam meam! quia peccaui tibi.

Non imputes queso mihi peccata mea: nec propterea gratiã
tuam auferas ãme, aut minuas. Sed quo ego sum infirmior;
ostende tu in me diuitias bonitatis tuæ. Cunctis palam fiat
in me; quia miserationes tuæ sunt infinitæ atq; immensæ.

Prouera ad Deum conuersione Precatio.

O Jesu Suauissime! qui omnibus ãte auersis compendiosam
ad te reuertendi tradidisti Semitam, dicens: Nisi conuersi
fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in Regnũ
cælorum: & per prophetam tuum loquutus es dicens. Conuerti
:mini ad me in toto corde vestro: doce me obsecro veram atq;
integram animi conuersionem, quomodo instar paruulorum
sine omni malitia, & cordis amaritudine vitam meam institu
:am, atq; eorundem Simplicitatem & puritatem sectando; me
:am iamdudum amissam, recuperem, innocentiam; animæq;
meæ vires in suam originem; hoc est; In te Deum meum re
:feram, naturales meas passiones, Sensus; & illicitos animi
motus comprimam, iugiterq; constringam. Quod ô pie Deus!
quam necessarium mihi sit ipse cernis, quando tam facilitèr
& leuiter per sensus ãte defluo, multisq; perplexitatibus

& curis superfluis sæpe me inuoluo. Ah reuoca me quæso
ad te, & erige cor meum, pondere peccatorum depressum,
ad cælestia; & abstrahe me ab omnibus quæ mundi sunt,
iugo suauissimæ seruitutis tuæ subdendo, omnesq; affectus,
& cordis mei desideria in cor tuum diuinissimum omni vir-
tutum odore respersum, totiusq; diuinitatis gazophylatium
rapiendo, atq; in inuestigabili tuæ diuinitatis abysso men-
tem meam absorbendo. Subarrha me etiam in hac præ-
senti vita annulo gratiæ tuæ, & indissolubili charitatis
tuæ vinculo me constringe, ne in æternum à te separer, &
à cælestibus donis & mansionibus tuis; culpis meis & pec-
catis exigentibus, ~~nunquam~~ excludar. Amen

Suspiria mentis, & aspirationes ad Deum, & ignita quæ-
dam amoris jacula; quibus velut amantium ducrum mentes,
Dei scilicet & hominis, vulnerantur, vniuntur que.

Quisquis ergo charitatem Dei, sine qua nulli vnquam spe-
randa est salus, citius obtinere desiderat: illi imprimis ne-
cessarium est, vt ignitis & quasi continuis quibusdam as-
suescat aspirationibus, deuotisq; mentalibus orationibus, qui-
bus mentem suam ad Deum eleuet, & cuncta visibilia & ca-
duca transcendere discat. Præterea vt quotidie ad minus
vnam horam capiat, in qua se, & actus suos, omniaq; sua in-
teriora, motus, inclinationes & intentionem solerti cura
discutiat, diligenter attendendo in quem finem omnia sua

peragat opera; an videlicet se magis, quam homini Dei sui honorem & gloriam quærat. Si uerò super omnia Deũ suum magnificare & honorare desiderat, ipsiusq; laudem vbiq; promouere conatur; bene se res habet. Sin minus; doleat necesse est: & conuertat se ex intimo cordis sui affectu, his & similibus, (quæ sequuntur) verbis ad Deum orando; vt ab omni proprio priuatoq; amore cor suum expurgare dignetur; verumq; illi amorem infundere, quo nulli rei afficiatur, quam soli & vni Deo.

Ad Patrem aspiratio supplex.

O Pater potentissime, ego miserrimus ac omnium vilissimus peccator, tua tamen creatura rogo te per summam potentiam, sapientiam ac bonitatem tuam, vt super omnia creata me subleues; & in te stabilias, quatenus ex totis viribus animæ meæ te diligam, & perpetua charitate inseparabiliter in te fixus maneat. Amen.

Ad Filium supplex aspiratio.

O Sempiterna Dei Patris virtus, & Sapientia Christe Iesu, per amorem illum fortissimum, quo ab æterno genus humanum dilexisti, te supplex oro, vt inextinguibili tui charitate me repleas, accendas & inflammes: vt nunquam cogitem aliud quã te, nec in aliqua re quiescam, nisi in te Deus meus & Dñus meus.

Ad Spiritum Sanctum supplex aspiratio.

O Æterna Dei bonitas, Spiritus Sancte Deus meus! & flamma amoris immensi, ac ignis inextinguibilis, totum cor

meum consume, omnemq; amorem peregrinum procul à me repelle. O amor cælestis dulcedinis, & dulcedo diuini amoris; o amor non crucians, sed delectans; o amor semper ardens & nunquam deficiens, transforma me in te; accende me in suauitate, dulcedine, iucunditate, exultatione concupiscentiaq; tui, quæ semper est casta, munda & secura, quatenus te diligam ex toto corde meo, ex totisq; medullis præcordiorum meorum. Amen.

Alia ad Filium supplex aspiratio.

O Iesv suauissime! ac præ filijs hominum speciosissime; vtinam perfectè te desiderarem, & amore flagrantissimo te prosequi possem, qui omnino immensus, incircumscriptibilis & incapibilis es in te ipso. Sed ut me ad redamandum te induceres, tot mihi miseræ & deperditæ creaturæ amoris insignia declarasti; vt nullo modo ea enumerare possim.

Alia ad Christum Iesum deuota aspiratio.

O Iesu dulcissime! Deus meus & Dominus meus, accende me igne ardentissimo Sancti Spiritus, & regle me tui desiderio immenso, vt totus suauitate liquefiam; ac pietate erga te flam. Diligam te obsecro dulcissimum, pulcherrimum atq; amabilissimum Deum meum, ex omnibus viribus meis; ex tota intentione cordis mei, cum multa contritione, & lacrymarum fonte, cum multa humilitate & reuerentia. Amen.

Alia ad Iesum Christum ignita aspiratio.

O Iesu vnicum desiderium meum! ô animæ meæ consolator Deus meus! & Dominus meus, mollifica cor meum durũ, lapideum,

saxeum & ferreum tua sacratissima & potentissima vnctione,
vt omnis meditatio cordis mei semper in te tendat: vt medi,
:ter te per dies sine cessatione, sentiam te per saporem in no,
:cte, alloquatur te Spiritus meus, fabiduturq; tecum mens
mea omni tempore. ℟.

Alia ad Christum aspiratio. ℟

O vtinam pie Domine Iesv Chr̃e! ex nimio tui desiderio
totus hic mundus cum omnibvs suis vanitatibus in me quan,
:doq; marcescat; & grauis illa concupiscentiar̃ desideriorum,
:què carnalium sarcina, quæ vsq; adeó Spiritum meum ad
terrena deprimit, in me alleuietur; quo expeditius post te
in odore vngentor̃ tuor̃ cælestium curram, & quandoquè
ad tuæ excellentissimæ maiestatis beatificam visionem sati,
:andus te duce, atq; autore pertingam—.

Alia ad eundem deuota aspiratio. ℟

Benignissime, amant̃e Sme: charis̃e Sme, poten̄s Sme: desidera̓ Sme
mi Iesv Chr̃e! o vtinam multitudinem dulcedinis tuæ, atquè
eximiæ charitatis cordi meo infundas: vt nunquam carnale
aut terrenum quid cogitem: sed te solum in corde meo circum,
:seram. O Iesv fons omnis dulcoris, diuinique saporis, scribe
digito tuo dulcem tui mellifl ui nominis memoriam, in memoria
mea, nulla vnquam, oblivione delendam. Exara in tabulis cor,
:dis mei voluntatem tuam, omnesq; tuas institutiones; vt te im,
mensæ maiestatis bn̄um, tuaq; diuina præcepta semper, & vbiq;
loco habeam præ oculis meis. Amen—.

Scintillæ animæ amantis Deum; valde vtiles ce-
:lebraturo vel communicaturo.

Deus meus pulchritudo meorum oculorum, satietas cordis mei, nunquid non sufficis amanti? quid extra te euagamur? quid aliud desideramus?

O Speciosissime Jesu vulnera quæso animam meam! O Jesu deliciosissime vulnera aminam meam amoris tui iaculo: imple omnia desideria mea, vt nihil me extra te de-
:lectet, nihil afficiat; te solum in omni creatura diligam, ad te æstuantissimis desiderijs semper anhelem, & castissimo amore te solum omni momento cogitem.

O Domine Jesu! incende cor meum tui amore Sanctis-
:simo ac fidelissimo.

O Vtinam! amore tui Deus meus ardeam, O vtinã amore tui Domine mi Christe Jesv langueam.

O amantissime Jesu! da mihi continuum amoris tui in-
:cendium, trahe me post te, curam & non deficiam.

Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita, quæso, sitiat; desideret anima mea te Deum meum.

Da mihi benignissime Jesu! insatiabile & immensũ desiderium tui, quod nulla creatura consolari possit.

O amabilissime Domine Jesu Christe! O electissime Sponse animæ meæ, obsecro^te per cor tuum lancea trans-

fixum, & amoris uulnere vulneratum, transfige, vulnera, perfunde, & inflamma cor meum amoris tui incendio, tam vali-
:do, vt ex toto corde meo: hoc est; pleno desiderio, & perfecta voluntate te diligam, te quæram, te intendam in oĩb, & super oĩa.

Diligam igitur te Domine Deus meus ex tota anima mea, vt omnes sensus meos in te conuertam, & tibi soli intendam.

Diligam te ex tota mente mea; vt intellectum & memoriam meã in te solo, & ad gloriam tuam occupem; tibiq; soli inhærem.

Diligam te ex omnibus viribus meis, & omnes illas; id est ani-
:mæ & corporis mei, in tui laudem, amorem & bñplacitũ expendã.

Diligam te Domine Deus meus, vt solus me totum possideas, vt me totum in te absorbeas, atq; transformes.

Domine Iesu christe fili Dei viui, da mihi toto corde, pleno desiderio, sitiente anima ad te aspirare; in te dulcissimo atq; suauissimo respirare, ac totum spiritum meum, & omnia interio-
ra mea ad te, qui es uera beatitudo, semper anhelare.

Da mihi, vt omnis creatura mihi vilescat; & nihil me afficiat; nihil mihi placeat, nisi tu Deus meus

Dulcis Iesu! vulnera & accende cor meum, tui amore castis-
:simo;

Trahe omnia desideria mea post te; vt te solum anima mea esuriat; te sitiat; te solum concupiscat; ad te indesinenter suspiret & currat: tuiq; amore langueat; & mundana omnia fastidiat.

Dulcis Iesu! imple cor meum castissimis desiderijs, quibus ani-

,, ma mea tui amore semper ardeat, & te semper cogitans præ,
: ter te aliud nesciat.

O Vtinam tu solus cordi ~~meo~~ meo dulcescas! tu solus mihi placeas suauissime Iesu.

Heu homine Deus meus! quando perfectè diligam te? quando constringam te dulciter, ô vita mea, ô amor meus! inter brachia animæ meæ.

Quando amplexabuntur te, ô dulcissime Iesu amator meus, & gaudium meum, omnia desideria cordis mei?

O homine Deus! Vtinam me ipsum & vniuersum mundū tui amore perfectè contemnam.

Vtinam anima mea Deus meus! tui amore liquefiat?

Vtinam mi homine Iesu! in te rapiatur & absorbeatur cor meum, & anima mea.

Suauissime & desideratissime Iesu te solum desidero, te quæro; te solum concupisco.

Redde te mihi, & posside me tibi. Ô vtinam te solum verè & perfectè desiderem.

Quorsque arida est anima mea, aquas situens alienas? oh imple eam ardore æstuantissimæ charitatis, vt sitiat te Deū meum, ac hominum meum.

Amabilissime Iesu! vtinam uero & perpetuo amplexu cor,,
: dis constringere te merear.

Dulcis & speciose Iesu Christe, quam amabilis es, cur non

amo te? Potes nè hoc sustinere benignissime creator, quod aliqua creatura non diligat te? quæso suauissime Domine, in me hoc non sustineas, sed irrumpas in cor meum, & vim facias mihi potentissime.

O violentiam suauissimam, quando vim patiar? Iesu bone rapias tibi Spiritum meum, & infunde mihi Spm̃ tuũ.

Deus meus, quam benè mihi esset, si diligerem te. Summæ enim prudentiæ est amare te; infinitæ suauitatis est quiescere in te; immensæ vtilitatis est possidere te.

Dulcis da mihi illas diuitias, hoc est, teipsum: vt in cæteris omnibus sim pauper. Fac me pauperem Spiritu, vt non quæram aliud nisi te.

O adorande, colende, metuende, omnipotens sempiter, nè Deus! O amator ardentissime! õ Zelator fidelissime, quando redamabo te?

O quando me totum exibo, & totus in te introibo? vt vi- am meipsum totum relinquam, & in te me totũ effundam.

Excita cor meum, vt inueniam te; posside cor meum, vt requiescam in te, & obliuiscar omnium, quæ sunt extra te.

Nobilissime Iesu! quam pulcher es! quam amabilis es! quam speciosus? quam suauis es tu. Beati omnes qui di- ligunt te.

Benignissime & amabilissime Iesu! tu cordis mei thesau- rus, tu totum bonum, ac vnicum gaudium meum, da mihi vt

vt medullitus exeam, & relinguam me ipsum, & æstuantis-
simis desiderijs ad te semper aspirem.

O lumen verum! o vita indeficiens, o amor semper ardens!
da mihi mundo & carni perfectè mori, & omnium rerum
temporalium funditus obliuisci; vt pro illis negs gaudeam,
negs doleam, negs aliud præter te amatorem meum quæ-
ram, concupiscam vel sentiam. O Altissime, potentissime,
pulcherrime, nobilissime, dulcissime, benignissime, amabi-
lissime, desiderabilissime, Suauissime Domine; veni & vi-
sita me, & fac tibi cor meum secundum cor tuum, vt man-
eas semper mecum.

Suscipe me tibi, & da te mihi. Fac me tibi indissolubili
vinculo amoris colligari; vt negs mors, negs vita possint
nos ad momentum separare.

Domine Iesu! fac me cognoscere vilitatem meam, & ma-
iestatem ac bonitatem tuam, vt inde in me crescat profundissima
humilitas, & hinc accendatur perfectissima charitas.

Clementissime Iesu! cum tu nihil aliud imperes, illudqs vnum ego
desiderem: videlicet, diligere te ex toto corde meo, tibiqs placere
in omnibus & super omnia: heu cor hoc in me non impletur.

Amantissime Iesu! cum ego nihil boni desiderare, quanto minus ag-
ere possum, nisi quod tua gratia mihi desiderandum aut agendum
inspirauerit: quod ergo inspiras, quod præcipis, quod laudas, in-
funde mihi, vt eadem velim, & perficiam.

Diligam igitur te Domine Deus meus, ex omnibus medullis animæ meæ; vt faciam omnem voluntatem, & omne beneplacitum tuum; quia Deus meus es tu, Dñs meus, & omnia.

O misericordissime Jesu! nunc eadem repeto: noli mihi negare quod tu mandas, & quod tibi acceptum, & mihi est desideratissimum; nec esset, nisi tu faceres desideratissimum.

Imple ergo cor meum perfectissima, ardentissima, fidelissima atq; perpetua charitate tua: vt quicquid sum & possum, & quæcunq; intra & circa me sunt, colant, quærant, sitiant, diligant te, seruiantq;, ac placeant tibi perpetuo & perfecte.

Domine Jesu Christe rex cælor & Dne virtutum, ac omnis potentiæ Dominator, ostende virtutem & potentiam tuam in me miserrimo peccatore: ostende quod maior est bonitas tua, quam malitia, iniquitas & peccatum meum.

Fac, vt qui hactenus à te totus auersus & frigidus fui, nunc conuertar ad te totus, & tui amoris flamma in te transformer accensus.

Deus meus, creator meus, vsquequo non cognosco te? Quam diu lates, & non requiro te? Imò præsto es, & non inuenio te? Tu salus mea vnica es, gaudium & vita mea; & non quæro te.

Ergo amantissime, fidelissimeq; zelator; qui cum non esse diligebas me, & vt essem, tu fecisti me: da igitur mihi vt desiderem te, sitiam te, quæram te, curram post te, non quiescam donec inueniam te; & præ timore tui cætera omnia

fastidiam extra te.

Aspirationes istæ sæpius sunt repetendæ: si tibi illæ, aut alia cordi fuerint; & eiusmodi ex animo desideraueris, non erunt otiosa desideria tua.

O benignissime homine Iesu Christe! da mihi ut totus diligam te feruentissime. O fidelissime homine Iesu Christe, da mihi vt sentiam quam immensa charitate nos dilexisti & diligis.

O dulcissime homine Iesu Christe! quam libenter te amarem. Et quia, vt velim, tu dedisti; da ergo vt diligam te ex toto corde meo, ex tota anima mea, ex omnibus viribus meis, quia sine te nihil possum.

Dulcis Iesu! ignosce vilitati ac temeritati meæ. quæso, & da quod rogo.

Fac me castissimo, ardentissimoq; tui amore igniri, in te rapi ac absorberi, ac omnium quæ extra te sunt obliuisci.

O amor cordis mei! da mihi vt moriar tui amore.

O amabilissime Iesu! da mihi amorem erga te fidelissimum, strenuissimum, castissimum atq; purissimum, qui incessanter te sentiat, te laudet, tibi gratias agat, tibi obediat, tui honorem ardentissime sitiat, & totum se tibi impendat, submittat, ac penitus resignet.

O Iesu pro me crucifixe! transforma quæso me in te, & fac vt clauis amoris inauertibiliter sim crucifixus in te.

Fac vt placeam tibi totus, semper & perfectissime. O Iesu amabilissime, ō amator fidelissime; O amator delitiosissime, vtinam totus tui amore merear inebriari.

O quando videbo te facie ad faciem? O vtinam tui amore in te absorberi merear.

Vtinam incendio amoris tui in te conflari, tibi vniri, & in te consumi merear

Dulcis Iesu age mecum, & fac me ita, vt vltra negueam te offendere, vt tibi vltra non possim displicere.

Desiderabilissime Iesu! da mihi desiderium tui, vt tui uere sine te negueam, & amore tui langueam. Esuriat & sitiat te anima mea. Viuat & subsistat in te solo cor meū. Requiescat in te vno mens mea.

Die Iesu! imple me charitate tua, & perfectissima humilitate. Sic tui amore semper perfectissimaq3 charitate ardeam; vt tuilitatem meam simul attendere non desinam.

Ego peccator sum, tu Deus meus es, tu Dominus meus es, tu mihi omnia es. In manus igitur tuas commendo spiritum meum, animam meam, cor & corpus meum, ac totum me ipsum. Amen.

Pro compunctione videantur superius posita effusiones cordis, seu meditiones & orationes animæ peccata sua gementis: videatur etiam effusio dei beneficia recolentis; excitetq3 præterea desiderium amoris per aspirationes superi9 appositas.

quæ si minus placent, vel etiam deuotioni tuæ non sufficiunt,
ad librum psalmorum te remitto, qui plenus deuotissimis et
aspirationib9, suspirijs & deprecationibus, ibi amori & desi-
derio tuo satisfactum iri puto, & in Dño confido.
Sacrificaturus uerò, hoc vt sequitur modo, Spiritum inten-
tionemq3 celebrandi colligere potes.

Benignissime Jesu in memoriam & gratiarum actio-
nem Sacrosanctæ Incarnationis; passionis & mortis tuæ,
in memoriam immensæ charitatis tuæ, qua misericordiã
& beneficia tua super nos multiplicasti ab æterno & vsq3 in
æternum: in tui inquam memoriam Deus bonorum omniũ
largitor, Sacrificium tibi offerre cupio. Et vtinam ex to-
to cordis mei desiderio verè id cupiam, & dignè perficiã,
cum profundissima humilitate & reuerentia, cum ardentissi-
ma deuotione & stabili cordis inhærentia in te; in laudem
& gloriam nominis Sancti tui, ad salutem & profectum om-
nium generaliter, pro quibus tu mortuus es: eorum verò sin-
gulariter, pro quibus tu singulariter uis, aut ego debeo. Atq3
utinam dulcissime Jesu ne pollutus atq3 adeo indignus accedã,
tu in tuis vulneribus laues & mundes me ab omnibus peccatis,
vitijs, negligentijs, erroribus & cæteris omnibus quibus Vn-
quam tibi displicui aut displiceo. Vtinam impleas & ornes
me perfectissima charitate, atq3 omnibus (virtutib9) quibus tibi placere
debeo. Confirmes me in gratia tua tanta, per quam impossi-
=

bile mihi fiat ā te excidere, vt sic in vnione illius intentionis, illius deuotionis, illius puritatis, illius charitatis, quibus tu in- stituisti, obtulisti & offerri voluisti ā nobis hoc sacrificium, nunc tibi illud offeram, & in eiusdem vnione meipsum to- tum in beneplacitum tuum offeram holocaustum: inde quoq; mihi & oīb⁹ Ecclesiæ tuæ filijs eam virtutem & fructum con- seguar, quæ passio tua amarissima & ignominiosa in cruce mors contulit mundo, in cuius memoriam & venerationem nunc ad altare tuum accedo, & ex gratia tua, sub custo- dia & protectione tua, tuum auxilium, tuam directionem, tuum Spiritum Sanctum in me inuocans. Qui cum Deo patre, & eodem Spiritu Sancto Viuis. ſ.

Alia ad idem recollectio breuis.

Domine Iesu Christe, qui vniuersor̄ es conditor, omniū bonor̄ largitor: en ego pauper, nudus, miser & miserabilis, multis peccatis obstrictus, multis vitijs, & abominationibus in- quinatus, infinitis beneficijs tuis debitor: pro multis hominib⁹ singulariter, pro omnibus generaliter orare teneor. Itaq; vim patiens ad te confugio, responde pro me. Tibi enim offerre cu- pio Suauissime Iesu Sacrificium corporis & sanguinis tui in gratiar̄ actionem, & in memoriam charitatis tuæ, pas- sionis & mortis tuæ, obsecrans te per temetipsum Deus, vt illud per tuum cor misericordissimum suscipias, & Patri offeras in vnione omnium meritor̄ tuor̄, in vnione perpe-

tuæ orationis tuæ, quam facias ad Patrem pro nobis, in vni-
one virtutis, & efficaciæ, quibus oblata est mors tua in
cruce. Et dones mihi, & vniuersæ hæreditati tuæ tuo San-
guine redemptæ, eundem fructum percipere, quem tu no-
bis obtulisti, & meruisti in Cruce. Eia piissime Bne
præsta vt hoc Sacrificium Missæ, ita etiam tibi offeram
in unione illius intentionis, illius pietatis, feruoris, deuo-
tionis, charitatis ac reuerentiæ, quibus tu illud obtulisti
in ara Crucis, quibus illud etiam offerendum instituisti, &
à nobis offerri uoluisti. Viues in miserationibus, tua sunt
omnia munera nostra, tua sunt etiam merita nostra, tua sunt
præmia nostra, totum est misericordiæ tuæ, quod habemus &
sumus. Parce nobis Domine, & miserere vniuerso humano
generi, quod tu creasti, quod etiam pro nobis moriens à mor-
te redimisti. Da vnicuiq; sicut tu scis, potes & vis ad gloriam
tuam, & omnium salutem dulcissime ac misericordissime Dom-
ine Deus meus

Alia cordis effusio ante missæ celebrationem, vel Eucha-
ristiæ sumptionem deuotè humiliterq; dicenda.

Omnipotens æterne Deus, quantum erubescere de-
beo in oculis maiestatis tuæ, qui tam deformis, tam inops,
tam sordidus, tam vilis, tam miser, & ingratus ad te ven-
io, nihil mecum præter iniquitatum meârum fasciculos adfe-
rens. & hoc cui conquerar mi Bne, nisi tibi ipsi, qui mise-

ricordissimus es, qui medicus animarum es, simulq; pijs-
simus Saluator. Sana igr me Clem: bne in vulneribus
tuis, laua me in Sanguine tuo, purifica me in miserationibus
tuis infinitis. Da mihi omnia merita, oes virtutes,
oes iustitias, omnem decorem vitæ, passionis, ac mortis tuæ
amator, & Redemptor fidelissime; da mihi etiam omnia
merita, ac virtutes beatissimæ Mariæ virginis, ac matris tuæ
omnium Sanctor tuor; & præcipuè quor hodie est festiuitas
in regno tuo. Da mihi omnia desideria Sancta, omnem
deuotionem, ac virtutes amicor tuor N:N: atq; omnium
elector tuor, qui sunt in hoc mundo (quos ô pie Deus) nunc
quæso, facias tibi mecum assistere, mecum offerre, mecumq;
gratiæ tuæ participes fore; nè appareat in conspectu tuo ig-
nominia nuditatis, ac vilitatis meæ. Illumina (quæso) æter-
ne Deus visitatione tua cor meum, & omnes tenebras ex-
pelle à me. Fac me sentire cum timore, ac reuerentia, cum pro-
fundissima humilitate, cum ardentissimo castissimoq; amo-
re iugem præsentiam tuam, quo simul mergar in abyssum cog-
nitionis propriæ vilitatis, & tuæ bonitatis. Inflamma cor me-
um (quæso) igne illo ardentissimæ ac potentissimæ charitatis
tuæ, quæ te ad ad nos traxit. Illo, quæso, igne, gloriose, bene-
dicte, ac misericordissime Deus, ardeat semper cor meum, quo
omnes uires, omnes potentias, omnesq; motus animæ meæ in te
trahas, in te absorbeas, & vt tecum perpetuo, & inseparabiter

vnum efficiar, tu misericordissime deus meus facias.

Exercitium purgatiuum quotidianum in quinq; vulneribus Christi ad sacrificandum, aut ad Eucharistiã sacram sacramentalr spũliterq; sumendam, valdè congruũ.

Primo de peccatis tuis ex animo ingemisce, veniamq; à deo pete. Quodut attentiꝰ facias, diuide singula peccata, in vulnera Christi, vt seguitur.

In vulnus dextri pedis Iesu pone superbiam, inanem gloriã, & huius speciei omnia peccata, quibus te deliquisse, peccasse, ac deum offendisse, agnoscis ac formidas. Hinc collecto spiritu, atq; ad deum conuerso, toto corde ingemiscens ac pectus tundẽs, dicito cum omni humilitate.

Deus propitius esto mihi miserrimo peccatori: & libera me ab omni & multiplici peste superbiæ & inanis gloriæ. ℣.

Hæc autem dicens, desiderio seruiendi opta à deo te in hoc vul-nere ab ijs peccatis tuis expiari. Hoc modo fac in singulis alijs vulneribus Christi.

Nam in vulnus sinistri pedis Christi pone iram & inuidiam, & quicquid de his peccatis in te natum est, quib⁹ peccasti &c. reli-qua ut supra magno feruore & magna humilitate prosequere, & dic

Deus propitius esto mihi peccatori: & libera me ab omni ira, & inuidia. ℣. Amen.

In vulnus dexteræ manus, pone gulam & luxuriam tuam, atq; vitia omnia, quæ exgerminarunt: ac omnes, amoris, doloris &

contritionis actus, vt supra, excitando, dicito iterum.

Deus propitius esto mihi maximo peccatori, & libera me ab omni & multiplici specie gulæ & luxuriæ. ℔. Amen.

In vulnus sinistræ manus Christi pone acediam, & negligentiam tuam in diuino officio, seruitio, regalaribus obseruantijs, ac missæ sacrificio celebrando ℔. admissam; & quicquid delictorum ex his ortum est; vt supra contritus, dic.

Deus meus & dominus meus propitius esto mihi maximo peccatori; & libera me ab omni acedia & negligentia. Amen.

In vulnus cordis pijssimi Jesu pone amorem tuum priuatum, amoremqꝫ qui in te est mundi, cum omnibus concupiscentijs, & vitijs eius inde enatis: quibus neqꝫ Deum, neqꝫ proximum pura charitate, sed temetipsum, tuis desiderijs satisfaciens, quæsiuisti: vtpote in charitate, neqꝫ erga Deum; neqꝫ erga proximum rectus & sincerus. quare, vt supra summè dolens, dicito.

Deus meus! propitius esto mihi infelicissimo peccatori, & libera me ab omni alieno amore & priuato: propter quem nec te purè quæsiui, nec rectè sincerèqꝫ dilexi proximū.

Postremò dic mentaliter, aut, (si aliter non potes) vocalr; in hunc modum Christum alloquens.

O Saluator potentissime Christe Jesu, ō Redemptor benignissime Deus meus & dominus meus omnia peccata mea, omnia vitia, omnes negligentias meas in cor hoc tuum diuinissimum, amantissimum atqꝫ misericordissimum deprono:

Deus meus & Dominus meus bonus totus, pius & misericors propitius esto mihi miserrimo peccatori. Homine Deus miserator, Vtinam non offendissem te, vtinam ab omni peccato essem liber & immunis. Vtinam nunquam peccassem. Ignosce misericordissime Deus, ignosce Christe Iesu, & infunde mihi contritionem intensissimam vehementemq̃, quâ ex omnibus medullis peccata mea dolens lugeam. Da mihi emendationem vitæ meæ, qua deinceps ab omni peccato pro tui amore abstineam. Da quoq̃ imitationem vitæ tuæ, quâ omnia quæ tibi placita sunt, semper faciam. Heu homine Iesu chre, cor meum prauum, durum, tibi infidele, & ingratum auferâ me, & da mihi aut cor tuum, aut cor aliud secundum cor tuum: humillimum, fidelissimum castissimum, misercordissimũ, què, quod tu simplifices tui amore vulneres, tua charitate impleas, in te transformes, tibiq̃ vnias. Amen.

Secundo necesse est, vt Christo pro peccatis tuis satisfacias. Quod cum te posse desperes; tuum erit illius ei satisfactionem, quam pro te patri exoluit, offerre: & diuidere ea, quæ pro te passus est, in vulnera singula, quomodo antea lugens peccata tua commemorasti.

Itaq̃ in vulnus dextri pedis Christi. pone eiusdem labores, itinera, frigus, æstum, famem, sitim, incommoda ac grauamina quæcunq̃ eius alia, & adorans eum, gras pro his illi age: Offer eadem pro peccatis tuis illi in expiationem tui ac satisfactionem. hoc, aut simili, vt seguitur, modo.

Adoro te misercordissime ℔ne ℔eus, tibiq̃ gratias ago pro cunctis grauaminibus, laboribus, incommodis, & fatigationibus tuis mei causa toleratis. En clementissime Jesu; hæc tibi omnia in viuifico ac salutifero vulnere dextri pedis tui prostratus nunc offero. Offer tu ℔eus ℔eorum eadem Patri tuo cælesti pro peccatis, vitijs & sceleribꝰ meis, & pro peccatis totius mundi, viuor̃ scilicet & defunctor̃, in vnione illius charitatis, quã hæc omnia pro nobis sus-tinuisti. Amen.

Deinde in secundo vulnere sinistri pedis, offer christo omnes eius iniurias, persecutiones, opprobria, derisiones, & contemptum: quæ omnia humillime pro te tollerauit, modo quo paulo ante in primo vulnere monstraui, ℔eum adorabis, eiq̃ pro omnibus gratias agens, humillime dicendo.

Adoro te ℔eus, misericordiar̃ & miserationum ℔n̄m misericordissimū; tibiq̃ gratias ago pro cunctis iniurijs, persecutionibꝰ, opprobrijs, derisionibus & contemptu: quæ omnia propter me patientissime, vt agnus mansuetissimus, tolerasti. En Jesu clementissime, hæc tibi omnia in salu-tari & sanctissimo vulnere sinistri pedis tui humiliter pec-catorum meor̃ veniam petens, nunc offero. Offer tu eadem oia Patri tuo pro peccatis, offensionibꝰ & negligentijs meis, ac etiam pro peccatis mundi totius, viuorum scilicet omnium & de-functor̃; in vnione illius charitatis; qua hæc sustinuisti. Amen.

Tertio, in vulnere dextera manus offer christo omnes dolores, poenas, cruciatus, vulnera & liuores. vt supra monstratū, & dic.

Adoro te misericordissime Deus, tibiq3 gratias ago, pro cunctis doloribus, poenis, cruciatibus, vulneribus & liuoribus tuis mei amore tolleratis. En clementissime Iesu hæc omnia tibi in vulnere tuæ sacratissimæ dextera manus nunc offero. Offer tu Deus meus eadem oia patri tuo pro peccatis, delictis & ignorantijs meis, ac pro peccatis etiam totius mundi viuorum scilicet & defunctor, in vnione charitatis illius ardentissimæ, quā hæc oia pro nobis miseris peccatoribus Deus noster sustinuisti & passus es. Amen.

Quarto in vulnere sinistræ manus offer Christo omnes, singulasq3 pretiosissimi sanguinis sui guttas, & roga easdem patri suo pro te & vniuerso mundo, hoc est, pro peccatis viuor & mortuor offeri in vnione charitatis illig, qua seipsum in cruce patri suo pro nobis obtulit. & iterum vt supra, dic.

Adoro te clementissime Deus tibiq3 gratias ago pro cunctis singulisq3 pretiosissimi tui sanguinis guttis mei causa in tua crudelissima passione effusis. En misericordissime Iesu hæc omnia tibi in viuifico ac glorioso sinistræ manus tuæ vulnere nunc offero. Offer tu eādem patri Omnipotenti pro peccatis, defectibus & excessibus meis; & pro peccatis tuis mundi viuorum scilicet & defunctorum, in vnione amoris & charitatis illius, quā hæc omnia pro nobis sustinuisti. Amen.

Quinto, in vulnere lateris seu cordis offer christo omnes gemit⁹, suspiria, tristias pressurasq3 cordis, fletus quoq3 & lacrymas, & amarissimam mortem; & roga eadem per eundem offerri patri celesti, in satisfactionem pro tuis, & toti⁹ mundi peccatis. & dic.

Adoro te pijssime Deus, tibiq3 grãs ago pro cunctis gemitibus, suspirijs, tristitijs pressurisq3 cordis, fletibus quoq3 & lacrijmis pro me effusis, & pro amarissima morte tua mei amore tole,, :rata. En misericordissime Jesu hæc omnia tibi in vulnere tuo misericordissimi cordis ac lateris tui nunc supplex offero. offer tu Deus meus hæc eadem patri tuo pro peccatis meis, & pro pec, ;catis totius mundi, viuor̃ scilicet & defunctor̃, in vnione illi⁹ immensæ charitatis, quã hæc oia pro nobis sustinuisti. Amen.

In hoc exercitio observa, vt pro singulis christi donis & bene, :ficijs, quæ vis eidem offerre in quinq3 his vulneribus (quomodo supra dictum est) primò adores eundem, grasq3 illi humiḷ: agas.

Tertio, in corde christi grãs illi age pro ipsius immensa chari,, :tate: spiritu & mente, hoc modo dicens.

Adoro te misericordissime Jesu Deus meus & Dominus meus, & benedicens gratias ago tibi in salutifero vulnere misericord: cordis tui pro cunctis beneficijs tuis, quæ vel mihi, vel ulli homini, aut creaturæ exhibuisti: & pro ingenti charitate qua pro nobis patiens, beneficia nihilominus ac munera tua nobis contulisti, quæ oia in laudem & gloriam tuam pro peccatis meis & pro peccatis

totius mundi tibi offero, & vt tu eadem Patri tuo pro omnibus no-
:bis offeras Supplex rogo. Amen.

Celebraturus sic Spiritum collige, intentionemq; forma.

In Sacrosancto ac viuificolateris ac cordis tui misericordissi-
:mi vulnere. dulcissime Iesu, cupio & summe desidero ex
toto corde, totaq; mente mea hodie accedere ad mensam ac
ad altare tuum: & in honorem ac memoriam ardentissimæ cha-
:ritatis, hoc est, in memoriā ac gratiarum actionem Sanctissimæ
incarnationis, Natiuitatis, vitæ, passionis, vulnerum, sangui-
:nis, dolorum ac mortis tuæ Deus meus Sacrosanctum ac trem-
:endum Sacrificium corporis & Sanguinis tui: quod tu omni-
:potens Deus & Dominus meus in ara crucis in monte Caluari-
:æ Patri tuo expansis manibus pro Salute omnium populorum
obtulisti. Illud inquam ipsum viuificum sacrificium opto tibi
hodie offerre ad gloriam etiam Sanctissimæ & indiuiduæ Tri-
:nitatis Patris & Filij & Spiritus Sancti. Ad honorem Beatmæ
Mariæ Virginis & matris Dñi & Dei nri Iesu Christi: necnon
ad gloriam & Sanctorũ tuorũ N: N: & omniũ Sanctorũ electorũ
tuorũ: in meam ac cunctorũ & singulorũ Christianorũ catholicorũ
Salutem. Ac in vnione Salutiferi illius Sacrificij offero meipsũ
tibi Christe Iesu in obsequium & holocaustum perpetuum se-
:cundum SSmæ Voluntatis tuæ beneplacitum. Obsecro te, ō Deus
meus, per infinitam bonitatem, pietatem, ac inexhaustam miseri-
:cordiam tuam induc me vestibus innocentiæ, virtutum meritorq3

sanctissimæ vitæ tuæ; vt veste hāc gloriæ tuæ decenter indutus,
ineā charitate, deuotione & puritate, quā tu Deus meus hoc tre,
:mendum sacrificium sumendum demandasti, hodie ego illud etiam
in meam, ac omnium Christi fidelium salutem & spiritualem pro,
:fectum sumam ac suscipiam, quatenus ex hac beifica sumptione
tibi intimius vnitus, posthac te Deum Deor sine cessatione laudem
:e, benedicā & glorificem, fiatq; laus mea in conspectu tuo nunc
& semper speciosa Chre Jesu Deus benedicte in sæcula sæculor:

Seguitur Memento Seu memoria Viuorum
In septem effusiones Sanguinis christi distributa; vbi etiā
contra septem peccata mortalia, septem Virtutes ac beatitu,
:dines applicantur.

Oratio: seu effusio cordis prima, in qua prima Chri
Sanguinis effusio recolitur, quæ fuit in Circumcisione. cui
applicatur contra primū peccatum mortale, quod est, luxu,
:ria, Castitatis Virtus & beatitudo

Iesu misericordissime Deus meus, Bonus meus & omnia tibi
confiteor, teq; laudo, benedico & adoro, qui propter nos omnem
miseriam nostræ naturæ absq; peccato suscipiens, homo factus,
mox vbi mundum ingressus es, diuinæ legi te subijcere., circum,
:cidiq;, & Sanguinem tuum pretiosissimum pro nobis fundere uo,
:luisti. pro hac charitate & bonitate tua; & pro hac quoq; Sangui,
:nis tui effusione te adoro, te benedico, tibiq; gratias ago: & per
eandem Sanguinis tui effusionem te obsecro; vt omnem luxuriæ

speciem de corde meo, & de carne mea penitus auferas; concu-
piscentiam in me carnalem radicitus mortifices & extinguas,
vt in puritate, & in castissima simplicitate mentis, vt in vera
munditia cordis, ut deniqs in pudicissima corporis castitate
tibi perpetuo inauertabiliterqs adhæream.

Ah Iesu misericordissime Deus vniuersor̃ Deus meus, Dñus meus
& omnia, vtinam in hac effusione sanguinis tui innocentissimi
merear ab omnibus vitijs, peccatis & negligentijs meis nunc totis
emundari, gratia tua, uerò, sic firmari, vt totus in sanguine tuo,
quem in Circumcisione tua innocentissima pro me fudisti, munda-
tus, dignè ualeam tibi hodie offerre pretiosissimi corporis & sanguinis
tui sacrificium in memoriam & gratiar̃ actionem innocentissimæ
Circumcisionis tuæ; in memoriam & gratiar̃ actionem pretiosissimi tui
sanguinis in circumcisione tua pro me effusi; per quem cooperante
gratia tua sic me à peccatis meis omnibus emundes; vt mundatus
integrè, quotidie tibi valeam hoc Cæleste sacrificium in meam; meor̃q;
omnium consanguineor̃; affinium, familiariũ; charor̃, fundator̃,
benefactor̃ in spiritualib9 & temporalibus; omnium comissor̃, debitor̃,
amicor̃ etiam & inimicor̃; mala ac bona mihi facientium quor̃ tu omni
um scis nomina, gemitus, vota & suspiria, salutem offerre; tegs Deum
meum, qui es super omnia benedictus laudare, benedicere & adorare.
Sis igitur tu Deus meus super omnia benedictus; meor̃, meorum q; gemit9,
voces, fletus, suspiria, vota & desideria ea respice pietate & miseri-
cordia, qua Petrum ter te negantem benignissime respexisti. Salua
ergo nos Deus noster, qui hac innocentissima circumcisione tua & preti-
osissimi sanguinis tui effusione salutem nostram cepisti omni confusio-

ne & dolore contempto operari: operare ergo misericorditer nunc no-
:biscum & vsqꝫ in finem; vt misericordia tua adiuti ac saluati te be-
:um incessabiliter laudemus in ōia sæcula sæculoꝝ. Amen

Oratio Secunda, qua Secunda Sanguinis christi effu-
:sio in monte Oliueti recolitur. Cui applicari potest contra Sup-
:biam, secundū scilicet peccatum mortale, humilitatis virtus,
& luctus vna ex beatitudinibus.

Iesu benignissime Deus meus & Dñus meus, adoro, lau-
:do, benedico te, & gratias tibi ago pro angustia, pressuraqué
cordis tui, quam in monte Oliueti inter orandum pro nobis per-
:listi, præmeditans acerbissimas horrendasqꝫ passionis ac mor-
:tis tuæ poenas & cruciatus tunc tibi imminentes, quos iuxta
naturam humanam exhorruisti; rursusqꝫ secundum rationem
tanto easdem nos redimendi desiderio concupisti: vt contrarijs
hisce desiderijs simul compugnantibꝰ, teqꝫ interea in agonia consti-
tuto, sudor ex te decurreret sanguineus. In hac quæso Christe
Iesu angustia tua, per hanc quoqꝫ effusionem sanguinei sudo-
:ris tui ex te abundé promantis, obsecro te, rogo te vt omnem
superbiam, omnesqꝫ superbiæ species in me conteras, extermi-
:nes ac deleas. Infunde mihi quæso profundissimam perfectissi-
:mamqꝫ humilitatem; qua peccata mea, ingratitudinemqꝫ meam per-
:fectè cognoscam, odiam, indesinenterqꝫ lugeam: meipsum quoqꝫ con-
:temnam, ab omnibus contemni diligam, omnibus pro te, & in no-
:mine tuo subdi, ac totum me tibi vniri exoptem. Amen

Ah misericordissime Jesu Deus vniuersor̃, Deus meus & omnia!
vtinam in hac effusione sanguinei sudoris tui; ac per angustias,
gemitus, dolores, suspiria & contritiones cordis tui pijssimi, me,
rear ab omnibus iniquitatibus, sordibus & malis meis commissis
nunc plenè mundari; gratia uero sic firmari, vt mundatus totus ā
peccator̃ sordibus dignè tibi valeam hodie sacrosancti corporis & tui
pretiosissimi sanguinis tremendum offerre sacrificium in memoriam
& gratiar̃ actionem sanguinei sudoris tui: in memoriam & gratiar̃
actionem omnium angustiar̃, gemituum, contritionum & precum
quas in monte oliueti inter amoris & metus congressus, pro me, ac om,
ni populo Deo Patri tristis fudisti: ac exinde prolixius Patrem ex,
orasti. Pater si possibile est transeat ā me calix iste dicens, fa,
ctus es in agonia, totum te Patris voluntati subdidisti clamans voce
magna; verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu; In memoriam
etiam, & grar̃ actionem huius omnimodæ resignationis tuæ, quā
Patri tuo te totum, suscipe hodie ā me hoc laudis tuæ sacrificium, sub.
iecisti. Et memento omnium Patriarchar̃, Archiepor̃. Episcopor̃,
Cardinalium, Sacerdotum ac ministror̃ Sanctæ Eccliæ tuæ catholicæ;
Omnium fideliter laborantium pro pace & fide catholica, vnitate etiā,
ac exaltatione sanctæ matris Eccliæ; ac demum memento etiam
totius Status Ecclesiastici; libera omnes, ab incursu inimicor̃; & res,
pice istos omnes oculis benigmā misericordiæ tuæ, & libera eos ab
malo; eor̃ gemitg, vota, fletg, suspiria & desideria pia attende, & fac
cum illis misericordiam tuā, vt populum tuum in vera fide, charitate

mansuetudine, iustitia, æquitate & timore tuo sancto regant, doceant, tueantur & instruant. Amen.

Oratio tertia, qua tertia sanguinis Christi effusio cõmemoratur, quæ in eius dirissima flagellatione facta fuit; cui contra tertium peccatũ mortale, puta contra iram, applicatur mansuetudo seu benignitas, ac tertia beatitudo, quæ vocatr mititas.

Iesu benignissime Deus meus, pro dira flagellatione teneriimi, nobilissimiqs corporis tui vndiqs vulnerati, & pro effusione pretiosissimi sanguinis tui, adoro, benedico & laudo te, gratiasqs tibi ago. Compesce & extingue in me omnes iracundiæ impatientiæqs motus. Nullum sinas, pie Iesu, in cor meum intrare, aut morari rancorem, odium, amaritudinem seu displicentiam. Infunde mihi quæso perfectissimam mititatem, ac mansuetudinem cordis, qua cuncta aduersa æquanimiter suscipiam, patientissime, ac cum gratiarum actione tollerem, ac me totum tibi resignem, plenè ac funditus relinquam. Amen.

Ah Iesu clementissime Deus vniuersor, Deus meus & omnia, vtinam per hãc effusionẽ sanguinis tui pretiosissimi, ac flagellationem tuam dirissimam merear ab omnibus sceleribus, criminib, ac delictis meis emundari, gratia uerò tua sic repleri, quã, ab oibus delictis meis, cooperante, mundatus, digne tibi hodie ualeam sacratissimum corporis & sanguinis sacrificium in memoriam & gratiarum actionẽ dirissimæ

tuæ flagellationis; item sanguinis tui fusi, offerre: offero tibi sacrificium laudis tuæ, in memoriam & grat̃r actionem vulner̃ ac dolor̃, quos in acerbissima flagellatione pro me sustinuisti: hanc Deus meus respice, vulnera hæc tua contemplare, infami alligatus saxo, sanguinem tuum è corpore tuo virginali Deus meus manantem vide; causam, cur Deus homo factus, supra modum omnem sic cæditur, tunditur, cruentatur, discerpitur, lacerratur ac excarnificatur attende, vt meam, populiq; in te credentis certè salutem operarereris, hæc tam enormia passus es. Horum vulner̃ ac dolor̃ recordatione commonitus Deus meus & ōia, memento ōium Ordinum Regularium S: Ecclię catholicæ, ōium eorundem Superior̃, ōium Regulariū personar̃ vtriusq; sexus, parentum etiam, frātr̃, sorōr̃, familiariū, consanguin̄eor̃, benefactor̃. Maximè vero rogo te pro ordine nostro Cisterciēn: vt eum reformare, ac reformatum in puritate Religionis conseruare digneris; fac superiores nostros secundum voluntatem tuam, & necessitatem nostram se gerere, vt te Deum nrum timeant, & tua sancta præcepta custodiant, ac vera charitate diligant, & secundum ordinis Regulas dirigant nos. Tu ueniō oculis misericordiæ tuæ super nos respice, gemitus, vota, suspiria, desideria pia, attende, & nostror̃ ā nobis aufer multitudinem peccator̃.

Oratio quarta. Christi sanguinis effusionem, quæ in Circumcisione eius facta est, repræsentas, cui contra quartū peccatum mortale, accediam Scilz. applicatz deuotio feruens. & beati-

tudo quarta esuries Iustitia.

Iesu benignissime Deus Vniuersor! Deus meus & Sola, pro acerbissima coronatione; pro largissima pretiosissimi sanguinis tui effusione, per genas sanctas, oculos & collum defluentis, adoro, laudo & benedico te; gratiasq; tibi ago, supplicite rogans; vt omnem acediam, torporem, pigritiam & negligentiam à me radicitus tollas: deuotionem verò feruentissimam, alacritatemq; Spiritus in tuo maximo seruitio mihi infundas: vt iustitiam, virtutem, animæ salutem, tuique honorem, & timorem, ac gloriam tuam cor meum vehementer esuriat, ardentissimeq; sitiat, adeo quæ extra sunt, cuncta fastidiam. Tu vero solus totus perfectissimè ac perfectissime mihi placeas in omnibus & super omnia.

Ah misericordissime Iesu Deus meus & Bonus meus virtus & anima omnis petionis meæ; te Regem gloriæ, sed spinis ignominiæ, & ad ludibrium coronatum exoro, vt per pretiosissimi sanguinis tui, in hac ignominiosa coronatione tua, effusionem; me ab omnibus iniquitatibus, sceleribus & turpitudinibus meis emundes, gratiam tuam tam efficacem mihi tribuas, quâ, totus mundatus dignè ac ritè tibi hodie Sacrosancti corporis & sanguinis tui immaculatum Sacrificium in memoriam Coronationis tuæ diuinissimæ, & pretiosissimi sanguinis pro me tui effusi gratiarum actionem tua, eam offerre. Aspice Deus, non gemmis, non stellis, sed spinis radiantia; ac sanguine purpureo tuo nitentia tempora tua Regalia

Plenus Deus meus opprobrijs es, plenus vulneribꝰ, ita ut spi-
nis in te locus non sufficit, vbi inoculentur, quam in sacrato tuo
vertice. Heu Deus meus solitè tibi debentur spinæ? spinæ cer-
te, eheu Deus meus spinis peccatorũ nostrorũ quotidie abundè &
contumelioſè satis coronaris, sed Rex mitis, patiens & misericors
es; spinis tuis, peccatorũ nostrorũ spinas exterminasti, oleum mi-
sericordiæ vulneribꝰ nr̃is piè samaritane infudisti, & recreasti
infirmos nos oleo lætitiæ tuæ. Respice Deus vultum tuum, quem
reuerentur omnes diuites plebis, en quàm rorant per ora, oculos &
genas tuas rosei cruoris tui guttæ; In hisce doloribus tuis, Dolor
Rex aug: me miserere, & memento oĩum regum, Principum, pote-
statum, ac militum Christianorũ. Status etiam totiꝰ Reipublicæ
catholicæ politici: rege, dirige, guberna & libera istos omnes ã malis
omnibus. Da Regibus, principibꝰ ac Statibꝰ Reipublicæ Christia-
næ salutem, pacem, vnitatem, concordiam & tranquilitatẽ, adesto
miseris, subueni perditis; da Regibꝰ & principibꝰ nr̃is fidem, spem,
amorem & timorẽ tuum sanctũ; vt in fide, lenitate ac iustitia
populum sibi ã te Deo nr̃o comissum regant tueantꝰ & defendant.

Oratio Quinta, repræsentans quintã sanguinis Chri effusio-
nem, quæ facta est in detractione vestiũ ante Crucem, vbi illi ve-
stis lanea, quæ compacta vulneribꝰ adhæserat, detracta est, tam
vulnera quam dolores renouãs. Cui, contra Quintum peccatum
mortale, Auaritiam scilꝫ: applicatur Paupertatis amor, mundi
quiè contemptus; beatitudoꝙꝫ quinta, Paupertas Spiritus.

Iesu benignissime Deus meus, pro vestium tuar detract,,
:ione, pro pudicissimi corporis tui denudatione, in conspectu
hostium tuor; pro tui derisione; pro vulner, dolorumq; reno,,
:vatione; pro sanguinis tui nobilissimi effusione & conculca,,
:tione, adoro, laudo, colo & benedico te; ac gras tibi ago, te ob,,
:secrans per misericordiam tuam; vt mundi amore, & omni
amore creaturarum, priuatoq; aut abs te alieno me excuas,
prorsusq; me liberum facias, quo paupertatem, contemptum,
& simplicitatem ex animo diligam, desideratissime feram,
te uero, ac cælestia dona tua, super omnia, & in omnibus æstu,,
:antissimis desiderijs concupiscam—.

Ah misericordissime Deus meus & omnia! Iesus meus &
christe super omnia benedicte; rogo te per vulnera, per dolo,
:res, per effusum sanguinem tuum, per ignominiosam vestium
tuarum detractionem, perq; vulneratam modestiam tuam—;
vt me ab omnibus iniquitatibus, peccatis & sceleribus meis
in hac ipsa vulnerum, dolorumq; tuor immanissima renouatio=
:ne, ac pretiosissimi sanguinis tui conculcatione, tuiq; deri,,
:sione plene emundes, iniquitates meas mihi dimittas, gratia
tua sancta repleas, qua dignus efficiar, vt tibi Deo meo mi,,
:ser peccator digne ac rite hodie valeam sacrosanctum
corporis & sanguinis tui immaculatum sacrificium in memo,,
:riam & gratiar actionem omnium vulnerum, dolor ac igno,,
:miniarum supra dictar, offerre. Deus meus angustias,

derisiones & opprobria tua respice; charitatisq; qua pec-
:ditor peccatores quærebas recordare; Et memento Deus meus
eor̃ omnium, quibus cum peccaui; quos ad peccatũ induxi,
quos peccare, feci & locui: quibus causa fui peccati: quos scan-
:dalizaui, læsi, seduxi: quibus malo exemplo fui, quos defrau-
:daui, decepi, iniuriam aliquam intuli, quos etiam fama aut re-
:bus læsi: fraternam charitatem & pacem minui. Hor̃ ingrã
omnium angustias, iniurias, gemitus, suspiria & vota tibi
Deo meo offero. Tu Deus Vniuersor̃, cum ego nihil sim, nihilq;
sine te valeam, corporis hoc & sanguinis tui viuifico sacrifi-
:cio pro me omnibus istis læsis & seductis satisfac, pro me res-
:ponde, restitue, foue ac indulge: omnesq; ad meliorem viam &
vitam, vbi te Deum suum cum filiali timore & amore agno-
:scant, peccata sua defleant, debitoribus una mecũ satisfaciant, re-
.uoca

Oratio Sexta, ac Sanguinis Christi Sexta effusio, qua
in perforatione manuum ac pedum, membrorumq; Christi ex-
:tensione, & diutina crucipendentia exundans, crucem terram-
què rigauit. Huic contra Sextum peccatum mortale, contra
Gulam, applicatur temperantia; & Sexta beatitudo, Pax,
seu pacificatio. Tunc enim suam charitatem ad nos, ad latro-
:nem, ad tortores, ad Matrem, ac ad omnes exhibuit, & in cruce inter
cælum terramq; suspensus, sese pacis arbitrum ac mediato-
:rem inter Deum & hominem constituit.

Iesu benignissime Deus meus & omnia! pro extensi-
:one omnium membrorũ tuorum in Cruce, pro crucifixione & per-
:fossione manuum ac pedum tuorũ; pro diutina Cruci penden-
:tia; pro largissima effusione pretiosissimi Sanguinis tui, decur-
:rentis è sacratissimis vulneribꝫ tuis, quo Crucem terramqꝫ ri-
:gabas: adoro, laudo, colo & benedico te, ac gratias tibi ago:
tegꝫ obsecro Deus meus, vt me ab omni intemperantia & indis-
:cretione Sobrium, continentem, morigerum & discretum facias
pijssime Deus. Cor pacificum, mitissimum ac benignissimum
mihi præbeas: quod pacem diligat, paci studeat, foueat concor-
:diam, Schismata & Scandala tollat, & ad vnionem amoris il-
:lam felicissimam, qua tecum vnum efficimur, qua vnus amor, &
vna nobis tecum est Voluntas, indesinenter aspiret.

Ah Deus misericordissime vniuersorũ bonus, Deus meus & ora!
Salus & pulchritudo mea, ō vita mea! quam in duro reclinaris
strato! nerui enim iam obrigent, dissecantur venæ, ossa fatis-
:cunt; dolores doloribus exacerbantur & augentur, brachia &
artus extenduntur, manus, pedesqꝫ Christe tui perterebrantur,
trabi durissimæ suffiguntur, Exanguis Jesus Christus Cruci in
ludibrium affigitur, ac destitutum Corpus Jesu Sanguine iam fatis-
:cit, ora pallent, ceruix defluit, in morte natant; rauca vox
sonat triste ac lamentabile illud. Deus meus! Deus meus! vt quid de-
:reliquisti me? Pater! ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Mu-
lier ecce filius tuus, ecce mater tua. Hodie mecum eris in paradi-

:so. Sitio, consumatum est. Pater in manus tuas commendo
spiritum meum. heu, heu! Salus nostra Christus Jesus Deus
& Dei filius in cruce moritur; Salutem sine cruce nemo speret,
in cruce Dñi nri nemo desperet, per hanc enim saluati & libera-
:ti sumus. Per crucem ergo tuam salua me, per vulnera hæc tua redi-
:me me; in sanguine tuo pretiosissimo laua me ab omnibus peccatis, vi-
:tijs & negligentijs meis; per mortem tuam acerbissimam sanctifica me;
quatenus hodie & quotidie dignè ac rite tibi valeam sacrosancti
corporis & sanguinis tui tremendum sacrificium in memoriam &
gratiarum actionem hâr omnium pœnâr, cruciatuum, vulnerum,
ac dolôr, imo & ipsius tuæ innocentissimæ mortis offerre. Adiuua me
miserum Deus, & vide passionem, Crucem & mortem tuam, & Sus-
:cipe à me miser. Deus hoc viuificum corporis & sanguinis tui Sa-
:crificium in memoriam & gratiâr actionem omnium (quas in im-
:manissima crucifixione tua, pro me passus es) pœnâr, cruciatuum
vulnerâ, dolôr & mortis innocentissimæ; & memento Domine &
miserere omnium hæreticôr, infidelium & errantium in fide
catholica, conuerte etiam miseros peccatores, reduc infideles omnes
ad fidem Sanctam tuam catholicã: da Deus meus vt Idololatræ et-
:iam ab impietatis suæ liberentur erroribus, vt Judæis ablato cor-
:dis luxe tuæ veritatis appareat; vt hæretici Catholicæ fidei
perceptione resipiscant: vt Schismatici Spiritu reduiuæ char-
:itatis accipiant: vt lapsis pœnitentiæ remedia conferantur, mei
uerò Deus meus misereris, ac ad te erigas & vinte transformes.

Oratio Septima, ac Septima Sanguinis Christi effusio, quæ ex lateris apertione, vnde exiuit Sanguis & agua, facta fuerat. Creditur autem (ut ex reuelationib⁹ Sctæ Brigittæ, beata maria genitrix Ihū nri astruit) homini Iesu cor pijssimum tunc lan-cea militis vulneratum, quo ad se nobis intrandi Christus faceret, aperiret amoris ostium, vulnus misericordiæ, gurgitem charita-tis. Huic effusioni sanguinis, contra Septimum peccatum morta-le inuidiam scilicet, applicatur charitas, atq; Septima bea-titudo, misericordia.

Iesu benigᵐᵉ. Deus meus & omnia pro apertione lateris, ac per-cussione misericordissimi cordis tui, pro effusione pretiosissimi san-guinis tui, ac aquæ inde emanantis adoro, laudo & benedico te: Gra-tiasq; tibi ago. Quandoquidem cor tuum, tam mihi, quam alijs pec-catoribus peccatoribus ad te redeuntibus tàm misericorditer re-serasti. Per huius misericordissimi cordis tui pietatem te obsecro, laudo, colo & rogo, vt de corde meo auferas omnem liuorem, odiū, rancorem, amarulentiam, inuidiam, & quicquid potest charita-tem lædere, & fraternam dilectionem minuere. O pijssime Be⁹ auser ā me cor durum & prauum, cor superbum ac liuidum, & da mihi aut cor tuum, aut cor secundum cor tuum pijssimum, fide-lissimum, mitissimum, misericordissimum, humillimum, obedien-tissimum, omnisaria mortificatione ac resignatione perfectum. Fide, Spe & charitate perpetua plenum, quod in te indesinen-ter teneas absorptum, & ad omnes homines, præsertim ad inimicos

dilectione & miseratione reddas effusum.

Ah misericordissime homine Jesu: Vivificum lateris ac cor-
:dis tui pijssimi vulnus ab omnibus peccatis & iniquitatibus me-
:is me mundet; Sanguis tuus pretiosissimus è vulnere hoc tuo
sacrat^{mo} effusus abluat ōia scelera mea; agua è corde tuo dulciflua
emanans purget me ab omnibus negligentijs, concupiscentijs & de-
:lectis meis; ipsum diuinissimum cor tuum me gratia tua tam
efficaci informet.; vt mundo, concupiscentijs eius ac peccato
totus mortuus, tibi posthac sdi viuam, te solum quæram, inueniā
laudem & benedicam: ac ut hodie & quotidie in memoriā & grār.
actionem sacrosancti lateris & cordis tui vulnere dignè ac ritè cor-
:poris & sanguinis tui tremendum offeram sacrificium; me beg
hac superabundanti passione dignum facias. Suscipe ergo summe
Deus hodie hoc sacrosancti corporis & sanguinis tui sacrificium in me-
moriam & grār. actionē lateris & cordis tui vuln . Suscipe hoc
laudis iuge sacrif: in sanguinis tui pretiosissimi, ac aguæ è corde &
latere emanantis memoriā & grār actionem; ac adesto Deus nr
per grām tuam omnibus subditis nris viuis da illis pacem & fidē
rectā, spem firmā, submissionem debitā, ac ōia ea, quæ sunt eis
necessaria ad animæ & corporis salutem. O Deus meus & Dn^{s} meus!
respice omnes, pro quibus te Deum meum iam exorare disposui, pro
quibus te iam exoraui, pro quibus tu Deus meus exorari vis, &
ego te Deum meum exorare teneor ac debeo; quibus etiam quoquo
modo obligatus, & debitor sum. ttor ōium desideria & vota tibi com-

:mendo; da nobis omnibus & singulis diuinæ beus ob meritum passi-
:onis tuæ amarissimæ; nec non gloriosiss.æ virginis mariæ & omnium
sanctor & elector tuor intercessiones & merita quieta ac tranquil-
:la tempora, ac post hanc vitam, æternā vitā, ac gaudia cælestia.

Potest his septem effusionibus sanguinis, addi veneratio sanctiss.æ
mortis Iesv Christi, hoc est separationis animæ à corpore, quæ fuit
omnium acerbissima. Solus enim ipse, qui pro omnib, gustauit
mortem, cognoscere potuit mortis amaritudinem; cognitio enim,
& apprehensio, sensusq3 in Christo moriente, in vltimum vsq3 mo-
:mentum permanens, æquè ac viuente (aliter enim contingit in nobis)
viguit. Huic contra priuatum amorem, beizelus potest applicari,
& beatitudo octaua, quæ est patientia propter Christum—

Iesu misericordissime vita & spes mea Deus meus & Dns meus:
Ecce nunc offero omnem laborem & fatigationem tuam, omnem pœn-
:uriam, contemptum, aduersitates & incommoda tua, omnes poe-
:nas, dolores, vulnera, liuores tuos, omnes pressuras, tristitias &
angustias tuas. Ad extremum Crucem tuam & mortem acerbissimam
hoc est acerbissimam benedictæ animæ & corporis tui separationē.
Pro quibus omnibus te laudans & gras tibi agens, te Deum meum
adoro. Offero autem hæc omnia quæ pro me sustinuisti, imò & ip-
:sam immensam charitatem tuam, quæ ad patiendum te pro nobis
induxit; tibi nunc Christe Iesu pro peccatis, offensionibus &
negligentijs meis: & pro peccatis totius mundi tam viuorum, quā
defunctorum. Obsecro autem te Deum meum per omnia, quæ

innocens pro me passus es; da mihi infatigabilem iugemq; pa-
tientiam, qua omnia, quæ tu super me venire permittis, tui amore
patientissime tollerem: & in laudem, gloriam & beneplacitum tuū
me totum quod sum ac possum, omnes scilicet vires, & motus
corporis mei expendam. Amen.

Oratio Sancti Francisci Xauerij S. Iesu.

Æterne Deus! Omnium rerum creator, memento infidelium
animas te solum creasse, easq; ad imaginem & similitudinē
tuam fecisti. Ecce homine in opprobrium tuum eis ipsis infer-
ni implentur. Memento Dne Iesu Christi filij tui, qui san-
guinem suum tam liberaliter effundens, pro illis passus est.
Ne permittas homine, eundem filium tuum Dnum nostrum
à Paganis amplius contemni: Sed propitius intende voci meæ,
ac precibus Sanctor Elector tuorum, & Ecclesiæ Beatæ
eiusdem filij tui Sponsæ placatus, recordare misericordiæ tuæ,
& oblitus Idololatriæ & infidelitatis eorum; fac ut ipsi
quoq; agnoscant, quem misisti Iesum Christum filium tuū
Dnum nostrum; qui est salus, vita & resurrectio nostra,
per quem saluati & liberati sumus: cui sit gloria per infini-
ta sæculorum sæcula Amen.

Beatus Franciscus Borgias offerendo Sacrosanctum
Sacrificium, hoc, Vt uocamus Memento solitus erat Deum pro
suis, suor, ac Eccliæ necessitatibus, interpellare.

In dextræ Christi manus vulnus viuificum Summum Pontifi-

:cem, Cardinales Episcopos, Prælatos, Pastores, Statum omnem
Ecclesiasticum, vniuersæq; Ecclię necessitatem commendabat.
In viuifico uero vulnere sinistræ manus Christi orabat pro Im=
:peratore, Regibus, omniq; magistratu & statu politico. In
vulnere pedis dextri pro Religiosis Ordinibus omnibus, & sin=
:gulariter pro commissa sibi Societate. In vulnere uero sinistri
pedis pro consanguineis, amicis, benefactoribus, & omnibus,
qui se eius precibus commendarant, Deum precabatur. Later,
:is vulnus sibi seruabat, in quod ipse se recipiens, à diuina mise=
:ricordia, vir humillimo, peccatorum suor veniam postulabat, & in
necessitatibus omnibus auxilium. In hoc Socios sibi adlegebat
Societatis aduersarios omnes, vt horum cordibus sacro illo sangui=
:ne emollitis, ad dei, animarumq; obsequium beneuolentiores,
ac commodiores Societati reddantur.

Verum ne & purgantibus animabus deesset, ad secundum
Memento; In vulnere dexteræ manus pro defunctis orabat, quibus
ex lege obstrictus erat missæ sacrificium offerre. In uulnere ma=
:nus sinistræ pro animabus parentum ac propinquorum. In vulnere
pedis dexteri pro defunctis in Societate. In sinistri pedis vulnere,
pro amicis, benefactorib⁹, & sibi singulariter commendatis diuinam
bonitatem deprecabatur. Quinto denique in vulnere lateris,
commendabat diuinæ misericordiæ animas derelictas, quarum
nemo recordabatur; item animas quæ supra alias omnes grauis=
torquentur; item illas quarum proxima erat liberatio; atq; eas tan=

dem in quarum liberatione, maior charitas, & Dei gloria existeret.. ita pius Borgias ℣

Interim, cum Sacerdos Sacrificaturus Sacris se vestibus se induit, ora,, tiones vtiliter mente ruminandæ sunt ℣

Iesu amabilissime Deus meus, & Dñus meus, qui iniquor manib9 instar latronis dire ligari voluisti, dirumpe quæso vincula pecca,, torum meor, vt hostiam laudis tibi Deo meo hodie dignè sacrificare, ac nomen sanctum iugiter inuocare valeam. Iesu benignissime Deus meus & Dñs meus qui colaphizari, & immundis sputis pulcherrimã faciem tuam, in quam desiderant Angeli prospicere, maculari, cædi, ac velari voluisti. Illumina oculos meos, & respice in me oculis be,, nignissimæ misericordiæ tuæ, quibus Petrum ter te negantem res,, pexisti, omniaq3 peccata mea in profundissimis tuis operi vulnerib9, nè in die iudicij mihi exprobrentur. Qui vivis & regnas Deus p.

Dum Albam induit ℣

Iesu Clementissime Deus meus & Dñus meus! qui hora diei prima pro me Pilato præsidi præsentari, falsoq3 accusari, & à Pilato ad Herodem mitti, atq3 ab eodem & exercitu eius derideri, veste alba illudi, & sic ad Pilatum reduci voluisti. Da mihi mundi huius prudentiam; quæ non nisi mera stultitia apud te est sapienter declinare, teq3 agnum sine macula in stolis albis & innocentiæ, simplicitatis & virginei candoris incessanter fideliterq3 sequi. Qui vivis & regnas Deus. p.

Dum zona se succingit

Iesu dulcissime Deus meus & Dñus meus; qui hora tertia pro me, ā Iudæis Barabbam dimitti petentibus, reprobari, & ad columnam funiculis dire ligari, flagellisq; duris cædi voluisti; ita ut in corpore tuo ā planta pedis vsq; ad verticem capitis nulla appareret sanitas: corripe me tu iuste in misericordia tua, dū in hac terra & vita sum, & noli mihi mala mea, & peccata in diem iudicij reseruare. Qui cum Deo patre viuis. &c.

Dum manipulum induit.

Iesu charissime Deus meus & Dñus meus! qui funem, quo fuisti ad columnam in flagellatione ligatus, in sinistro brachio deferre voluisti, et arundinem pro sceptro in dextera deri-sorie tibi dari: da mihi funes peccatorū meorū, quibus circumple-xus sum in sinistra detestationis & contritionis deferre, vt arundinem siue palmam victoriæ, in dextera merear suscipe-re atq; gestare. Qui cum Deo patre viuis & regnas.

Dum stolam induit.

Iesu fidelissime humani generis amator Deus meus & Dñs meus! qui hora diei sexta crucem propriis ignominiose ad mon-tem Caluariæ depressus, inclinatus & cruentatus baiulare volu-isti: da mihi sic intrepidè Crucem patientiæ quotidie deferre, ut ad montem æternæ beatitudinis merear peruenire. Qui viuis & regnas Deus benedictus, per &c.

Dum casulam induit.

Iesu gloriosissime Deus meus & Dñus meus! qui veste pur-

purea, lacerata ac derisoria indui à Iudæis atrocissimè iam corona-
tus; & tanquam leprosus, hominumq; despectissimus coram omni po-
pulo præsentari voluisti: intimè te deprecor, vt illam miserabilem
vultus tui diuinissimi Speciem cordi meo perspicaciter imprimas, for-
titerq; infigas, qualem visus es ô Rex gloriæ, & æternæ patriæ
reparator illa hora habuisse. Qui cum patre & Spu Sco viuis &c.

Quando manus lauas

Domine Iesu Christe, en tibi soli peccaui, tu solus nosti iniquitatũ
ac negligentiarum mearum sordes, laua & munda me in sanguine tuo
pretiosissimo ab omnibus peccatis, vitijs & negligentijs meis. Et quia
totus inops, miser & pauper sum; nè in conspectu omnino appaream
nudus & confusus: da mihi merita Sanctissimæ vitæ & passionis tuæ.
His me indue, quia in ijs confido solum, audebo apparere in conspe-
ctu diuinæ, & Superexcellentissimæ maiestatis tuæ. Qui viuis. &c.

Alia ad idem breuior oratio

O misericordissime. bne. Deus Iesv Christe Saluator meus! pur-
ifica me in sanguine tuo ab vniuersis peccatis, vitijs & negligentijs
meis, vt puro, simplici & humili corde tibi semper placeam, tibi ser-
uiam ac amore feruentissimo inhæream. Amen.

Quando lauas manus in missa deuotissima meditatio.

Cogita & ingemise pro sordibus tuis; quod stas ante creatorem
cæli & terræ, cui se totus orbis inclinant, quem Angeli tremunt &
adorant, tractatur & sumptur indignus, adeoq; vilis & impur in
oculis eius, vt cum multo cordis dolore sæpius ad illum clames.

O misericordissime Deus meus propitius esto mihi infelicissimo pec-
catori! O colende Deus miserere mei, miserere mei, O metuende Do-
mine mi Salua me, O adorande omnipotens æterne Deus meus & Dñs
meus! quid facio miser peccator? Tuæ misericordiæ infinitæ; tuæ pi-
etati ac bonitati immensæ me committo. Obsecro te pietas immensa,
non sinas vt amplius offendam te: O Deus meus aut munda me à pec-
catis meis, & purifica cor meum ab omni prauitate & iniquitate: aut
occide me, nè saltem amplius peccem in te. O dulcissime Jesu! Oes
sensus, omnes vires, cogitationes, affectus, verba, opera studia, in-
tentiones cor meum ac me totum tibi offero: Include tu Deus me, me
ac omnia mea intra cor tuum diuinissimum, & perpetuo ibi sepeli,
ut tecum sim, & maneam totus in æternum. Laua me Dñe in sangui-
ne tuo pretiosissimo ab omnibus peccatis, vitijs & negligentijs meis, qua-
tenus templum Spiritus Sancti effici merear. Ah vtinam puro, simplici
ac humili corde tibi semper placeam, ac amore castissimo ac feruen-
tissimo tibi semper inhæream. Amen.

Circa memorias viuorum, aut Sacramenti sumptionem, po-
tes etiam pro se sic orare, aut alio tempore quandocunq; volueris.

Misericordissime Jesu tuæ maiestati ac pietati sanctissimæ nu-
ne me supplicem offero & commendo: ac te rogo per omnia vulnera
corporis tui; per pretiosissimi sanguinis tui guttas singulas, per q3
immensam pietatem cordis tui, vt in gratiam tuam me recipias,
ab omni me peccato liberes, præserues, custodias, dirigas, tene-
as, atq3 totum me per gram tuam possideas. Conuertas me totum in

laudem, in honorem & beneplacitum tuum, vt de me, per me, in me, &
in omnibus meis tua Sanctissima voluntas semper fiat, vt in om-
:nibus & singulis ita sim, ita me habeam, quemadmodum maxime
placet tuæ Sanctmæ: ac pijssimæ voluntati. Vtinam vulneres, repleas, absor,,
:beas, vniasq; me tibi Deus, perfectissima, ardentissima, fidelissima
atq; perpetua charitate, vt ex toto corde meo, atq; ex omnibus me,,
:dullis animæ meæ te diligam, te sitiam, quæram, laudem, & benedicã
in omnibus & super omnia.

Dulcis Jesu, Deus meus, absorbeat me quaso ignita & mellifl ua vis
amoris tui, quæ penetret cor meum, purgetq;, & rapiat in se õia
interiora mea, vt sicut flamma ardens in tui amore totus ardeam;
totus ãme ipso deficiam: te vero solum cogitem, te solum deside-
:rem; te solum sciam & sentiam, tibi soli inhæream: & omne tempus
vitæ meæ, omnesq; vires animæ & corporis mei laudem, gloriam,
& beneplacitum tuum expendam. Amen.

Memoria defunctorum cum breui Sacrosancti Sacri,,
:ficij ad Dei filium oblatione.

Domine Jesu Christe, in memoriam benedictæ Incarnatio-
:nis, passionis ac mortis tuæ; in memoriam vulnerum, dolorum,
suspiriorꝝ, gemituum, lacrymarꝝ, & guttarꝝ pretiosissimi San-
:guinis tui: in memoriã immensæ charitatis tuæ, qua pro nobis
natus, passus, Crucifixus & mortuus es; offero tibi nunc hui9
missæ, & omnium missarꝝ, quæ in toto mundo fiunt, hostiam
Sacrosancti corporis & sanguinis tui: & in vnione huius oblatio:

nis, atq; illius, quá temetipsum in ara crucis patri tuo te obtu-
listi; offero me ipsum in laudem, gloriam & beneplacitum tuū,
obsecrans te per viscera misericordiæ tuæ, vt hæc omnia sus-
cipias ā me miserrimo peccatore; ac patri tuo offeras in ea
virtute, qua illi in cruce moriens Spiritum tuum tradidisti,
ut viuis tuam gratiam, misericordiam, vitam sempiternam,
defunctis requiem lucemq; largiaris perpetuam. Singula-
riter uerò te rogo pro animab⁹ patris, & matris meæ: & a-
nimab⁹ N: N: fratrum, confratrū, sorór Spiritualiū & carna-
lium, consanguineór, familiariū, affinium & bñfactór meorum,
oiúm eór qui mihi amore tui beneſecerunt, instruxerunt, & me
in fide catholica huc vſq; perduxerunt; quór ope & auxilio ad
hunc Statum perueni: animár etiam oiúm, quór vſus sum
& adhuc beneficijs & eleemosinis, animár etiam quæ occa-
sione mei in purgatorio puniuntur; animár, quár non est Spe-
cialis memoria in Eccłia militante, quæ subitanea & impro-
uisa morte de hac vita discesserunt. Omniúm Imperatorū,
Regum, Principum, Ducū ac militū Cátholicór, ac totius Dom⁹
Austriacæ in fide catholica defunctæ ac N: N: Omniúm
Abbatū, Abbatissár, fratr, Sorór, ac oiúm Religiosár personarum
ordis viri, omniū parentú, familiariū, benefactór & fundatór
nostrór, ac etiā loci hui⁹ fundatór. Omniúm Episcopór, Præ-
latór, Sacerdotū ac ministrór Eccłiæ catholicæ, qui Sanctā
Eccłiam tuam rexerunt & ei profuerunt: Sacerdotis qui me—

baptizauit. Epi qui me confirmauit; qui me ordinauit; anim-
:arum orationibus meis commissar, quas neglexi. orationibus,
pro quibus te Deum exorare teneor; pro quibus tu Deus meus
exorari vis, ac ex ordinis mei præscripto te deprecari debeo;
animar etiam fidelium defunctor. His oibus Deus meus
& Dns meus ob meritu passionis amarissimæ tuæ, nec non
Virginis gloris: mæ ac omnium Sanctor & Elector tuor merita &
intercessiones da requiem lucem qß in patria cælesti sempiterna.

Alia oblatio sacrificij in persona Christi. ℣.

Respice nunc Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deꝰ
de Sanctuario tuo, & de excelso cælor habitaculo, & intue-
:re hanc Sacrosanctam hostiam, quam tibi vna mecum hodie
offert magnus Pontifex noster: Sanctus puer tuus, Dominus
noster Jesus Christus pro peccatis fratrum suor; & esto pla-
:cabilis super multitudinem malitiæ nostræ, quia vox Sangui-
:nis fratris nostri Jesu Christi clamat ad te de Cruce.

Ecce habeo quod offeram tibi pro peccatis meis, per ipsum, & in
ipso, me ipsum in beneplacitum Sanctissimæ voluntatis tuæ.

Oblatio Sacrosanctæ hostiæ.

Omnipotens æterne Deus, & pater misericordiarum; en ho-
:stiam viuam, quam hic, & vbiqß vniuersa tibi offert Eccliа.
Hanc offero tibi cum omnibus virtutibus & meritis vnigeniti
tui, in illo amore, & virtute, qua ipse in cruce semetipsum
tibi pro nobis obtulit, in expiationem omnium peccator meoru

in suppletionem omnium negligentiarum mearum, & defectuū meor; & in gratiar actionem, & confessionem omnium beneficior tuorum, & in memoriam beneficiorum, & dilectionis eius, pro me, & pro fidelib, tuis omnibus viuis & defunctis. Amen.

Inclinando ante sacram hostiam dic.

Deus propitius esto mihi maximo peccatori. Aufer à me quicquid tibi in me displicet; infunde mihi quicquid tibi placet, conuerte me totum in laudem, gloriam & beneplacitum tuum dulcis Iesu, homine Deus meus.

Adoratio sacrosctæ hostiæ, cum reponitur.

Adoro te homine Iesu Christe, & benedico tibi, qui pro nobis in cruce moriens redemisti mundum.

Adoratio ad calicis eleuationem.

Amantissime Iesu, per effusionem sacrosancti sanguinis tui obsecro te; fac ut vniuerso mundo cum omnib, peccatis, vitijs & concupiscentijs meis moriar; & per incendium amoris tui à me ipso deficiam, tibiq; soli, ac in te solo viuam.

Quando hostiam sacram sub missa in manus accipis, adorans eam, dic mentaliter.

Domine Iesu, fiat mihi nunc, quod contigit deuotæ ancillæ tuæ dicenti: Si tetigero tantum fimbriam vestimenti eius, salua ero. Faciqr per hunc contactū tui benedicti corporis, omnem concupiscentiam vitiosā ac inordinatam in me exiccari, & fide, spe & charitate integer: Dña. inauertibiliter cor meū tibi coniungi.

Post oblationem calicis (NB.) offer te in vnione huius sacrifi-
:cij in omne beneplacitum Deo; & pete tibi donari veram & perfe-
ctam resignationem, & abnegationem tuiipsius.

Ante communionem sanctissimam, quanam petenda sunt?
Ante communionem erubesce, & confitere Deo infirmitatem tu-
:am, vilitatem, ingratitudinem & malitiam. Pete veniam & plena
remissionem in hac vita. Age gratias Deo pro omnibus benefi-
:cijs eius. Præsertim incarnationis, passionis, &c.

Ora mundo efficaciam eandem & virtutem ex huius hostiæ
oblatione superfundi: quam & quantam oblatio illa, in cuius vni-
:one, & ad cuius memoriam hæc præsens offertur, operata est in
cruce. Custodiam præseruantem à peccatis pete ex hoc Sacram-
:ento. Spiritualem mortem omnibus vitijs & concupiscentijs, arden-
:tissimam, perfectissimam & perpetuam charitatem etc.

Commenda Ecclíæ statum, & pro quibus singulatim orare debes,
pro commissis, confœderatis, benefactoribus &c.

Interim dum habes Sacramentum in ore, multiplica desideria, &
repete preces in corde, vt ipse sibi in te faciat habitaculum mun-
:dum, gratum, perpetuum, & in se trahat te, absorbeat atq3 in-
:separabiliter vniat, vt totus Deo vnitus, ipsi soli viuas, adhæreas. &c.

Solemnioribus uerò festis, vt sunt, Nascentis, Resurgentis ac in
cælum ascendentis Dni; festis Bmæ Virg: Oīb9; festis Aplor. Euan-
:gelistar, martyr. confessor. Virginum, aliorumq3 Sanctor, vbi ore
sanct: Dnum corpus recepisti sic etiam, vel tali forma orabis. V. gra.

Si Christo Nato solemnis sit dies.

O mi amantissime Jesu, ego te per teipsum, quem ore iam fero, & per natalem hunc diem tuum humillime rogo, sis mihi in vltimo decessu meo propitius iudex.

Quod si dies S. Michaeli Archangelo, & vniuersis in cælo Angelis sit sacer, preces illas paullulum variabis. In modum hunc.

O beatissime Archangele Michael: &c. *Vel.* O Sanctißimi Spiritꝰ Angeli Dei. Per hunc hominum meum, & vestrum, vniuersos vos ad agonem meum vltimum inuito, adeste tunc mihi, & in extremis meis iuuate me. *Hac in explū posui, tu illuminatiori Spū Sanctiora ruminabis.*

Quod si festus dies sit, aut vni Aplōr, aut alicui e martyrum, vel Virginum cætu, aut quibuscunq; demum viuis alijs, tum preces tuas sic institue.

O beati Apli Philippe & Jacobe (aut). O beate Georgi martyr (aut) ō beate Joannes Bapt:, per hunc ipsum hominum, quem lingua gero ardentissime te precor, adsis mihi morienti, & ā bono Deo hanc vnam gratiam pro me impetra, vt in obitu meo cum Deo sim in gra.

Postquam orationem dixisti Corpus tuū quod &c. aut ubi tibi vacat, sumendo ablutionē, & corporalia, dic mentaliter orationem vt sequitur + *complicas.*

Domine Jesu Christe cor meum tuis vulneribus saucia; & sanguine tuo pretiosissimo inebria mentem meam; vt quocunq; me vertam semper te videam crucifixum, & quicquid aspexero tuo sanguine mihi appareat rubricatum; vt sic in te totus tendens

nihil præter te valeam inuenire, nihil nisi tua vulnera valeam in-
:tueri: hæc sit consolatio mea tecum mi Domine vulnerari, tecum
despici, & tecum pati. Hæc sit afflictio mihi vnica extra te con-
:solari, aut sub te aliquid meditari. Non quiescat cor meum
bone Iesu, donec inueniat te centrum suum, vbi cubet, vbi
suum terminet appetitum. Amen.

Sequuntur ad hucusq; alia orationes & meditationes ante Eu-
:charistiæ sumptionem, & missæ celebrationem, pro oppor-
:tunitate Sacerdotis vtiliter recitandæ ac ruminandæ.

Iesu fili Dei viui miserere mei. Ecce miser, vilis, turpis,
sacinorosus, ingratissimusq; peccator ad te venio, non aliud clam-
:ans, quam misericordissime Iesu fili Dei viui, & immaculatæ
Virginis Mariæ miserere mei; miserere mei; quoniam tibi impos-
:sibile est, miseris nolle misereri. Plenus & oppressus omni ge-
:nere peccatorũ, hoc solum habeo quod clamem. Miserere mei Deus
meus, miserere mei secundum magnam misericordiam tuam. Con-
:fiteor tibi domine Deus meus omnia peccata mea. videas ipse tu,
quam sim vilis, immundus, sordidus, quam inops & nudus ã vir-
:tute, quam deniq; turpis & indignus. Pro omnibus igitur deli-
:ctis, negligentijs, vitijs & ingratitudinibus meis, ad te Redem-
:ptor benignissime venio, ã te remissionem plenam, veniam &
gram supplex obsecro & peto. Da mihi nunc, & in omni vita
mea; præcipuè uerò in morte mea veram, perfectissimam inten-
:sissimamq; contritionem omnium peccatorũ meorũ, perfectam emen-

:dationem uitæ meæ iuxta omne beneplacitum tuum. Da mihi etiam
imitationem vitæ tuæ, ut te perfectè diligam, quæram ac laudem.
Vide misericordissime Bone Jesu Christe me ingratum, miserrimum
ac indignum peccatorem. Vide cui tanta beneficia quotidie facis,
cui tantam impendis charitatem, quam nihil sim sine te, quan-
:tis'ß egeam mendicus & pauper gratijs & beneficijs tuis. Da mihi
igr perfectissimam, castissimam, intensissimam perpetuam'ß cha-
:ritatem benignis: me Deus, qua ex toto corde in omnibus & super
:oia te solum indesinenter diligam, tui honorem purè quæram &
intendam, totum me tibi resignem, & in beneplacitum tuum me
totum tibi impendam. Ah misericordissime Jesu, fac ut con-
:tritio hac sancta, & charitas in me simul quotidie crescant, ac tan-
:dem adeo invalescant, vt præ doloris magnitudine, quod pijssimum
te Deum offenderim, & præ amoris vehementia, ardentissimoque
tui desiderio in morte cor meum crepet, & Spiritum in manus me
tuas; imò in amantissimum cor tuum exhalet. Hoc te amante:
Jesu rogo, hoc te per vulnera, per dolores, per omnes guttas pretio-
:si sanguinis tui pro me fusi, ac per mortem tuam te obsecro, & per
temetipsum Deus meus supplex te rogo, ut qui propter me factus es
homo, tegs ipsum in captiuitatem, in crucem, ac in mortem tradi-
:sti, pro quo millies, imo infinities te adoro, colo, laudo & benedico,
tibi gras ago, ut mihi tribuas, quatenus ex plenitudine, vehemen-
:tia perfectione sincerissimæ contritionis, & feruentissimæ chari-
:tatis tradam tibi in manus tuas cor meū, & Spiritum meum—.

O dulciſsime Domine Iesu, da mihi quoqꝫ & omnibus viuis & defunctis nunc eandem grām, virtutem & fructū passionis & mortis tuæ, quam operatus es omnibus in Cruce. Age nunc pijs: ſsime Deus, en ad te uenio, præparatu in me tibi ipsi locum, ſus= cipeqꝫ te ipsum intra me, quomodo ſuscipi dignus es, ut posthac mundo ac mihi ipsi totus mortuus, in te solo viuam, tibi soli in hæream, tecum vnum effici tua gratia merear. Amen.

Alia, ante Susceptionem Sacrosctæ Eucharistiæ, Oratio.

Iam tibi deberem occurre Deus meus, at præ confusione, præ uilitate, præ pudore sordium mearum non audeo appa rere. Tu uenis Rex potentissime ac nobilissime ad immun dam & infirmam creaturam tuam, quæ peccando se fecit om= nium nouissimam, quæ est uilissima & ueluti nihil ante te Deus meus! O Deus misericordiſsime & benigniſsime, cui nihil maius dicere valeo, quam Deus vniuersorum, Deus meus & omnia! Itaqꝫ Deus meus excita quæso animam meam, or na pannoram ac miseram, præpara tu ipse locum & habitationē intra me, quā te delectat recipi, vbi digneris inseparabiliter manere. Da mihi desideria, virtutes, ac dona quæ te delec tent, in quibus tibi occurrere, teqꝫ suscipere debeam Dñe Deꝰ meus. Ecce uenio ad te Deꝰ meꝰ; ecce uenio sed pauper & nudꝰ. Ecce uenio ad misericordissimū, ditissimum, amantissimumqꝫ patrem meum, Deum meum & Dñum meum. Itaqꝫ pater dulciſsime, amator fideliſsime, en ego miser: Dñs peccator ad te

venio

uenio, qui non sum dignus uocari filius tuus. Atq; idcirco
proijcio me totum in beneplacitum tuum, in iustitiam & mi-
:sericordiam tuam. Fac igr mecum Deus meus quomodo tibi
placet, & quomodo te decet ad gloriam tuam sempiternam. De-
meus prohibe, nè ex me tibi ueniat irreuerentia, sed honor
& gloria sempiterna. Recipe tu teipsum intra me Dñe.
Deus meus. O si merear & ego inter tuos diuinos ample-
:xus recipi. Sed heu quid ego sordidus, ã te õ Rex cælorum
desiderare præsumo! Tuæ est bonitatis misericordissime De-
gua dignaris uenire ad me. Ideo per eandem bonitatem tuam
obsecro te, fac ut dignè ad gloriam tuam, & meam salutem re-
:cipiam te, & tu recipias me. O Dulcis Iesu, trahe tu me intra
:te, quia nolo amplius esse extra te. Dulcis amator Iesu &
Dñe benignissime qui te uocas sponsum animæ meæ, tibi me
offero, tibi me totum dedo, fac ut ultra non sim meus, necin-
:tra me sit aliquid meum, aut mihi proprium; sed totus ego
tuus sim, ac omnia mea, tua sint; sine ullo respectu ut incli-
natione propria ad me ipsum: te solum sciens ac sentiens Dul-
cis Iesu posside me totum tu solus perfectissime ac semp.

Pro sacræ Eucharistiæ sumptione, alia oratio.

Tu homine vniuersor, qui nullius habes indigentiam,
voluisti per sacramentum tuum habitare in nobis, conserua
cor meum & corpus meum immaculatum, vt læta & pura
conscientia, sæpius tua valeam sacra celebrare myste-
ria, & meam dignè suscipere salutem, quæ ad tuum præ

cipuè honorem & memoriale perenne instituisti, & sumenda
ac tractanda sanxisti. Præsta ℔ne Deus salutaris no-
:ster, ut cum frequentatione tanti tuiq; mysterij, crescat
etiam meæ deuotionis affectus. En tuam precor clemen-
:tiam, & specialem ad hoc mihi rogo donari gram. Præue-
:ni me ō dulcissime, ardentissime ac fidilissime amator
Iesu Chrē Deus meus & ℔nus meus in benedictionibus
dulcedinis tuæ, & fac ut totus in te liquefiam, & amore
perfluam, atq; de nulla aliena consolatione me intromittam.

Ante sumptionem sacrosctæ Eucharistiæ, sancti Tho-
mæ Aquinatis Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, ecce accedo ad sacram-
:entum vnigeniti filij tui Domini nostri Iesu Christi. Accedo
tanquam infirmus ad medicum uitæ; immundus ad fontem
vitæ, cæcus ad lumen claritatis æternæ, pauper & egenus ad
Dominum cæli & terræ. Rogo ergo immensæ largitatis tuæ
abundantiam; quatenus meam curare digneris infirmitatē,
lauare fœditatem, illuminare cæcitatem, ditare pauper-
:tatem, vestire nuditatem; vt te panem Angelor̄, regem regū,
Dominum Dominantium tanta suscipiam reuerentia & humi-
:litate, tanta contritione & deuotione, tanta puritate & fi-
:de, tali proposito & intentione, sicut expedit saluti animæ
meæ. Da mihi quæso Dominici corporis & sanguinis non so-
:lum suscipere sacramentum, sed etiam rem & virtutem sacra-
:menti. O mitissime Deus da mihi corpus vnigeniti filij tui

Domini nostri Iesu Christi, quod traxit de Virgine Maria, sic suscipere: vt corpori suo mystico merear incorporari: & inter eius membra connumerari. O amantissime Pater, concede mihi dilectum filium tuum, quem nunc velatum in via suscipere propono, reualata tandem facie perpetuo contemplari. Qui tecum uiuit & regnat. ℣.

Oratio S: Gregorij ante missam dicenda.

Facturus miser & infelix peccator, coram te ōipotēs & metuende Deus memoriam salutaris hostiæ totiꝰ mundi: cum illius dignitatem immensam, & meam intueor abominandam foeditatem, conscientia torqueor peccatorum. Verūm quia tu Deus multum misericors es: Imploro te Deum meum, & per omnia vulnera tē rogo tua, vt digneris mihi dare Spiritum contritum & humiliatum, quod tibi gratum sacrificium reuelasti, vt eo purificatus, vitali hostiæ pias manus admoueam, quæ omnia peccata mea abol, eat, & ea deinceps in perpetuum mihi uitandi cautelam in, fundat, omnibusq; pro quibus tibi offertur, præsentis, & futuræ salutis commertia largiaris. per Dnum nrum. ℣.

Exercitium aliud sacrificantium figuris sacræ Scriptura quadrans, quod ante, aut etiam post sacrificium, & sub sacrificio missæ, vbi uacat tempus, est mente ruminandū.

Sacrificaturus ante oblationem, imitare mulierem Chananæam, humiliter perseueranterq; orantem. & dic,

Ad te venio Christe Iesu, saluator mundi, vt mulier

olim ad te ueniat Chananæa, filiæ, hoc est, animæ meæ, car-
:nis concupiscentijs, immundis ac varijs tentationibus vexa-
:tæ salutem petens. Adhoc enim ueneisti in mundum tu pijssime
Deus, vt saluos faceres peccatores, & oppressos ā Diabolo.
Idcirco miserere mei quæso Deus meus miser: & salua me.

Quomodo autem hæc mulier, donec exaudita est, orare non
desijt; sic tu me quoqs, ut ab oratione non quiescam, seguar te
quocunqs ieris, perseuerem humiliter, suppliciter, ac plenus
pia orans fiducia; quandoquidem orare & petere nos iubes,
ac nos cum patre exaudituros promisisti. Quando enim
tu, qui pijssimus es, pulsanti non aperires? aut quando perse-
:ueranter te inuocantem non saluares. Miserere igr quæso mei
Deus meus. miserere mei, mis: mei, & salua me.

Non sum pijssime Deus filior pane dignus, qui catellus sal-
:tem tuus vtinam digne uocari merear: tibi Dño meo inseparabi-
:liter adhærens, pro tui honore zelans ac latrans; vt de micis
gratiarum tuar indesinenter quoqs alar. Et quamuis inter
peccatores sim maximus, quantum tamen omnes diligunt
sancti, te Deum meum solus ego miser peccator te amare, ac in
vnione omnium sanctor tuor desiderior te diligere cupio, ac
seruire desidero. Miserere igr quæso mei Dñe meus, miserere mei:
& salua me.

Ante sacram oblationem imitare Centurionem se humi-
liter agnoscentem, & dic

Ad te Christe Jesu saluator mundi, cum Centurione quoq

nuntios præmitto, beatissimam ac electissimam tuam matrem
gloriosissiam Virginem mariam, Sponsas tuas Virgines Sanctas
N:N: ac beatam mariam magdalenam, quibus nihil negare po-
:tes, Sanctosqꝫ tuos omnes, vt pro me intercedant, & accedere
indignum sordidumqꝫ tuis uulneribus lauent, tuis vestibus,
id est gloriosæ passionis meritis tuæ, meritis vestiant. Iterú
ró miserere quæso mei Deus meus miserere mei, & Salua me.
Scio plané ex tua misericordia infinita Dñe mi Iesu Chrē,
Deus meus, id prouenire, ut uenias ad me, quamuis ad hoc in-
:dignissimus sum ut intres sub tectum meum. Sed nunquid te
repellere, aut ā te fugere debeo? quō enim fugiens fugiam?
magis enim ad tuam misericordiam clementissimam mihi con-
fugiendum est. Ad te igr Clementissime Iesu confugio. Mise-
:rere quæso mei Deus meus, miserere mei, & Salua me.
Scio quoniam si dixeris tantum Verbum, Salua erit anima
mea. Idcirco totum me resigno pijssimæ beneuolentiæ ac pro-
:uidentiæ tuæ, & totum me trado tuo Sanctissimo beneplacito.
Miserere igr quæso, mei Deus meus, miser: mei & Salua me.

Ante Sacram celebrationem, vel communionem imita-
:re Ruth & dic

Ad te Christe Iesu uenio Saluator mundi, tua cum
Ruth Segui uestigia cupiens. obsecro autem te per o-
mnes miserationes tuas, vt uulnera, dolorem, passionē
ac mortem tuam indelibiliter meo cordi imprimas: in his
memoria mea, omnes cogitationes, & omnes motus cordis

meis imprimas: in his memoria mea, omnes) continuè uer-
sentur & absorbeantur. Quicquid video, audio & sentio, in
vulnera tua intingam ac traham. Vulnera tua in dies me vul-
nerent, & tui amor in dies ignescens me inflammet. Tu ue-
ro miserere quæso mei Deus meus miser: mei: & salua me.

Fac tu me homine solicitum, feruoremq; mihi infunde san-
ctum, quo tuæ sanctissimæ vitæ, sanctorumq; tuorum virtutes
& exempla inuestigans, & cum Ruth spicas colligens, imitari
hæc studeam, vt in aduersitatum & tribulationum mearu
omnium tritura tam amanter, quam gaudenter me tibi plenè
sacrificem. Quod ut obtineam. Miserere tu quæso mei Deus meꝰ,
miserere mei & salua me.

Ante omnia autem charitatis excellentissimæ, perfectissi-
mæ perpetuæq; pallio operias me rogo; hanc tu Deus meus mi-
hi quæso nuptialem vestem largiaris, ne ullo unquam tempore
ea carcam, sed ea dignè indutus, quoad post mortem illico coe-
nam gaudij cælestis, te introducente, ingredi merear. Nunc igr
miserere mei, quæso, Deus meus, miser: mei & salua me.

Inter sacrificandum, aut ante communionem Sacram imi-
tare Zachæum, Chrm cum gaudio recipientē. & dic mentr.

Ecce me. Ecce Jesu coram te sto frigidus, miser & infelix
peccator. Tu igr beꝰ meꝰ & bnꝰ meꝰ incende in me quæso
esuriem & sitim iustitiæ, vt cum Zachæo indies te esuriat, si-
tiatq; cor meum. Te igr inuoco, veni quæso, vt misereris mei
Deus meus, & salues me. Recipiam te in hospitium cordis mei

Deus meus, pascam te alacriter amore & reuerentia. Sed vnde te pascam? ā te recipiam, & rursus pascar gratia tua, qua intimius tibi coniungi merear, nec unquam amplius ā te separari valeam. Tu igr quaeso miserere mei Dē me, Miser: & salua me. Tibi itaq; bñe Dē me, omnib⁹ fratrib⁹, consrib⁹, superiorib⁹, amicis, proximis, inimicis, familiarib⁹ & benefactorib⁹ meis in corde meo sit hospitium charitatis & pacis, cui omnis liuor & ira absit: ad omnes uerò sit in me patientia, misericordia, deuotio & tranquillitas; omnium offensionib⁹ ignoscam, omniaq; peccata in me Dē me, tui amore libens dimittam, & nunc ex corde oīb⁹ dimitto. Tuuero miser: quaeso, mei Deus meus, miserere mei, & salua me.

Sacrificaturus, aut communicaturus imitare Matthæum conuiuium Christo parantem. & dic.

Trahe me post te dulcissime Iesu, vt inter tristia & aduersa cum Matthæo seguar te in omnibus, nec tu patiaris me recedere ā te. Sed miser: q̄so, mei Dē me, miser: mei. & salua me.

Parem tibi in me conuiuium desiderior sanctor amore tui astuantium. Sed quid parabo mendicus & pauper? Tu igitur da mihi quaeso dulcissime Iesu, quod tibi parem, quod tibi offeram, & in quo bene placeat spiritu tuo. Tu quoq; miserere, quaeso mei Deus meus, miserere mei, & salua me.

Quomodo autem tu dixisti tunc, piissime ac misericordissime Deus; misericordiam te malle, quam sacrificium, fac ut cor meum totum per misericordiam tibi sacrificem

compatiens singulorum necessitatibus, & pro uiribus subue-
nire satagens omnium indigentijs. Fac tu quæso me miseri-
cordissimum in omnes, vt tuam quoq; ego misericordiam plenam
recipiam. Miserator pijssime Deus meus miserere mei, quæso,
miserere mei, & salua me.

Celebraturus aut communicaturus imitare Martham
solicitè diligenterq; homino ministrantem, & mariam
ad pedes dni verbum eius audientem, & dic.

Cum metu & reuerentia excellentissime & omnipotens
Deus, fac me tuo altari assistere; omnem negligentiam ca-
uere; & deuotè, attentè ac vigilanter tibi ministrare. Mise-
rere tu quæso mei Deus meus, miserere mei; & salua me.

Nulla me occupatio, nulla me concupiscentia, nulla denique so-
licitudo à te suauissime Jesu diuidat, aut auertat: Sed mens mea
cum Maria Magdalena tui amore inebriata, tibi soli vacet, in
te rapiatur, ac tibi inhæreat. Audi me quæso pijssime Jesu, &
miserere quæso mei Deus meus, miserere mei, & salua me.

Vnum te cognoscam necessarium est, cui soli purè intendam,
quem solum quæram, in quo pascatur & quiescat anima mea.
qua propter te ipsum mihi largire. Miserere quæso mei Deus
meus, miserere mei & salua me. Amen.

Oratio dicenda in adoratione Eucharistiæ.

Domine Jesu Chre Deus meus, creator meus, Redemp-
tor meus. Judex meus & Saluator meus; in quo sunt thesau-
ri Sapientiæ & Scientiæ absconditi. Bonitatem & disciplinam

=nam & scientiam doce me, quia mandatis tuis credidi, Cre
:do Domine. Sed tu Domine Deus adiuua credulitatem me. Ad
:iuua nos Deus salutaris noster, & propter gloriam nominis tui
libera nos, & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuū,
per intercessionem gloriosæ Virginis Mariæ matris tuæ & be
:ati N: & sanctor tuor omnium. Domine Deus noster.

In sumptione Eucharistiæ.

Suscipe me Domine secundum eloquium tuum & viuam,
& nē confundas me ab expectatione mea, in manus tuas Dnē
commendo spiritum meum, redemisti me Dnē Deus veritatis.

In assumptione corporis Dñi.

Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum: Sed
tu Domine qui dixisti. Qui manducat meam carnem, &
bibit meum sanguinem in me manet, & ego in eo. Propitius es
:to mihi maximo peccatori per assumptionem corporis, & san
:guinis tui: & præsta, vt non ad iudicium damationis illud
sumam, Sed misericordia tua tribuente, in salutem, & remis
:sionem peccatorum meorum. Qui uiuis & regnas cum
Deo patre in vnitate spiritus sancti Deus.

Quando recepisti.

Vera perceptio corporis, & sanguinis tui Deus omnipo
:tens, non mihi veniat ad iudicium, negs ad condemnationem:
Sed sit omnium peccatorum meorum optata remissio: animæ
& corporis mei pia gubernatio, & potens ad vitam præsentē
& æternam introductio. per Christum Dnum s̄.

Exercitium aliud celebrantium & communican-
:tium, ex beati Anselmi, & deuoti Thomæ à Kempis
meditationibus & orationibus desumptum.

In primis familiaris interrogatio communicaturi ad dnūm
Iesum de exercitijs ante cōmunio: & celebrationē agendis.

Bum tuam dignitatem dnē Iesu, & meam vilitatem penso, val-
:de contremisco, & in me ipso confundor. Si enim non accedo, vitam
fugio: & si indigne me ingessero, offensam incurro. Quid ergo faci-
:am Deus meus, auxiliator meus, & consiliator in necessitatibus?
Tu doce me viam rectam, propone mihi breue aliquod exercitium
sacræ communione congruum. Vtile est enim mihi scire qualr
deuotè & reuerenter tibi præpare debeam cor meum ad accipiendū
salubriter tuum dig: dnūm sacrament.m, tanquam magnum & diuinum sa-
crificium celebrandum.

Christi Responsio.

Communicaturus quisq; dum grauiora peccata per uerā
contritionem, & oris confessionem diluerit: Seu etiam si de
mortalibus sibi conscius nequaquam fuerit, consentaneum
atq; perutile videtur; vt humiliter, & alta cordis contritione
hanc compendiosam de venialibus confessionem faciat. Sic
dicendo

Confiteor tibi ō beata Trinitas, vnus Deus: confiteor
& suppliciter ingemisco me tam grauiter peccare, atq; pecca-
:se contra æquissimam legem tuam. Non enim te summe bonū

ac summè diligibilem toto corde (prō dolor) diligo: nec proxim-
:um ac meipsum, sed sum supra modum carnalis, mundanus,
ā. passionibus immortificatus, concupiscentiar motib⁹ plenus,
in sensibus meis exterioribus incustoditus & vagus. Innume-
:rabilibus vanis phantasijs implicatus. Ad exteria promptus,
ad interiora remissus. Leuis ad risum, & dissolutionem: dur⁹
ad fletum, & compunctionem. Promptus ad laxiora commoda
carnis. Segnis ad vigorem, & feruorem. Curiosus ad noua
audienda, & pulchra intuenda. Remissus ad humilia, & abi-
:ecta amplectenda. Parcus ad dandum, tenax ad retinendū.
Inconsideratus ad loquendum, incontinens ad tacendum, incom-
positus in motibus, importunus in actibus, effusus super-
cibum, & surdus ad Dei verbum. Promptus ad quietem:
sed tardus ad laborem. Vigil nimis ad fabulas: sed somno-
:lentus ad vigilias sacras. Ad finem festinus, sed supra modū
ad attendendum vagus. Diligens in voluntarijs, negligens
quoq; in horis persoluendis. Tepidus in celebrando, & ari-
:dus in communicando. Cito distract⁹, & raro benè collect⁹.
Subito commotus ad iram, & facilis ad alterius displicentiā.
Ad iudicandum pronus; & ad arguendū rigidus. Lætus sup-
:ra modum in prosperis: debilis quoq;, & abiectus in aduersis.
Sæpe multa proponens: & nihil seu modum ad effectum perdu-
:cens. De quibus omnibus peccatis, ac alijs innumerabilibus ne-
:gligentijs meis me reum confiteor: ac emendationem tua adiu-
:uante gratia propono.

Christi alia responsio

Sicut ego meipsum expansis in cruce manibus, & nudo corpore pro peccatis tui Deo Patri meo sponte obtuli, ita ut nihil in me remaneret, quin totum in sacrificium diuinæ placationis transieret: sic debes & tu temetipsum mihi uoluntariè in oblationem puram, & sanctam quotidie in missa cum omnib⁹ uiribus & affectibus tuis, quanto intimius uales, offerre. Quid magis à te requiro, quam ut studeas te mihi ex integro resignare. Quicquid præter ipsum das nihil curo, quia non curo datum tuum, sed te. Sicut nihil sufficeret tibi omnibus habitis, præter me: ita nec mihi placere poterit, quicquid dederis te non oblato. Offer te mihi, & da te totum pro Deo: & erit accepta oblatio. Ecce ego me totum obtuli Patri pro te: dedi etiam totum corpus meum, & sanguinem in cibum tuum, & potum: vt totus tuus esse: ac ut & tu totus meus permaneres. Si autem in te ipso steteris, nec te sponte ad voluntatem meam obtuleris, non est plena oblatio: nec integra erit inter te, & me vera vnio. Ideo omnia opera tua præcedere debet spontanea tui ipsi⁹ in manus Dei oblatio, si libertatem consequi uis & gratiam. Quam obrem tam pauci illuminati, & liberi intus efficiuntur; quia se ipsos ex toto abnegare nesciunt. Et est tamen firma sententia mea: nisi quis renunciauerit omnibus: non potest me⁹ esse discipulus. Tu quo sis optas me⁹ esse discipul⁹, offer te ipsum mihi cum omnibus affectibus tuis.

Quod nos, & omnia nostra Deo debemus offerre: & omnibus orare.

Domine, omnia tua sunt, quæ in cælo sunt, & in ter-
ra. Desidero me ipsum tibi in spontaneam oblationem of-
ferre, & tuus perpetuo permanere. Domine in simplici-
tate cordis mei offero me ipsum tibi hodie in seruum sem-
piternum; in obsequium & sacrificium laudis perpetuæ. Su-
scipe me cum sancta hac oblatione tui pretiosissimi corpo-
ris, quam tibi hodie in præsentia Sctor Angelor tuor inui-
sibiliter mihi assistentium intendo offerre; vt sit pro me,
& pro cuncto populo tuo in salutem. Domine offero tibi
omnia peccata mea, ac delicta mea, quæ commisi coram te,
& sanctis Angelis, à die quo primum peccare potui vsqs in
diem hanc, super placabili altari tuo, vt omnia pariter incendas,
& comburas igne charitatis tuæ, & deleas vniuersas ma-
culas peccator meor: & conscientiã meam ab omni delicto
emundes; & restituas mihi gratiam tuam quam peccando
amisi: omnia mihi plenè indulgendo: & in osculum pacis
me misericorditer assumendo. Quid possum (dulcis)me
Jesu, quid possum agere pro peccatis meis: nisi humiliter
ea confitendo, & lamentando, ac tuam propitiationem in-
cessanter deprecando? Deprecor te, exaudi me propitius:
ubi humiliter asto coram te Deus meus. Omnia (dulcis)me pec-
cata mea mihi maximè displicent: nec ea de cætero perpetra-
re volo, sed pro eis doleo, & dolebo quamdiu vixero, paratus

pœnitentiam agere, & posse tenus satisfacere. Dimitte mihi
Deus, dimitte mihi peccata mea: & propter nomen sanctum
tuum salua animam meam, quam pretiosissimo sanguine tuo rede-
:misti. Ecce committo me misericordiæ tuæ, resigno me in manibus
tuis. Age mecum secundum bonitatem tuam, & non secundum
meam malitiam & iniquitatem. Offero etiam tibi omnia bona me-
:a, quamuis valde pauca & imperfecta, ut tu ea emendes, & san-
:ctifices, vt ea grata habeas, & accepta tibi facias, & semper ad
meliora trahas: nec non ad beatum finem me pigrum & inutile
homuncionem perducas. Offero quoq; tibi omnia desideria deuo-
:torum, necessitates parentum, amicor, fratrum, soror, omniūq;
charor meor: & eorum qui mihi vel alijs propter amorem tu
:um benefecerunt, & qui orationes, & missas pro se suisq; oib⁹
à me dici desideraverunt, & petierunt, siue in carne adhuc vi-
:uant, siue iam sæculo defuncti sunt: vt omnes sibi auxilium
gratiæ tuæ, opem consolationis, protectionem à periculis, li-
:berationem à poenis aduenire sentiant: & ut ab omnib⁹ malis
erepti, gratias tibi magnificas læti persoluant. offero etiam
tibi preces & hostias placationis, pro illis specialiter qui me in
aliquo læserunt, contristauerunt, aut vituperauerunt, vel ali-
:quod damnum, vel grauamen intulerunt: pro his etiam oib⁹
quos aliquando contristaui, conturbaui, grauaui & scandali-
:zaui, verbis, factis scienter, & ignoranter: vt nobis oibus
pariter indulgeas peccata nostra, & mutuas offensiones. Au-
:fer Domine à cordibus nostris omnem suspitionem, indignatio-

nem, iram, disceptationem, & quicquid potest charita-
tem lædere, & fraternam dilectionem minuere: Miserere mi-
serere domine, misericordiam tuam porcentibus, da gratiam
indigentibus, & fac nos tales existere, vt simus digni gra-
tia tua perfrui, & ad vitam perueniamus æternam.

Quomodo sacra Communio de facili non est relinquē-
da. quod ipsū de missæ celebratione intelligas, velim.

Frequenter recurrendum est ad fontem gratiæ, & diuinæ
misericordiæ, ad fontem bonitatis, & totius puritatis: quatenus
à passionibus tuis, & vitijs curari ualeas, & contra vniuersas
tentationes, & fallatias diaboli fortior atqs vigilantior effici
merearis. Inimicus enim sciens fructum, & remedium ma-
ximum in sacra communione (& missæ celebratione) positum,
omnibus vijs, & occasionib, nititur fideles, & deuotos quantum
prævalet retrahere, & impedire! Cum enim nonnulli sacræ
Communioni se aptare disponunt: peiores sathanæ immis-
siones patiuntur. Ipse enim neguam Spiritus (vt in Job scri-
bitur) uenit inter filios Dei. ut solita sua nequitia eos per-
turbet, aut timidos nimium reddat & perplexos, quatenus
affectum eorū minuat, vel fidem impugnando auferat, si
fortè aut omnino communionem relinquant, aut non tempore
congruo accedant. Sed de huiusmodi uerrutijs, & fantasijs
illius prorsus curandum non est, quantumcunqs turpibus
vel horridis: Sed cuncta talia fantasmata eius, in caput
ipsius sunt retorquenda. contemnendus quoqs est ipse miser,

& deridendus, nec propter insultus eius, & commotio-
:nes quas suscitat, sacra omittenda est communio. Sæpe
etiam impedit nimia solicitudo pro deuotione habenda & an-
:xietas quædam de confessione facienda. Age igr secundū
consilium sapientum, & depone anxietatem & scrupulo-
:sitatem, quia gram Dei impedit, & deuotionem mentis destruit.
Igr propter aliquam paruam tribulationem, sacram ne dimittas
communionem, sed potius vade confiteri, & omnes offensiones
alijs libenter & ex corde indulge. Si uero aliquem offendisti, ve-
:niam ab eo humiliter precare, & Deus tibi libenter indulgebit.
Quid quæso prodest diu tardare confessionem, sacramq; differ-
:re communionem? Expurga te diligenter, expue venenum
uelociter. Festina recipere remedium: & meliorem, quam si diu
distuleris, reperies excitum. Si hodie propter istud dimittis: cr-
:as forsitan illud uel aliud maius ueniet: & sic diutius posses ā
communione impediri, & magis ac magis ineptus fieri. Quamq;
citius prævalebis, ā præsenti grauitate & inertia te excu-
:tias: quia nihil reportat diu anxiari, diu cum tribulatione
transire, & ob quotidiana obstacula se ā diuinis sequestrare:
imo plurimum nocet diu communionem protrahere; nam id gra-
:uem torporem consueuit inducere. Sed prō dolor quidam te-
pidi, & dissoluti moras confitendi libenter accipiunt, & communi-
:onem sacram idcirco differre cupiunt, nē ad maiorem sui cu-
:stodiam se dare teneantur. Heu quam modicam charitatē
& debilem deuotionem hj habent, qui sacram communionem

tam faciliter postponunt. Quam foelix ille, & beo acceptq; ha-
:betur, qui sic viuit, & tali puritate conscientiam suam custo-
:dit, vt etiam quotidie communicare paratus, et bene affe-
:ctus esset, si liceret sine nota agere. Si quis uero humilita-
:tis gra, aut legitima impediente causa interdum se abstine-
laudandus est de reuerentia. Si autem torpor obrepserit:
se ipsum excitare debet, & facere quod in se est, & bnq
aderit desiderio eius pro bona voluntate quam Deus speci-
:aliter considerat. Cum uero legitimè præpeditus est, habe-
:bit semper voluntatem, & piam intentionem comunicandi,
& sic non carebit fructu Sacramenti. Potest enim quili-
:bet deuotus omni die, & omni hora ad Spiritualem Christi
communionem salubriter, & sine prohibitione accedere: &
tamen certis diebus, & statuto tempore corpus sui sedem
:ptoris cum affectuosa reuerentia etiam Sacramentaliter
debet suscipere, & magis laudem Dei, & honorem prætende-
:re, quam propriam consolationem quærere. Nam toties
mistice comunicat, & inuisibiliter reficitur; quoties In-
:carnationis Christi mysterium, passionemqs deuote reco-
:lit, & in eius amore accenditur. Qui aliter enim nō
se præparāt (nisi quomodo nonnulli indeuoti) instante di-
guo solemni festo, vel consuetudine compellente, sæpiq
imparati erunt. Beatus qui se Dño in holocaustū
quoties celebrat aut communicat. Non sis in cele-
:brando nimis prolixus, nec tamen etiam nimis festi-
nus

=nus: Sed serua bonum, & communem modum eor̃ cum quibus vi-
:uis, nam molestiam alijs & tædium generare non debes: Sed com
:muniorem seruare uiam secundum senior̃ institutionem, & potiꝰ
alior̃ seruire vtilitati, quam propriæ deuotioni seu affectui.

Quod corporis Christi Communio, & Sacra Scriptura maximè sint animæ fideli necessaria.

O dulcissime bñe Iesu Christe quanta est dulcedo deuotæ an-
:imæ meæ tecum epulantis in conuiuio tuo: vbi ei non alius cibus
manducandus proponitur, nisi tu vnicus dilectꝰ eius, super
omnia desideria cordis eius desiderabilis: Et mihi quidem, dulce
foret in præsentia tua ex intimo affectu cordis mei lacrymas
fundere, & cum pia magdalena pedes tuos lacrymis rigare. Sed
ubi est hæc deuotio? vbi tam lacrymar̃ sanctar̃ copiosa effusio?
certe in conspectu tuo. & sanctor̃ Angelor̃ tuor̃ totum cor meũ
ardere deberet, & præ gaudio flere. Habeo enim te in sacram-
:ento uerè præsentem, quamuis aliena specie occultatum. Nam
in propria & diuina claritate te conspicere, oculi mei ferre n̄
possent: Sed nec totus mundus in fulgore gloriæ maiestatis tuæ
subsistere. In hoc ergo imbecillitati meæ consulis, quod te sub sa-
:cramento abscondis. Habeo verè & adoro quem Angeli adorant
in cælo: Sed adhuc interim in fide, illi autem in specie, & sine
velamine. Me oportet cont̃entũ esse in lumine ueræ fidei: &
in ea ambulare donec aspiret dies æternæ claritatis: & vm-
:bræ figurar̃ inclinentur: Cum autẽ venerit quod perfectum
est, vtus sacramentor̃: quia beati in gloria cælesti non egent

111
106

medicamine Sacramentali. Gaudent enim sine fine in præs-
:entia Dei facie ad faciem, gloriam eius Speculantes, & de cla-
:ritate in claritatem abyssalis deitatis transformati gustant Ver-
:bum Dei carnem factum, sicut fuit ab initio & manet in æter-
:num. Memor hor mirabilium in graue mihi tedium vertitur
etiam quodlibet Spirituale Solatium, quia quamdiu Dñm meū
aperte in Sua gloria non video, pro nihilo duco omne quod in mun-
:do conspicio & audio. Testis es tu mihi Deus quod nulla potest
me res consolari: nulla creatura quietare nisi tu Deus meus,
quem desidero æternaliter contemplari. Sed non est hoc possi-
:bile durante me in mortalitate: ideo oportet ut me ponam ad
magnam patientiam, & meipsum tibi in omni desiderio Submit-
:tam. Nam & Sancti tui Dñe qui tecum iam regno cælor exul-
:tant, in fide & magna patientia dum viuerent aduentum gloria
tuæ expectabant. Quod illi crediderunt ego credo, quod illi
Sperauerunt, ego Spero: quo illi peruenerunt, me venturū Spero:
ambulabo interim in fide exemplis confortatus Sanctor. Habeo
etiam libros Sanctor pro Solatio & vitæ Speculo: atq; super hæc
omnia Sanctissimū corpus tuum pro singulari remedio & refu-
:gio. Duo mihi namq; necessaria Sunt in hac vita: sine quibus
mihi importabilis foret ista miserabilis vita. In carcere corpo-
:ris huius detentus, duobus me egere fateor, cibo scilicet & lumine.
dedisti mihi itaq; infirmo sacrum corpus tuum ad refectionē
mentis & corporis: & posuisti lucernam pedibus meis verbū
tuum: sine his duob9 bene viuere non possum: nam verbū Dei

lux est animæ meæ, & sacramentum tuum, panis vitæ. Hæc possunt etiam dici mensæ duæ, hinc & inde. in gazophilacio sanctæ Eccliæ positæ. Vna mensa est, sacri altaris habens panem sanctum: id est, corpus Christi pretiosum. Altera est diuinæ legis continens doctrinā sanctam, erudiens fidem rectam, & firmiter usq; ad interiora velaminis vbi sunt sancta sanctor perducens. Grās tibi Dne Jesu lux lucis æternæ, pro doctrinæ sacræ mensa quam nobis p seruos tuos prophetas & Aplos, alios sctos doctores ministrasti. Grās tibi creator & redemptor hominum qui ad declarandā toti mundo charitatem tuam, coenam parasti magnam: in qua non agnū typicum, sed tuum sanctissimū corpus, & tuū sanguinem proposuisti manducandum: lætificans omnes fideles conuiuio sacro, & calice inebrians salutari, in quo sunt omnes delicię paradisi, & epulantur nobiscum Angeli sancti, quamuis suauitate feliciori. O quam honorabile & magnū est officiū sacerdotum, quib⁹ datum est Dominum maiestatis verbis sacratissimis consecrare, labijs benedicere, manib⁹ tenere, ore proprio sumere, & cæteris quoq; ministrare. O quam manus mundæ debent esse illæ, quam purum os, quam sanctum corpus, quā immaculatum cor sacerdotis, ad quem toties ingreditur auctor puritatis. Ex ore sacerdotis nihil nisi sanctum; nihil nisi honestum, & vtile prodire uerbum; qui tam sæpe Christi accipit sacramentū. Oculi eius simplices & pudici,

gui Christi corpus solent intueri. Manus puræ & in cælum
eleuatæ, quæ creatorem cæli & terræ solent contrectare.
Sacerdotibus specialiter in lege dicitur, Sancti estote, quoniam
ego Sanctus sum Dñs Deus uester. Adiuuet nos gra tua Om,,
:nipotens Deus, ut qui officium sacerdotale suscepimus: digné
ac deuote tibi in omni puritate, & conscientia bona famulari
valeamus: & si non possumus in tanta innocentia vitæ con,,
:uersari ut debemus: concede nobis tamen digne flere pecca,,
:ta quæ commisimus: vt in Spiritu humilitatis, ac bonæ volun,,
:tatis proposito tibi de cætero feruentius famulari valeam9.

Quomodo magna diligentia se debeat communi, caturus Christo præparare.

EGo sum (inquit Dñs Iesus) puritatis amator: &
omnis Sanctitatis liberalis donator. Ego cor purum quæ,,
:ro, & ibi est locus requietionis meæ. Para mihi cœnacu,,
:lum grande stratum. Vt faciam apud te Pascha cum disci,,
:pulis meis. Si cupis vt ad te veniam, & apud te manea:
expurga vetus fermentum, & munda cordis tui habita,,
:culum. Exclude totum sæculum, & omnem vitiorum tum,,
:ultum, sede quietus tanquam passer solitarius in tecto, &
cogita excessus & defectus tuos in amaritudine animæ
tuæ. Omnis namq; amans dilecto suo amatori optimum
& pulcherrimū præparat locum, quia in hoc cognoscitur
affectus dilectum suscipientis. Scito tamen te non posse
satisfacere huic præparationi ex merito tuæ actionis

etiamsi per integrum annum te præparares, & nihil aliud
in mente haberes. Sed ex sola pietate & gratia mea permitte
:ris ad mensam meam accedere: ac si mendicus ad prandiū
vocaretur diuitis: & ille nihil aliud habeat ad retribuendum
beneficijs eius, nisi se humiliando & gratias agendo. Fac qđ
in te est, & hoc diligenter & studiosè, non ex consuetu,
:dine, non ex necessitate: sed cum timore, reuerentia &
humilitate, ac affectu deuoto sume corpus dignissimū
dilecti fr̄i dei tui, ad te pauperculum venire dignantis.
Ego sum qui uocaui, ego fieri iussi, ego quod tibi deest, de gra
supplebo. Veni & suscipe me. Cum enim gr̄am deuotionis tibi
tribuam, mihi gr̄as age deo tuo: non quasi dignus sis: sed
quia tui misertus sum. Quod si interdum deuotionem non
habes, sed magis aridum te sentis: insiste orationi, in,
:gemisce & confidenter pulsa, nec desistas donec mere,
:aris saltem micam seu stillam gr̄æ salutis accipere. Tu mei
indiges, non ego tui indigeo: non tu me sanctificare venis,
sed ego te sanctificare & emundare venio. Tu venis ut ex
me sanctificeris, & mihi vniaris, vt nouam gr̄am recipi,
:as, & de nouo ad emendationē accendaris. Noli hanc ne,
:glire gr̄am, cum oīi diligentia cor tuum præpara: & sic
introduc ad te dilectū tuum. Oportet autem ut solum te
præpares ad deuotionem ante communionem, sed ut etiā
te solicitè in ea conserues post sacramenti sumptionem: nam
non minor custodia, post excigitur, quam deuota præparatio

ante. Bona etenim postmodum custodia: optima est præ-
paratio ad maiorem gratiam consequendam. Ex eò quip-
pe ualde indispositus quis redditur: si statim ad exteri-
ora solatia effusus fuerit. Caue à multiloquio; mane in
secreto, & fruere Deo tuo. Ipsum enim si volueris ha-
bebis, quem nec totus mund, tibi auferre potest. Ego sum
cui te totum dare debes, ita ut iam vltra non in te, sed in
me absq; omni solicitudine viuas.

Contemplatio, quam vtile sit frequenter Communicare

Ecce venio ad te bñe Iesu, vt bene mihi sit ex mune-
re tuo, & lætificer in sancto conuiuio tuo quod parasti in dul-
cedine tua pauperculo & humili. Ecce in te est totum quod
desiderare possum & debeo. Tu salus mea, redemptio, spes
pes & fortitudo, decus & gloria. Lætifica igr hodie aiam
serui tui, quoniam ad te bñe Iesu animam meam leuaui.
Desidero nunc deuote ac reuerenter te suscipere. Cupio
te in domum meā introducere, quatenꝰ te cum Zachæo me
rear bñdici, ac inter filios Abrahæ computari. Anima me-
a corpus tuum concupiscit. cor meum tibi vniri desiderat.
Trade te mihi, & sufficit: nam præter te nulla consolatio
valet. Sine te esse nequeo. Et sine visitatione tua viuere
non valeo. Ideoq; me oportet frequenter ad te accedere, &
in remedium salutis meæ recipere, nè forte deficiam in via,
si cælesti fuero priuatus alimonia. Sic enim misericordissi-
me Iesu prædicans populis, & varios curans languores ali-

quando dixisti. Nolo eos ieiunos dimittere in domum suam,
ne deficiant in via. Dige igr eo modo nunc mecum, qui te
pro fidelium consolatione & spirituali refectione in sacramen-
:to reliquisti. Tu es enim suauis refectio animæ, & qui te digne
manducauerit: particeps erit gloriæ tuæ. Necessarium mihi
quidem est (qui tam sæpe labor & pecco, tam cito torpesco & defi-
:cio) ut per freguentes orationes, confessiones, & sacram tui cor-
:poris perceptionem me renouem, mundem & accendam: ne forte
diutius abstinendo, à sancto proposito deficiam. Proni enī
sunt sensus hominis ad malum ab adolescentia sua, & nisi
succurrat diuina medicina, labitur homo mox ad peiora. Retrahit
enim sancta cōmunio à malo, & confortat in bono. Si enim mo-
:do tam negligens sum, & tepidus quando communico & accedo:
quid fieret si medellam non assumerem, & tam excellens
iuuamen non quærerem? Et licet omni die non sum aptus, nec
ad communicandum bene dispositus: dabo tamen operam con-
:gruis temporib, diuina percipere mysteria, ac tanta gratiæ
participem me exchibere. Nam hæc est principalis con-
:solatio fidelis animæ quamdiu in hoc corpore à te pere-
:grinatur: vt sit sæpius memor Dei sui, dilectumq, suum deu-
:ta suscipiat mente: qui enim adhæret Deo, vnus efficit
spiritus cum eo. O mira super nos tuæ pietatis dignatio! quod
tu Dñe Deus, creator & viuificator omnium spirituum, ad
pauperculam tuam dignaris venire creaturam, & cum tota
Deitate tua, & humanitate, eius impinguare esuriem.
Et beata anima quæ Dominum Deum suum meret dcuote

suscipere, & in tua receptione, spirituali gaudio repleri. Ō quam magnum suscipit Dominum, quam dilectum suscipit hospitem, quam iocundum recipit socium, quam fidelem acceptat amicum; quam speciosum ac nobilem amplectitur sponsum præ omnibus dilectis, & super omnia desiderabilia amandum? Deficiant ā facie tua dulcissime dilecte mi cælum & terra, & omnis eorum, quoniam quicquid laudis habent ac decoris ex dignatione tua extitit largitatis, nec ad decorem tui perueniet cuius sapientiæ non est numerus.

Alia deuota contemplatio, seu oratio ante sacrā communionem.

Domine Deus meus præueni obsecro me pauperculū seruum tuum in benedictionibus dulcedinis tuæ, vt ad tuum magnificum & uiuificum sacramentum dignè ac deuotè merear accedere. Excita cor meum in te, & graui torpore excute me. Visita me in salutari tuo ad gustandum in spiritu tuam suauitatem, quæ in hoc sacramento tanquam in fonte plenarie latet. Illumina quæso oculos meos ad intuendum tantum mysterium, & ad illud indubita fide credendum me corrobora. Est enim operatio tua, non humana sapientia, tua sacra institutio, non hominis adinuentio. Non enim ad hæc capienda & intelligenda aliquis idoneus per se reperitur: quippe quæ Angelicam etiam subtilitatē transcendunt. Quid igr ego pecca tor indignus, terra & cinis, de tam alto, sacro & inscrutabili secreto inuestigare potero? Igr̄ ſne in simplicitate cordis in & firma fide, & in tua iussione & obedientia, ad te cū bona

+ bona

spe, & qua possum reuerentia accedo, & firmiter credo, quia tu præsens es in Sacramento Deus & homo.

Tu uenis hùc ut te suscipiam, & me ipsum tibi in charita-
:te vniam. Tuam propterea deprecor clementiam, & ad hoc im-
:ploro ã te mihi donari specialem grãm: vt totus in te liquefiam,
& intimo amore perfluam, atq; de nulla vnquam alia consolatio-
:ne amplius me intromittam. Est enim hoc altissimũ ac dig-
:mum Sacramentum, salus animæ & corporis, & dulcis medicina
omnis spiritualis languoris, quã vitia mea curantur, passiones
frænantur, tentationes minuuntur ac vincuntur, & grã maior
infunditur, & ipsa quoq; virtus incepta peraugetur, firmatq;
fides, spes roboratur, & charitas ignescit ac dilatatur. multa
namq; bona largitus es, & adhuc in dies largiris in hoc dig-
:mo Sacramento dilectis tuis deuotè communicantib9, Deus meus,
Redemptor meus, saluator animæ meæ, reparator infirmitatis
humanæ, & totius dator consolationis internæ. Nam multã
eis consolationem aduersus varias tribulationes infundis & de
imo deiectionis propriæ, ad spem tuæ protectionis erigis:
atq; noua quadam grã eos intus recreas & illustras: & qui
anxij primum, & sine affectione ante communionem se
senserant, postea refecti cibo potuq; cœlesti, in melius se
mutatos inueniant. Quod idcirco cum electis ita dispen-
:santer agis, vt veraciter agnoscant, & patenter experiantq;
quod nihil ex se ipsis habeant, & quicquid bonitatis ac gratiæ
habent, ex te consequuntur: quia ex semetipsi frigidi, duri,
torpentes ac indeuoti: ex te autem feruentes, alacres &

deuoti esse merentur. Quis enim ad fontem suauitatis humili
:ter accedens non saltem modicum suauitatis inde reportat? Aut
quis iuxta ignem copiosum stans non inde vel parum caloris
recipit? Et tu Domine Iesu fons es semper plenus & superab
:vndans, ignis ardens & nunquā deficiens. Vnde si mihi non
licet haurire de plenitudine fontis, nec vsq; ad satietatem po
:tare: apponam tamen os meum ad foramen cælestis fistulæ,
vt saltem inde modicum sumam ad sitim meam refocillandā,
ut non penitus exarescam. Et si necdum totus cælestis, &
tam ignitus ut Seraphim esse possim: conabor tamen deuoti
:oni insistere, & cor meum præpare, vt modicam diuini
incendij flammam ex humili sumptione viuifici sacramen
:ti mihi conquiram. Quicquid autem mihi deest bone Je
:su, saluator sanctissime, tu pro me supple benigne ac
gratiose, qui omnes ad te dignatus es vocare dicens. Venite
ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.
Ego quidem laboro in sudore vultus mei: dolore cordis torqueor,
peccatis oneror, tentationibus inquietor, multis malis passio
:nibus premor, & non est qui adiuuet, non est qui liberet, & sa
:luum faciat nisi tu Domine Deus, saluator meus, cui me &
omnia mea committo, ut me custodias, & perducas in vi
:tam æternam. Suscipe me in laudem, & gloriam nominis tui,
qui corpus tuum, & cibum, & sanguinem tuum in potum
mihi parasti. Præsta Deus salutaris meus, vt cum freguen
:tatione tanti mysterij, crescat & meæ deuotionis affectu.

Quod toto corde, anima deuota, communionem in Sacramento affectare debeas. c.

Quis mihi det Domine vt inueniam te solum Deum meū, & aperiam tibi Deo meo totum cor meum, & fruar te Deo meo sicut desiderat anima mea: & iam nemo decipiat, nec vlla creatura me moueat aut respiciat; Sed tu solus mihi loquaris, & ego tibi: Sicut solet dilectus ac dilectum loqui, & amicus cum amico conuiuari. Hoc oro, hoc desidero, vt tibi totus vniar, & cor meum ab omnibus rebus creatis abstraham: magisq; ac magis per Sacram communionē, ac frequentē celebrationē cœlestia, & æterna sapere discam. Ah Deus meus, quando erit tecum totus vnitus, & absorptus, meiq; totaliter oblitus? vt tu in me sis Dne, & ego in te, & sic nos pariter in vnum manere concede. Vere tu es dilectus meus, electus ex millibus: in quo complacuit anima mea habitare omnibus diebus vitæ meæ. Vere tu pacifi-
cus meus, in quo pax summa, & requies vera, extra quem labor & dolor, & infinita miseria. Vere tu es Deus absconditus: & consilium tuum non est cum impijs, sed cum humilibus & simplicibus sermo tuus. O quam suauis est Dne Spūs tuus, qui ut dulcedinem tuam in filios demonstrares, pane suauissimo de cælo descendente, illos reficere dignaris. Vere non est alio tam grandis quæ habeat Deos appropinquantes sibi: sicut tu Deus noster ades vniuersis fidelibus tuis, quib; ob quotidianum solatium, & cor erigendum in cælum, te tribuis ad edendum, & fruendum. Quæ est enim alia gens tam inclita sicut plebs cristiana, aut Creatura sub cælo tam di-

lecta vt anima deuota ad quam ingreditur Deus, vt pascat
eam carne suâ gloriosâ? O ineffabilis gratia, o admirabilis
dignatio, o amor immensus humanæ creaturæ singulariter
impensus! Sed quid retribuam Dñó pro gra ista, pro charitate
tam eximia? Non est aliud quod gratius donare queam, quam
ut cor meum Deo meo totaliter tribuam, & intime coniungam.
Tunc exultabunt omnia interiora mea, cum perfectâ vnita
fuerit Deo anima mea. Tunc dicet mihi, si tu vis fili mi
mecū esse, ita tecū esse volo. Et respondebo illi. Dignare Dne
manere mecū: nam ego uolo libenter esse tecum. Hoc est to-
tum desiderium meum, vt cor meū sit tibi totaliter vnitum.

De quorundam deuotorum ardenti desiderio ad corpvs Christi recipiendum.

O quam magna multitudo dulcedinis tuæ Dñe, quam ab-
scondisti timentibus te. Quando recordor deuotor tuor
aliquor ad Sacramentum tuum Dñe cum maxima deuotione,
& affectu accedentium: in me ipso confundor, & erubesco,
quod ad altare tuū, & Sacræ communionis mensam tam te-
pidè, & frigidè accedo, quod ita aridus, & sine affectione cor-
dis maneo: & quod non sum totaliter accensus coram te Deo
meo, nec ita vehementer attractus, & affectus sicut multi
deuoti fuerunt, qui præ nimio desiderio communionis, & sen-
sibili cordis amore, à fletu se non poterant continere: sed ore
cordis, & corporis pariter ad te Deum fontem viuum medul-
litus inhiabant: suam esuriem non valentes aliter temperare,
nec satiare, nisi corpus tuū cum omni iucunditate & spiri-

tuali auiditate accepissent. O vera ardens fides cor, proba-
bile existens argumentum sacræ præsentiæ tuæ. Isti enim ver-
aciter cognoscunt Dominū suum in fractione panis, quorum cor
tam valide ardet in eis de Iesu ambulante cum eis. Longè est à me
sæpè talis affectus, & deuotio: tam vehemens amor & ardor.
Esto mihi propitius Iesu bone dulcis & benigne: & concede
pauperi mendico tuo (vel interdū) modicū de cordiali affectu
amoris tui in sacra Communione sentire: vt fides mea magis
conualescat, spes in bonitate tua proficiat, & charitas semel
perfectè accensa, & cælesti manna confortata nunquam defi-
ciat. Potens est autem misericordia tua etiam gram desidera-
tam mihi præstare: & in spiritu ardoris (cum dies beneplaciti
tui aduenerint) me clementer visitare: Etenim licet tanto de-
siderio, quomodo hi deuoti tui non ardeam, tamen de gra tua illius
magni & inflammati desiderij desiderium habeo, orans & deside-
rans omnium taliū feruidor amator tuor participem fieri, ac eo-
rum sanctissimo consortio annumerari.

Quomodo gratia deuotionis humilitate, & suipsius abnegatione acquiratur.

Oportet te deuotionis gram instanter quærere, indesinenter
petere, patienter & fiducialiter expectare, gratuiter accipere, hu-
militer conseruare, studiosè cum ea operari. Deoq; tempus & mo-
dum supernæ visitationis donec veniat committere. Humiliare
præcipuè te debes, cum parum aut nihil deuotionis interi sentis:
Sed non nimiū deijci, nec inordinatè contristari. Dat sæpe Deus
in vno breui momento, quod longo negauit tempore. Dat etiam

quandoq; in fine, quod in principio orationis largiri distulit.
Si semper citò & ad nutum gr̃a daretur, & pro voto adesset: in
: firmo homini non esset bene portabile. Propterea in bona spe &
humili patientia expectanda est deuotionis gr̃a. Tibi tamen &
peccatis tuis imputa, cum non datur, vel etiam occultè tollitur.
Modicum quandoq; illud est: quod gr̃am impedit & abscondit, si ta
: men modicū, & non potius grande dici debeat: quod tantum bo
: num prohibeat. Et si hoc ipsum modicum, vel grande amoue
: ris & perfectè viceris: erit quod petisti. Statim namq; sicut te
Deo ex toto corde tradideris, nec hoc, nec illud pro tuo libitu quæ
: sieris: sed integre te in ipso posueris, vnitū te inuenies & pa
: catum; quia nihil æquè bene sapiet & placebit ei, sicut si suæ
beneplacito te committas voluntati. Quisquis ergo intentionē
suam simplici corde sursum ad Deum leuauerit, seq; ab omni in
: ordinato amore seu displicentia cuiuslibet rei creatæ euacuaue
: rit, aptus gr̃æ percipiendæ ac dignus deuotionis munere reddetur.
Dat enim Dñus ibi benedictionem suam, vbi vacua vasa inuenerit:
& quando quis perfectius reb; infimis renunciauerit, & magis
sibi ipsi per contemptū sui moritur: tanto gratia celeri; ve
: nit, copiosius intrat, & alti; liberum cor eleuat. Tunc videbit
& affluet, & mirabitur & dilatabitur cor eius in ipso, quia ma
: nus Dñi cum eo, & ipse se posuit totaliter in manu eius vsq; in
Sæculū. Ecce sic b̃ndicetur homo qui timet Dñum, & quærit Deū
in toto corde suo, nec in vanū accipit animā suā. Talis accipien
: do Sacrā Eucharistiā, magnā promeretq; diuinæ vnionis gr̃am: quia
non respicit ad propriam deuotionem & consolationem, sed ad

Dei gloriam & honorem ".

Quomodo necessitates nostras Christo aperire, & eius gratiam postulare debemus "

O Dulcissime atq; amantissime Dñe Jesu Christe, quē nunc deuotè desidero suscipere: tu scis infirmitatē meam, & necessitatē quam patior, in quantis malis & uitijs iaceo, quia sæpe sum grauat9, tentatus, turbatus, & inquinatus. Pro re-
:medio ad te venio, pro consolatione & subleuamine te deprecor. Ad omnia scientem loquor, cui manifesta sunt omnia inter-
:iora mea, & qui solus potes me perfectè consolari, & adiuua-
:re; tu scis quibus bonis indigeo præ omnibus; & quam pauper sum in virtutib9. Ecce sto ante te pauper & nudus gratiam postulans, & misericordiam implorans. Reficе frigi obsec-
:ro esurientem mendicum tuum; Accende frigiditatem me-
:am igne amoris tui. Illumina cæcitatem meam claritate præ-
:sentiæ tuæ. Verte mihi omnia terrena in amaritudinem, omnia grauia & contraria in patientiam, omnia infima & creata in contemptū & obliuionem. Erige cor meum ad te in cælum, & nè dimittas me vagari super terram. Tu solus mihi amodo & vsq; in sæculum iam dulcescas: quia tu sol9 cibus & potus meus: amor meus & gaudiū meū: dulcedo mea & totum bonum meum.

Vtinam totaliter ex tua dulci præsentia me accendas, combur-
:as & in te transmutes: vt vnus tecum efficiar Spiritus per gra-
:tiam internæ vnionis, & liquefactionem ardentis amoris. Nè pa-
:tiaris me ieiunum & aridum à te recedere: sed operare mecum misericorditer, sicut frequenter operatus es cum sanctis tuis

mirabiliter. Quid mirum si totus ex te ignescerem, & in meipso
deficerem, cum tu sis ignis semper ardens, & nunquam defici-
:ens: amor corda purificans, & intellectū illuminans.

De ardenti amore, & vehementi affectu suscipi-
:entium Christum.

Cum summa deuotione, & ardenti amore, cum toto cordis
affectu, & feruore desidero te suscipere Dñe Iesu: quemadmodū
multi sancti, & deuotæ personæ in communicando te desiderau-
:erunt, qui tibi pro sanctitate vitæ multū placuerunt, & in ar-
:dentissima deuotione fuerunt. O Deus meus! ō amor æternus,
totum bonum meum, fœlicitas inæstimabilis: cupio te suscipe
cum tam vehementi desiderio, & tam dignissima reuerentia quā
aliquis sanctor vnquam habuit. Et licet indignus sim omnia
illa experimenta deuotionis habere: tamen offero tibi totius
cordis mei affectum; ac si omnia illa gratissim inflammata de-
:sideria sallitis sol, haberem. Sed & quæcunq; potest pia mens
concipere & desiderare: hæc omnia tibi cum summa reueren-
:tia, veneratione, ac intimo feruore præbeo & offero. Nihil pror-
:sus opto mihi reseruare: sed me totum, & omnia mea tibi spon-
:te ac libenter immolare. Dñe Deus meus, creator me, & re-
:demptor meus, cum tali affectu, reuerentia, laude & honore, cū
tali gratidudine, dignitate & amore, cum tali fide, spe & purit-
:ate te affecto hodie suscipere: sicut te suscepit & desiderauit
sanctissima mater tua gloriosissima Virgo Maria, quando Angelo
ei euangelizanti incarnationis mysterium humiliter & deuote
respondit. Ecce ancilla Dñi: fiat mihi secundū verbum tuum-

Et sicut beatus præcursor tuus sanctor excellentissimus Joan-
:nes baptista in præsentia tua lætabund9 exultauit in gaudio Spi-
:ritus sancti, dum adhuc maternis clauderetur visceribus: & post
modum cernens te Dominū Iesum ambulantem, valde se humili-
:ans deuoto cum affectu dicebat: Amicus sponsi qui stat & audit
cum gaudio, gaude & propter vocem sponsi: sic & ego magnis &
humilibus desiderijs opto inflammari, & tibi ex toto corde meip-
:sum præsantare. Vnde & omnium deuotor cordium iubilationes,
flagrantes affectus, mentales excessus, ac spiritales illuminatio-
:nes, & cælicas uisiones tibi offero & exhibeo cum omnibus vir-
:tutibus & laudibus ab omni creatura in cælo & in terra celebratis
& celebrandis pro me & omnib9 mihi in oratione commendatis,
quatenus ab omnib9 digne laueris, & in perpetuum glorificer-
:is. Ita vota mea Domine Deus meus: & desideria infinitæ
laudationis, & immensæ benedictionis, quæ tibi secundum multitu
:dinem ineffabilis magnitudinis tuæ iure debentur. Hæc tibi red-
:do, & reddere desidero per singulos dies & momenta temporū:
atq; ad reddendum mecum tibi gras & laudes, omnes cælestes spiri-
:tus & cunctos fideles tuos precibus & affectib9 inuito & exoro.
Laudent te vniuersi populi, tribus & linguæ; & sanctū & melli-
:fluum nomen tuū cum summa iubilatione & ardenti deuotione mag-
:nificent. Et quicunq; reuerenter & deuotè altissimū sacramen-
:tum tuū celebrant, & plena fide recipiunt; gram & misericordiā
apud te inuenire mereantur, & pro me peccatore suppliciter ex-
:orent. Cumq; optata deuotione & fruibili vnione potiti fuerint,
& benè consolati, ac mirificè refecti, & de sacra mensa cælesti ab=

scesserint: mei pauperis recordari dignentur.

Nemo sit curiosus Sacramenti scrutator, sed humilis Christi imitator, sensum suum fidei subdendo.

Cauendum tibi est à curiosa, & inutili perscrutatione huius profundissimi Sacramenti, si saltem non vis in dubitationis profundum demergi. Qui enim scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria. Longe aliter Deus operari, quam homo intelligere potest. Tolerabilis tamen pia est & humilis inquisitio veritatis, parata semper doceri, & per sanas patrum sententias humiliter ambulare. Beata simplicitas quæ difficiles quæstionum relinquit vias, & plana ac firma pergit semita mandatorum Dei: multi deuotionem perdiderunt, dum altiora scrutari voluerunt. Fides à te exigitur, & sincera vita: non altitudo intellectus, neq; profunditas mysteriorum Dei. Si non intelligis, nec capis quæ infra te sunt, quomodo ea quæ supra te sunt comprehendes? Sed te Deo humilia, & sensum tuum fidei: & dabitur tibi scientiæ lumen prout tibi fuerit vtile ac necessarium. Nonnulli grauiter de fide tentantur, & de Sacramento: sed non eis est imputandum, sed potius tentatori inimico. Noli curare, noli disputare cum cogitationibus tuis, & ad immissas à Diabolo dubitationes caue ne respondeas, sed contemnas, & crede verbis Dei, crede Paulo & cæteris eius Apostolis, prophetis, & Sanctis Ecclesiæ Doctoribus: & fugiet à te neguam tentator inimicus. Sæpe numero non mediocriter prodest quod talia sustinet Dei seruus. Nam infideles & peccatores non tentat inimicus, quos secure iam possidere non ambigit: sed fideles ac deuotos variis modis tentat

& uexat. Perge ergo cum simplici & indubita fide, & cum
humili reuerentia ad sacramentū accede. Et quicqd intelligere
non vales: Deo omnipotenti secure committe. Non fallet te
Deus, fallitur uero is qui nimium sibi credit. Graditur Deus
cum simplicibus, reuelat se humilibus, dat intellectū paruulis;
aperit sensum puris mentibus, & suam occultat gram suptis
& curiosis. Humana ratio debilis est, & plerumq; fallitur: fi-
:des autē uera falli non potest. Fidem segui debet omnis ra-
:tio ac naturalis inuestigatio: non præcedere, nec infringere.
Nam fides & charitas ibi maxime præcellunt, & occultis
modis in hoc sanctissimo sacramento operantur. Deus æter-
:nus, & immensus infinitæq; potentiæ magna facit & inscruta-
:bilia in cælo, & in terra: nec est inuestigatio mirabiliū operum
eius, & merito: nam si facile opera Dei ab humana ratione cape-
:rentur: non essent inscrutabilia, & ineffabilia dicenda.

Intentio ante missam hac oratione ratificari cum deuo-
:tione potest.

Ecce cælestis pater, ego miser & infelix peccator, re-
:colens mortem illam Vnigeniti filij tui nri Iesu Christi, offero
tibi hanc hostiam, quam ipse olim tibi obtulit pro me ac toti
mundi salute. Ecce ad altare maiestatis tuæ transmitto obla-
:tionē, quam tu in miseratione multa tradidisti in altari cru-
:cis immolandā pro nobis. Recordare ergo illius sanctissimi su-
:doris tui, quasi aquæ decurrentis in terram. Respice illam Virgi-
:neam carnem tuam verberibus crudeliter afflictam, colaphis &
alapis cæsam, liuoribus tumidā, sputis maculatam, sanguine cruen-

tatam, spinis perforatam, clauis confixam, lancea vulneratã.
Illa obsecro pietas quae filiũ tuum traxit, vt in statera crucis
totius mundi peccata expiaret, ipsa te cogat Pater misereri mihi
misero peccatori. Respice obsecro, non in mea peccata, sed in
faciem in Chri tui; non enim in iustificationib9 meis prosterno pre-
ces ante faciem tuam, sed in multitudine miserationum tuar. Au-
fer à me Dne Scte Pater omnes iniquitates meas; & ignem Sancti
Spiritus in corde meo clementer accende, qui cor meũ & mentẽ
meam sua illustret gra, & placidè ac benignè suscipiat sacrificiũ
de manibus meis, ad salutem omniũ tam viuor quam defunctor.

Alia Intentio ante Missam

O Benignissime bonor omnium largitor Dne Iesu Chre, sacrifi-
cium quod tibi hodie paupercula mea deuotio, quam solus in-
tueris & metiris, offerre instituit, dignanter non secundũ meae
deuotionis valorẽ, sed secundũ tuam clementiam immensam su-
scipito. Non pro his solum pro quibus specialiter ordinatum est,
verum pro me maxime; & pro his quibus ex pietate aut charitatis
debito astrictus sum: neq9 enim te qui cuncta nosti latet, quantũ
hinc pro peccatis meis innumeris; illinc pro tuis debitor sum gratu-
itis beneficijs. Deinde quantum proximis debeã atq9 progenitoribus
ac benefactoribus meis; quor ope & industria in hanc perueni ho-
ram. Nec desunt qui se meis commẽdauerunt orationibus; sunt
item, qui suos mihi impartiunt labores & orationes; & vicissitudi-
nem à me requirunt. Postremo ipsi à me exigunt orationem, qu-
os defraudaui, quos fama aut rebus, scandalizaui, quos seduxi,
quos uerbis aut moribus offendi. Memor itaq9 suauissime Dne

vniuersarum miserationum tuarꝝ deuotissimè flagito, vt tot tantisqꝫ creditoribus meis pro me respondeas, hancqꝫ missam (et si quæ alia te donante fecero beneplacita) suscipiens per suauissimum cor tu-
um, in sacrosctæ passionis & mortis tuæ & omnium sanctorꝝ tuorꝝ commemorationem; atqꝫ secundum multitudinem liberalissimæ donationis tuæ prosit vnicuiqꝫ ad salutem, ac liberationem attri-
buas. Fiat hoc sacrificium pijssime Jesu propter infinitam pietatis tuæ dulcedinem; qua ipsum in sancta Eccliâ esse ordinasti; pro-
pter amarissimam passionem, & mortem tuam, qua ipsum funda-
sti: propter ardentissimā charitatem tuam; qua in coena leua-
tis oculis, gras agens Deo Patri ipsum instituisti: Et propter merita, & intercessiones gloriosissimæ virginis Mariæ, sanct-
orumqꝫ omnium, fiat in quam, hoc sacrificium missæ mihi & sin-
gulis effectus atqꝫ fructus tam integer, ac si singulariter pro quolibet nostrum offeretur. Tu enim es Christe Jesu pientissime perditorꝝ omnium hostia pacifica, quæ sola odoris tui suauitate patrem tuum cælestem nobis placare & reconciliare potest.
Qui cum eodem Deo Patre in vnitate S. Spꝫ &c.

Alia Intentio & oratio ante Missam.

Domine Jesu Christe fili Dei altissimi & viui, qui priusquā pro totius humani generis salute mortem acerbissimam subir-
es; sacrosctum corporis & sanguinis tui sacramentum instituisti, atqꝫ discipulis tuis dilectissimis sub panis & vini speciebus car-
nem & sanguinem tuū pretiosissimū sumendū dedisti, ipsqꝫ sedu-
lo præcepisti, vt in tuæ perpetuam passionis memoriam hoc facerent. Per hoc æternum tuum testamentum te inuoco, vt qui

hodie maximum illud & diuinum mysterium consecrare & sumere intendo, eadem forma & modo, qua discipulis tuis hoc facere iussisti, tuam mihi gram clemẽtiæ largiri digneris, quo dignè illud ipsũ perficere possim. Fateor quidem Dñe me minus ad tantum mysterium idoneũ & dignũ esse, quia homo peccator ego sum, mente & corpore maculatus. Idcirco per sancta quinq; vulnera tua, per amarissimam passionem & mortem, perq; pretiosũ sanguinẽ tuũ in ara crucis pro me misero peccatore effusũ oro & obtestor; quin & per meritа & intercessiones Beatæ Mariæ semper Virginis, atq; omnium electorũ tuorũ te rogo, nẽ proijcias me ã facie tua, neue despicias me propter peccata mea: Sed propter salutare tuum nomen, & propter suffragia omnium sanctorũ, Spiritus sancti gram cordi mei infundas, quæ & errantem in viam rectã reuocet, cæcum illuminet, frigidũ accendat, distractũ colligat, ut debita deuotione, puro corde, ore mundo, pie celebrare, vere consecrare, ac dignè sumere valeam, te panem viuum & verum, ad vitam & salutem animæ meæ, omniumq; fidelium tam viuorũ quam mortuorum felicitatem perpetuam. Amen.

Ante Communionem oratio.

O fons totius misericordiæ qui nunquam manare cessas, veni hodie & tribue animæ meæ ægrotæ carnem tuam deuotè & pretiosissimum sanguinem tuum cum omni reuerentia & humilitate rite ad salutẽ animæ meæ bibere. Non quia iustus sum, sed peccator, quia non est sanis opus medicus, sed malè habentibus. O vera charitas in qua est æterna felicitas.

O Spes vnica animæ meæ: auferã me omnes iniquitates meas,
ut pura mente merear intrare ad Sancta Sanctorũ. Te expec-
tat cor meum: imple desiderium quod in me misisti ut ipse
voluisti. Tuus sum ego Christe, noli me derelinquere; sed dextera
tua me præveniat, & ab omni malo defendat. Ō Dñe veni: cui
ego miserrimus peccator peccaui: obliuisere peccata mea pro
quibus effudisti Sanguinem tuum. Veni dulcissime Deus, da mi-
hi cibum Salutis æternæ. Veni hostia immaculata, libera me ã mor-
te æterna. Veni infirmorũ medicus: veni ieiunantium cibus.
Veni Dñe, visita domum istam nomini tuo dedicatam. Et ecce
venio ad te quem toto corde desidero, ad quem tota mentis in-
tentione aspiro, quem totis visceribus amplector, cuius corpus
& Sanguinem accipere cupio, vt semper in me maneas, & in æuũ
non me dimittas Ō dulcissime pater & Deus meus ꝛc.

Item alia oratio ante Sacram communionem.

Aue Sanctissima caro Christi & Sanguis. Aue Summa dulcedo,
quæ tristitiam nescis, fastidium, mortem necas, vitam æter-
nam præstas. Aue beata refectio, quæ electos tuos de mundi hu-
ius exilio ducis ad patriam. Aue foelix hostia quæ in ara cru-
cis Deo Patri pro nostrorũ ponderę peccatorũ es oblata. Aue
manna niue candidius, melle dulcius, omni auro pretiosius.
Auser obsecro pastor bone ãme omnes iniquitates meas, vt
purificato corpore & Spiritu merear degustare Sancta San-
ctorum: sitq; mihi hoc Venerabile Sacramentum contra ho-
stiles insidias inexpugnabile præsidium, vt hoc Salutari viatico
refectus, lubricas huiꝰ vitæ vias immaculato calle transire, &

ad te panem viuum & verum Angelor̃ Dominū sine impedimen-
:to diabolicæ fraudis valeam peruenire. Exaudi me, placare,
Dñe attende & fac ne moreris per temetipsum Deus meus,
quia nemo tanti mysterij poterit esse dignus, nisi tu omnipo-
:tens suscipientem feceris dignum.

Item ante missæ celebrationem oratio alia.

Ante conspectum diuinæ maiestatis tuæ reus assisto, qui inuo-
:care nomen sanctū tuum præsumo. Miserere mihi Dñe homini pec-
:catori, ignosce indigno sacerdoti, per cuius manus hæc oblatio videtur
offerri. Parce peccator̃ labe præ cæteris capitaliū polluto, & non
intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in cons-
:pectu tuo omnis viuens, scilicet vitijs ac voluptatib⁹ carnis aggra-
:uatus sum. Recordare Dñe caro sum, in tuo conspectu etiam
cæli non sunt mundi, quanto magis nos homines terreni, immun-
:di sicut pannus menstruatæ. Indignus sum Dñe Iesu chre
ut sim viuens, sed tu qui non vis mortem peccatoris, da mihi ve-
:niam in carne constituto, vt per pœnitentiæ fructum vita æt-
:erna perfrui merear in cælis. Amen.

Alia ante missam oratiuncula.

Conscientia quidem trepidus omnipotens Deus ad altare
tuum accedo, sed si dimitto vereor de inobedientia condemna-
:ri. Parce mihi Dñe indigno famulo tuo. Et licet ad celebranda
sacrificia semper indignus inueniar, tamen fiduciam de tua mi-
:sericordia retineo, pro qua re Deus Omnipotens dignare me pa-
:terna pietate placitoq⁹ vultu respicere, & cordis mei interio-
:ra purgare; & si ego reatu culpabilis existo, meæ tamen pre-
:cum interuentu tibi sint grata in oīb⁹ mysteria placita atq⁹ sacrata.

Item oratio ante missam deuotè dicenda.

Ignosce Domine Jesu Christe quod rogare compellor, dum per immunda labia mea nomen sanctum tuum assumo, & immundor actuum secreta confiteor; non habeo apud te verba sine crimine. Tu enim conscientiæ meæ vulnera; tu cogitationum mearum occulta nosti, & immunditias meas tu solus agnoscis. Miserere mihi Dñe, miserere mihi, ignosce mysterij tui secreta tractanti; nec indignū misericordiæ tuæ iudices, quem pro alijs rogare permittis, & in quo testimonium boni operis non agnoscis, officium saltem dispensationis creditæ non recuses Saluator mundi, qui cum Patre & Spū Scto vivis & regnas &c.

Oratio ad Deum Patrem ante Celebrationē seu communionem sacram.

Deus pater omnipotens, ego indignus peccator accedo ad Sacramentum corporis & sanguinis vnigeniti filij tui Domini nostri Jesu Chri, tanquam immundus ad fontem misericordiæ. Ideo precor tuæ potentiæ immensitatem, vt digneris meæ conscientiæ purificare foeditatem: & eam ad dilectionem inflammare: quatenus tanta munditia & deuotione Sacramentū Dominicum suscipiam, vt tibi cedat ad honorē, & mihi ad salutem. Amen.

Oratio ad Filium ante Communionem.

Domine Jesu Chrē Summe Sacerdos, & rex æterne, per meritū tuæ passionis amarissimæ, atq; pretiosissimi sanguis tui effusionem, concede mihi misero peccatori, mysterium tui admirabilis Sacramenti debita cum reuerentia & amore pertractare: vt tibi fiat ad laudem, & ad animæ meæ salutem, ad charitatis & ad omnium virtutum incrementum. Amen.

Oratio ad Spiritum Sanctum ante celebrationem.

Sancte Spiritus qui virtute tua ineffabili mirabiliter vterū Beatissimæ Mariæ Virginis fœcundasti: visita me famulum tuum gratia salutari, vt corpus Dñi mei Iesu Chr̃i de te con-
:ceptum; & ex maria virgine natum, tam deuote valeā sume-
:re, vt per eig perceptionem merear consegui vitā sempiternam.

Pid Sanctissimā Trinitatem oratio ante Communione.

O Semper benedicta & beatissima Trinitas: da miserrimæ cre-
:aturæ tuæ digno amore atq; timore sancto ad vr̃ficum & dig-
:nissimum accedere sacræ Eucharistiæ sacramentū: quatenꝰ per eius sumptionem merear te post hanc vitam facie ad faciē, scilicet Trinitatem personar̃ in vnitate essentiæ clarissimæ cum immenso gaudio feliciter contemplari. Amen.

Pid Ss: Virginem Mariam oratio ante missam.

Sanctissima & incontaminata Dei Genitrix Virgo Maria, quæ creatorem omnium, Dei atq; hominum mediatorem meru-
:isti in tuo castissimo vtero portare: dignare ad ipsum pro me in-
:tercedere tuis sanctissimis precibus, vt digne eius sacramentū percipere merear, & tandem in æterna felicitate tibi sociari.

Oratio ante Missæ celebrationem seu etiā communione.

O Bone Iesu per illum amorem, qui te incarnari, pati & mo-
:ri pro me cōegit, rogo te ut ab omni peccato me plene emundes, & tibi per omnia placentem reddas: exorna agenam animam meam meritis ac virtutibus tuis, & præsta ut humili reueren-
:tia, ardenti desiderio, & casto affectu offeram tibi San-
:ctum Missæ sacrificium in memoriā eor̃ omnium, quæ pro salute mea facere, loqui & tollerare voluisti. Perficiam hoc puris-

,,simè ad gloriam nominis tui sempiternam. Ad honorem Beatæ
Virginis Mariæ matris tuæ. Beati N:N: & omnium sanctor, &
sanctar, omniumq; bonor Angelor; ad salutem meā, & parentum,
confratrum, amicor, & benefactor meor, omniumq; fidelium vi,,
:uorum & defunctorum. Amen ,,

Miserere Domine, miserere Ecclię tuæ sanctæ, adesto omnib,,
pro quibus pretiosissimū sanguinem tuum fudisti. Da viuis q̄ram,
dā fidelibus defunctis requiem, lucemq; sempiternam. Tibi laus
Christe Jesu in sæcula sæculor. Amen ,,

Oratio ante Missam à Sacerdote dicenda volenti cele,,
:brare valde vtilis ,,

O Domine Jesu Christe fili Dei viui miserere mihi misero
peccatori cum omnibus seruis tuis qui tibi hodie sacratissimū
ac pretiosum nostræ salutis pretium, sacramentum videlicet,
corporis & sanguinis tui offerunt. Et da nobis gratiam,
virtutem & fortitudinem immolandi, offerendi ac sumendi
huius sacramenti corpus & sanguinem in fide recta, spe fir,,
:ma, charitateq; perfecta. In honorem & gloriam sanctæ &
Individuæ Trinitatis; In honorem & gloriam ac laudem glo,,
:riosißimæ semper Virginis Mariæ. In gaudium sanctor An,,
:gelor ac Spiritum cælestium; Patriarchar, Prophetar, Apo,,
:stolor, martyr, confessor atq; virginum & omnium sanctor
atq; elector tuor iam in æterna patria lætantium. Et præ,,
:sta ut sicut illor pleno ac sereno splendore vultus tui sine de,,
:fectu facias. Sic nos degentes in hac lacrymar valle, tua Dei
:fica gratia reficias. Et eos qui in poenis purgatorij cruciant
tua misericordia eripias. Sicutq; sanctis es in gaudium, sic

nobis sit huius viuifici sacramenti perceptio sancta in sub-
:sidium; & his qui in poenis sunt in refrigerium. Miserere
igr̃ dn̄e Jesu Chr̃e per huius viuifici sacramenti virtutē
sanctæ vniuersali Ecc̃liæ tuæ, & oia mala, hæreses & discor-
:dias ac dissensiones ab ea auelle, errantes in ea corrige,
incredulos ad fidem conuerte; schismaticos ad vnitatē
sanctæ Ecc̃liæ fac redire, & ipsis lumen tuæ veritatis ost-
:ende: peccatoribus pœnitentiam veram largire. Justos
in bono proposito fac perseuerare; populo Christiano miser-
:ere; clericos defende, religiosos in seruitio tuo sancto con-
:seruare dignare, omnes quos laborantes confortare; tristes
consolare; infirmis sanitatem corporis & animæ restitue;
pauperibus & egenis nēssaria mentis & corporis tribue; per-
egrinis & exulantib9 cum salute ad propria concede redire;
in periculis aquar̃ constitutis ad portū salutis fac pertingere.
parturientib9 partū gaudij largire; In vinculis & carcerib9
detentos absolue; omnib9 cum quib9 peccauim9, vel quos indu-
:ximus ad peccatū misericorditer indulge, oīb9 quos defrau-
:dauim9 pro nobis persolue; oīb9 amicis, parentib9, & inimicis,
frīb9, consanguineis, familiarib9 & benefactorib9, vel quor̃
vsi sum9, uel utimur eleemosynis: oīb9 pro nobis Deum exoran-
:tibus, uel nostris se commendantib9 orationib9 oīa bona tribue,
& eos ab omni malo defende, in tuo3 seruitio sancto eos fac.
perseuerare, & post huius cursū miseriæ ad te qui es vera
merces & gloria iustor̃ peruenire: In tribulationib9, persecu-

tionibus, tentationib9 ad te clamantib9 auxiliare. In agone
positis, ac de hoc sæculo exituris succurre, & animas eor̃
de faucibus rugientis inimici eripe; Inimicis nr̃is & nobis
veram charitatem largire; oĩb9 tuis fidelib9 per huius vi-
uifici Sacramenti virtutem præsta subsidium, auxiliũ & so-
lamen adhuc in carne præsentib9 tuã gr̃am largiendo; futuris
tua misericordia præueniendo, præteritis uero requiem æternã
tribuendo. O Sapientia quæ ex ore altissimi prodisti veni & do-
ce me. O oriens Splendor lucis æternæ, & Sol iustitiæ veni & illu-
mina me. O Rex gentium & desidera9 ear̃, veni & salua me.
Veni ad me Dn̄e Deus meus. O Emanuel Rex, & legifer noster,
expectatio nr̃a, & Saluator noster, veni O vita mea & uiuifica
me; veni ō legifer dulcis & suauis & pone legem mihi, ut in vijs
mandator̃ tuor̃ sine offensione curr̃a; veni ō salus nostra & sal-
uifica me. ō honor meus & honorifica me. ō medicina mea &
sana me. O pretium meum & redime me; O sacratissimũ cor-
pus Dn̄i mei, tibi incorpora me, & esto mihi nunc in edulium; &
morte in viaticum, in patria in præmium æternũ. Amen.

Alia deuota oratiuncula ante missam dicenda.

Creator omnium rerum Deus Pater omnipotens cuius prin-
cipium non recipit finem, cuius æternitas finem excludit, quæ
cuncta suum confitentur autorem. Ego miser & indignus
peccator ad celebre conuiuium Dn̄ici corporis & sangui-
nis Jesu Chr̃i tum accessur9, cor habens liuidũ, inuidiorum
superbũ, turbidũ & iracundũ, corpus sordidũ, pollutum

Linguam malam, detractoriam, blasphemā ac maledicam, con
:scientiam habens valde anxiā, ac omni genere peccatorē reple
:tam, ac quid eligam ignoro. Si enim non accessero vitā æter
:nam fugio; si indignē me ingessero damnationem perpetuam
acquiro. O summa diuinitas; o tremenda maiestas! o pia mi
:seratio! quo ibo! aut quo fugiam! peccaui in cælū & corā te,
iam non sum dignus petere ut filius, sed ut miser, infelix
& perditus peccator ingemiscens veniam petens & percu
:tiens pectus meū, ac ut parturiens loquor: Heu heu me miser.
perdidi quod erat filij, tu uerò indulgentissimi Patris pietatē
seruasti. Ignosce igr pr clementissime, ignosce pr. indulg.
ignosce filio tuo prodigo licet serò valdē reuertenti, manum
misericordiæ tuo perdito porrige, & me miserum peccatorē
in gratiam recipe, dignumq; ad recipiendū me sacrosanctum cor
:pus & sanguinē per vulnera tua miser peccatorē efficere. Am.

Oratio alia ante cōmunionem

O Domine Jesu Chre lumen inextinguibile, Pater totius gra
:tiæ qui nobis peccatoribꝰ tantam gram contulisti, vt de tuo cor
:pore satiaremur, & de tuo sanguine potaremur. Exaudi & præ
:sta mihi vt in hac die, & in hora mortis meæ sctm corpꝰ tuum
accipiam. Secundum tuam voluntatem, meamq; necessitatē.
O dulcissime Dne Jesu chre intra in me, sicut intrasti
in cor mariæ magdalenæ quando tibi pedes lauit lacrymis, &
abluit maculas sui cordis & corporis. Symeon iustus de
desiderauit, & in vlnas suas accepit & dixit. Nunc dimittis

seruum tuum Dñe. in pace, quia te verā suscepit pacem, &
sicut ille suscepit in brachijs suis te ô salus mea; ita te susci,
:piat cor meum & anima mea: & sicut ille amplexatus est te
Deum uerum; ita in te delectetur cor meū, & amplexetur te Deū
meū anima mea. Imple hodie in me promissionē tuam, quam ante
passionē sanctis ꝑphis tuis promisisti dicens. Non uos relinquam
orphanos; vado & iterū venio ad vos. Veni ergo in me fons
bonitatis, & totius scientiæ, & animæ meæ ægrotæ tribue sacro,
=sanctum corpus tuum deuotè ac reuerenter sumere, & pretio=
:sissimū sanguinē tuum ad spiritualē satietatem hilariter bibe,
:re. Ouera charitas in qua est æterna felicitas; tu es enim
spes mea: in te sit & requies: tu gaudium meum, te diligat cor meū.
Tu omne bonum meū, in te ígr, caro mea, mundꝝ & ōis concupiscen,
:tia eiꝰ mihi vilescat; tu enim thesaurꝰ meus desiderabilis es,
quem cum tanto disiderio animæ meæ te desidero suscipere, sicut
te patres nri in lymbo clamantes susceperunt; aduenisti desi,
:derabilis redemptor noster quem expectabamꝰ in tenebris &
hac vmbra mortis. Prope esto Dñe oibꝰ expectantibus & in,
:uocantibꝰ te in veritate, & his etiam qui te toto corde & affectu
sine sui damatione ꝑcipere deuot: Smē desiderant. Auferā no,
:bis Dñe cunctas iniquitates nras, ut mereamur puris men,
:tibus introire ad sancta sanctoꝝ. Audi Dñe, placare Dñe atten,
:de & fac nè moreris propter temetipsum Deus meus, sed ex,
audi Deus meus preces meas; tuus sum noli me derelinquere, sed
tua gra super me veniat, & ab omni malo animam meam

custodiat; ā carnalibus desiderijs me defendat; rixas, iras &
inuidias ā corde meo auferat. Infunde uero mihi perfectam
dilectionē & mundi abrenutiationem. Rogo te per paternā
dilectionem, vt illius recorderis orationis, quam ante Passio,
:nem tuā dixisti ad Patrem tuū. Pater serua eos in nomine
tuo, quos dedisti mihi: Hæc oratio compleatur in me, & in
oib9 qui sacratissimum corp9 & sanguinē tuū accepturi sum9,
& qui toto corde desideram9 vt tecū viuam9. Veni ergo Do,
:mine Iesu Chre., tibi enim soli peccaui, miserere īgr mei, mise
:rere mei, veni & obliuiscere peccata mea, & libera me de æter
:na morte: veni infirmor̄ medicina: Ieiunantiū cib9: veni
Dñe & visita domum istā nomini tuo sancto dedicatam. Ecce,
:ce ego venio ad te quem toto corde desidero, quem ample,
:ctor, cui9 corpus & sanguinem accipere cupio, vt tu Deus
meus post hac in me maneas & ego in te, nec in æternum derelinquas
me, sed in SS: mis vulneribus tuis foueas me ac abyra iudicij tui ab,
:scandas me Deus benedict9 in sæcula sæculor̄. Amen——.

Oratio alia ante Sacram communionem——.

Salue caro Dominica de Virgineo corpore sumpta. O
humilitas amabilis christi, ut non solum pro homine fieret
homo mortalis, cum esset Deo Patri æqualis; sed & misero
homini tribueret pabulum suæ sacratissimæ carnis. O caro
dulcissima, suauissima, candidissima & speciosissima di,
:lecti mei per quem saluati, liberati sum9 & redempti. O caro
dilecti mei ex Maria matre gratiæ & misericordiæ sumpta

& super omnem Angelor & Archangelorum dignitatem exal-
: tata, obtine mihi ō mater noui illi⁹ hominis, quem castis pe-
: peristi visceri⁹, vt eius carnem ex te sumptā sic hodie
& quotidie recipiam; vt in hora exitus mei in voluntate
filij tui suscipiam idem sacrosctm sacramentū corporis & san-
: guinis eius cum tanto fructu, vt fiat animæ meæ vīg ad
dulcissuam præsentiam tuā lucens & illuminans lucerna. Am.

Salue Iesu verbum Patris. Salue Iesu Redemptor mundi.
pro
qui corpus tuum nobis miseris in mortem tradidisti, &
nobis sacrum corporis & sanguinis tui sacramentum in
cibum contulisti. O charitas admiranda! & pietas adoranda!
Vt Deus immortalis fieret esca miseri hominis, vt agnus inno-
: cens immolat⁹ est; rogo te Saluatorem mundi & Deū meū,
quem hodie indignus ego sumere intendo. Da mihi ut corpo-
: re & sanguine tuo pretiosissimo ex sola gratia tua digne
ad animæ meæ, ac oīum animar̄, pro quib⁹ te exorare
teneor salute reficiar. Qui viuis cū Deo &c.

Lytaniæ de dulcissimo nomine Iesu vtiliter
ante missæ celebrationem seu cōmunionē dicendæ.

Kyrieeleison. Christeeleison, Kyrieeleison.
Christe audi nos. Christe exaudi nos.

Pater de cælis Deus, miserere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus, miserere nobis.
Spiritus Sancte Deus, miserere nobis.
Sancta Trinitas vnus Deus, miserere nobis.

Jesu fili Dei viui.
Jesu fili Dauid.
Jesu fili mariæ virginis.
Jesu Sanctissime.
Jesu potentißime.
Jesu perfectißime.
Jesu fortißime.
Jesu gloriosißime.
Jesu pijßime.
Jesu charißime.
Jesu dulcißime.
Jesu admirabilis.
Jesu delectabilis.
Jesu honorabilis
Jesu Saluator mundi
Jesu mediator Dei & hominū.
Jesu bone pastor ouium.
Jesu refugium nostrum.
Jesu benignißime.
Jesu dilectißime.
Jesu clementißime.
Jesu desideratißime.
Jesu mitißime.
Jesu amantißime.
Jesu amator fidelißime.

Miserere nobis

Jesu amor noster
Jesu lux vera.
Jesu sapientia æterna.
Jesu bonitas infinita.
Jesu speculum ꝑfectionis.
Jesu exemplar virtutū.
Jesu Pater pauperum.
Jesu consolator afflictor.
Jesu gaudium Angelor.
Jesu Rex patriarchar.
Jesu inspirator prophetar.
Jesu magister Apostolor.
Jesu fortitudo martyr.
Jesu lumen confessor
Jesu Sponse Virginum
Jesu corona Sctor omniū.
Propitius esto Parce nobis Jesu
Propitius esto Exaudi nos Jesu

Miserere nobis

Ab omni malo.
Ab omni periculo.
Ab ira tua.
Ab insidijs diaboli.
A peste fame & bello.
A transgressione mandator
tuorum. Libera nos Jesu.

Libera nos Jesu.

Ab incursu omnium malorum . Libera nos Jesu
Ab indigna corporis & sanguinis tui pretiosissimi sumptione . Libera nos Jesu.
Per Incarnationem tuam . . Libera nos Jesu.
Per Aduentum tuum . Libera nos Jesu.
Per Natiuitem tuam . . Libera nos Jesu.
Per dolores tuos . . . Libera nos Jesu.
Per flagella tua . . . . . Libera nos Jesu.
Per mortem tuam . . . . . Libera nos Jesu.
Per resurrectionem tuam . . . Libera nos Jesu.
Per Ascensionem tuam . . . . Libera nos Jesu
Per gaudia tua . . . . Libera nos Jesu.
Per gloriam tuam . . . . . Libera nos Jesu.
Per dulcissimam virginem Matrem tuam . Libera nos Jesu.
Per intercessionem omnium Sanctorũ tuorũ . Libera nos Jesu.
Agnus Dei qui tollis peccata mundi . . . Parce nobis Jesu.
Agnus Dei qui tollis peccata mundi . . . Exaudi nos Jesu.
Agnus Dei qui tollis peccata mundi . . . Miserere nobis Jesu.
Jesu Christe audi nos. Jesu Christe exaudi nos.
Kyrieeleison, Christeeleison . Kyrieeleison . Pr. nr.
℣: Et ne nos inducas ℟. ℟: Sed libera nos ã malo. Tn.
℣: Benedic anima mea Dño: ℟: Et oia quæ intra me sunt nmi scto eius.
℣: Sit nõn Dñi bndictũ: ℟: Ex hoc nunc & vsqꝫ in sæculum.
℣: Adiutorium nostrum in nomine Domini ℟. Qui fecit cælũ & terrã.
℣: Domine exaudi orationẽ meã. ℟: Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

Deus qui glorioſiſimum nomen Jesu Christi filij tui Domini nostri fecisti fidelib9 tuis summo suauitatis affectu amabile & ma-
:lignibus Spiritibus tremendum atq3 terribile: concede propitius qui hoc nomen Jesu deuotè venerantur in terris, sanctæ conso-
:lationis dulcedinem in præsenti percipiant, & in futuro gaudium exultationis, & interminabilis beatitudinis obtineant in cœlis.
Per Dominum nostrum Jesum Chrm. ℣.

Oratio ad Dominum Jesum.

O bone Jesu verbum Patris, Splendor paternæ gloriæ, in quē desiderant Angeli prospicere, doce me facere voluntatē tuam,
vt ā Spiritu tuo bono deduct9, ad beatā illam perueniam ciuita-
:tem: vbi est dies æternus, & vnus omnium Spiritus: vbi est cer-
:ta securitas, & secura æternitas; & æterna tranquillitas & tran-
:quilla foelicitas, & foelix suauitas; & suauis iucunditas: vbi tu Deus cum patre & Spiritu sancto viuis & regnas p infinita sæc: ℣.

Alia oratio ad Jesum, quam Sanctus Bernardinus ex scri-
:ptis Sancti Bernardi collegit, habetq3 certas indulgentias.

O bone Jesu, ō pijſſime Jesu, ō dulciſſime Jesu, ō Jesu fili Mariæ Virginis, plenè misericordia & pietate: ō dulcis Jesu, se-
:cundum magnam misericordiam tuam miserere mei. Ō clementis-
:sime Jesu te deprecor per illum sanguinem pretioſiſſimum, quē pro peccatorib9 effundere voluisti, vt abluas omnes iniquitates meas, & in me respicias miserum & indignum humiliter veniā petentem, & hoc nomen sanctum Jesu inuocantem. O nomen

Iesu, nomen dulce, nomen Iesu, nomen delectabile: no-
:men Iesu, nomen confortans: quid est enim Iesus,
nisi Saluator? Ergo Iesu propter nomen Sanctū tuum
esto mihi Iesus, & Salua me: & nè permittas me damna-
:ri, quem tu de nihilo creasti. ō bone Iesu, nè perdat me
iniquitas mea, quem fecit Omnipotens bonitas tua. ō
dulcis Iesu recognosce quod tuum est, & absterge quod
alienum est in me. ō benigne Iesu miserere mei, dum
tempꝰ est miserendi: & nè damnes in tempore iudican-
:di. Quæ enim vtilitas in Sanguine meo, dum descende-
:ro in æternam corruptionem? Non enim mortui laudabūt
te Dñe Iesu: neqꝫ omnes qui descendunt in infernum.
O amantissime Iesu. O desideratissime Iesu. ō mitissime!
Iesu! ō Iesu, Iesu, Iesu, dimitte me intrare in numerū
electorū tuorū: ō Iesu, Solatium ad te confugientium: ō Je-
:su, Salus in te credentium: O Iesu, dulcis remissio om-
:nium peccatorū. ō Iesu fili Mariæ virg: infunde in me
gratiam, sapientiā, castitatem & humilitatē, patientiam
obedientiam, timorē & amorem tuum; vt possim te perfe-
:ctè diligere, te laudare, te perfrui, tibi seruire, & in te glo-
:riari, & omnes qui inuocant nomen Sctm tuū, quod est Iesus.

Oratio Sancti Thomæ de Aquino pro perfectione
vtiliter tamen ante, vel post celebrationē dicitꝫ.

Concede mihi misericors Deus, quæ tibi placita sunt,
ardenter concupiscere, prudenter inuestigare, veraciter

agnoscere, perfecte adimplere ad laudem & gloriam nomi-
nis Sancti tui. Ordina Statū meū, & quod ā me requi-
ris ut faciam, tribue vt sciam. Et da exequi sicut oportet,
& expedit animæ meæ. Da mihi Domine Deus inter pro-
spera, & aduersa non deficere: vt in illis non extollar, in
istis non deprimar: de nullo gaudeam vel doleam: nisi qđ
ducat ad te, vel abducat a te. Nulli placere appetam, vel
displicere timeam, nisi tibi. Vilescant mihi omnia transitoria,
& chara mihi omnia tua propter te, & tu Deus præter om-
nia. Tædeat me gaudij, quod est sine te; nec aliquid cupia
quod est extra te. Delectet me Dñe labor qui est pro te:
& tædiosa sit mihi omnis quies, quæ est sine te. Frequen-
ter da mihi Dñe cor meum ad te dirigere & defectionē
meam cum emendationis proposito dolendo pensare. Fac
me Dñe Deus obedientem sine contradictione: pauperem
sine defectione, castū sine corruptione; patientem sine
murmuratione: humilem sine fictione; & hilarem sine
dissolutione; tristem sine delectione: maturum sine gra-
uitate: agilem sine leuitate: timentem sine desperatione:
veracem sine duplicitate, operantē bona sine præsum-
ptione: proximū corrigere sine elatione: ipsum ædifi-
care verbo & exemplo sine simulatione. Da mihi Dñe De9
cor peruigil, quod nulla abducat ā te curiosa cogitatio. Da
nobile quod nulla deorsum trahat indigna affectio. Da rectū
quod nulla deorsum obliquet sinistra intentio. Da inuictū
quod nulla frangat tribulatio: Da liberum, quod nulla sibi

vindicet peruersa & violenta affectio. Largire mihi
Dñe Deus meus intellectum, te cognoscentem: diligentiã,
te quærentem: sapientiã te inuenientẽ: conuersationem
tibi placentem: perseuerantiam, te fideliter expectantem:
& fiduciam, te finaliter amplectentem: tuis pœnis configi
per pœnitentiam: tuis beneficijs vti in via per gratiam,
& tandem tuis gaudijs in patria perfrui per glám. Ãn.

Oratio Sancti Ambrosij Epi ante missæ celebrationem.

Die Dominico.

Summe Sacerdos & vere Pontifex, qui te obtulisti
Deo patri hostiam viuam & immaculatam in ara crucis pro
nobis miseris peccatorib9, quibꝫ dedisti nobis carnem tuam
ad manducandum, & sanguinem ad bibendum, & posuis-
:ti mysterium istud in virtute Spiritus Sancti tui dicens.
Hæc quotiescunqꝫ feceritis in mei memoriam facietis.
Rogo te per sanguinem tuum pretiosum, magnum salutis
nostræ pretium, rogo per hanc magnam & ineffabilem
charitatem, qua nos miseros & indignos sic amare dig-
:natus es: vt lauares nos ã peccatis nris in sanguine tuo:
doce me indignum seruum tuum, quem inter cætera
dona tua, etiam ad officium sacerdotale vocare dig-
:natus es, nullis meis meritis, sed sola dignatione mise-
:ricordiæ tuæ: doce me quæso, per Spiritum Sanctũ tuum ~~tantũ~~
tantũ tractare mysterium, ea reuerentia & honore, ea deuoti-
:ne & timore quib9 oportet & expedit. Fac me Dñe per gratiã
tuam semper illud de tanta mysterio credere & intelligere, sen-

tire & firmiter tenere, dicere & cogitare quod tibi placet & expedit animæ meæ. Intret Spiritus tuus in cor meu, qui sonet ibi sine sono, & sine strepitu verbor loquatur omnem veritatem tantor mysterior. Profunda quippe sunt nimis, & sacro tecta velamine. Propter magnam clementiam tuā concede mihi missar solemnia puro corde & munda mente celebrare. Libera cor meum ab immundis, vanis, nefandis & noxijs cogitationib. Muni me beatorum Angelor pia & fida tutela, atq; fortissima custodia: vt hostes omnium bo-
:norum confusi discedant. Per virtutem tanti mysterij, &
& per manus Sancti Angeli tui repelle à me, & cunctis seruis tuis dirissimum Spiritum Superbiæ & cenodoxiæ, inuidiæ & blasphemiæ, fornicationis & immunditiæ, dubietatis & diffidentiæ. Confundantur qui nos persequuntur: per-
:eant illi qui perdere cuncta festinant

Feria Secunda

Rex Virginum, amator castitatis & integritatis De, cælesti rore benedictionis tuæ extingue in corpore meo totū fomitem ardentis libidinis, vt maneat in me tenor totiꝰ ca-
:stitatis corporis & animæ. Mortifica in membris meis car-
:nis stimulos, omnesq; libidinosas commotiones, & da mihi veram & perpetuam castitatem cum cæteris donis tuis, quæ tibi pla-
:cent in veritate, vt sacrificium laudis casto corpore, & mun-
:do corde quotidie valeam offerre. Quanta enim cordis con-
:tritione & lacrymar fonte, quanta reuerentia & tremore, quanta corporis castitate & animi puritate istud diuinum &

cæleste sacrificium est celebrandum homine, vbi caro tua in veritate sumitur, vbi sanguis tuus in veritate bibitur; vbi ima summis coniunguntur, vbi tu es sacerdos & sacrifi-
:cium mirabiliter & ineffabiliter

Feria Tertia.

Quis digne hoc celebrare potest: nisi tu Deus dignus offerentem feceris dignum. Scio Dne & vere scio, & in simplicitate bonitati tuæ confiteor: quoniam non sum dignus accedere ad tantum mysterium propter nimia peccata mea, & infi-
:nitas negligentias. Sed scio & veraciter ex toto corde meo credo & ore confiteor: quia tu potes me facere mundū de immundo conceptū semine, solus de indignis dignos, de immundis mundos; de peccatoribus iustos facis & sanctos. Per hanc ergo omnipotentiam tuam te rogo, concede mihi misero peccatori hoc cœleste sacrificium celebrare cum timore & tremore, cum cordis puritate & lacrymarū fonte, cum lætitia spirituali & cæsti gaudio: sentiat mens mea dulcedinem beatissimæ præsentiæ tuæ, & excubias sanctorū Angelorum in circuitu meo.

Feria Quarta.

Ego enim memor venerandæ tuæ passionis accedo ad altare tuum licet peccator, vt offeram tibi sacrificium quod tu instituisti, & offerri præcepisti in commemoratione tui pro salute nra. Suscipe illud ergo quæso summe Deus pro Ecclia tua sancta, pro populo quem tuo acquisiuisti sangui-
:ne. Et quoniam me peccatorem inter te, & eundē populum

tuum medium esse uoluisti: licet in me boni operis testimoniū
non agnoscis; officium saltem dispensationis creditæ non recu,
:ses, nec per me indignum eor̄ salutis pereat pretium, pro qui,
:bus victima salutaris factus, dignatus es esse redemptio.
Offero ergo Dñe, si digneris propitius intueri tribulatio=
:nes plebium, pericula popul̄or̄, captiuor̄ gemitus, miserias
orphanor̄; necessitates peregrinor̄, inopiam debilium, de,
:sperationes languentium, defectus senum, suspiria iuuenū
uota virginum, lamenta viduarum.


Feria quinta.

Tu enim misereris omnium Dñe, & nihil odisti eor̄ quæ feci,
sti: memorare quæ sit nostra substantia: quia tu pater noster
es, quia tu Deus noster es. Ne irascaris satis, neqs multitudi,
:nem viscerum tuor̄ super me contineas. Non enim in iustifica,
:tionib9 nostris prosternim9 preces ante faciem tuam, sed in mi,
:serationib9 tuis multis. Auser à nobis Dñe iniquitates nostras
& ignem sancti spiritus in nobis clementer accende. Auser cor
lapideum de carne nostra, & da nobis cor carneum, quod
te timeat, te amet, te diligat, in te delectetur, te sequatur,
te perfruatur. Oramus Dñe clementiam tuam, vt sereno vul,
:tu familiam tuam, sacri nominis tui officia præstolantem aspic,
:ere digneris; & ut nulli9 sit irritum, nulli9 vacua supplicatio, tu
nobis preces suggere, quas ipse audire propitiꝰ & exaudire
delectaris. Rogamus etiam te pater sancte, & pro om,
:nium animabus fidelium defunctor̄, vt sit illis salus, sanitas,
gaudium & refrigerium hoc magnum pietatis sacramentū

Deus meus sit illis hodie magnum & plenum conuiuium
de te sane viuo, qui de cælo descendisti, & das vitam mun-
:do, de tua carne sancta & benedicta, agni videlicet immacu-
:lati qui tollit peccata mundi, quæ de sancto & glorioso vtero
Bmæ Mariæ Virginis est assumpta, & de Spiritu Sancto
concepta. De illo inquam pietatis fonte, qui lancea mili-
:tis ex tuo SSmo latere feliciter & misericorditer emana-
:uit; vt exinde satiati, refrigerati, refecti & consolati ex-
:ultent in laude & gloria tua.

Feria Sexta

Peto clementiam tuam Deus, vt descendat super istud
sacrificium plenitudo tuæ benedictionis, & sanctificatio tuæ
diuinitatis. Descendat etiam Dñe illa Sancti Spiritus tui in-
:visibilis incomprehensibilisqꝫ maiestas; sicut quondam in patri-
hostias descendit, qui & oblationes nostras corpus & sangui-
:nem tuum efficiat; & me indignum sacerdotem tuum doceat
tantum tractare mysterium cum cordis puritate & lacrymar-
fonte, cum reuerentia & tremore; ita ut placide ac benigne
suscipias sacrificium laudis de manibꝰ meis ad salutem omnium tam
viuor guam defunctorum. Rogo etiam te Dñe per ipsum
sacrosanctum mysterium corporis & sanguis tui, quo quotidie
in Eccliа tua pascimꝫ, atqꝫ vnius Summæ diuinitatis parti-
:cipes efficimur: da mihi virtutes tuas sanctas, quibꝰ repletꝰ
bona conscientia ad altare tuū accedam: ita vt hæc sacra-
:menta cælestia efficiantur mihi salus & vita. Tu enim dixi-
:sti ore tuo sancto & benedicto: Panis quem ego dedero caro
mea





M.V. fomev. f: Ouerraht Excudit:

mea est pro mundi vita. Qui manducat me, viuet propter me, & ipse manet in me, & ego in eo. Ego sum panis viuus qui de cælo descendi, si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum. ℟.

Sabbatho ℟.

Panis dulcissime, sana palatum cordis mei: vt sentiã suauitatem amoris tui: sana illud ab omni languore, vt nullũ præter te quærat amorem, nullam præter te amet pulchritudinem. Panis candidissime habens omne delectamentũ suauitatis omnem saporem, qui nos semper reficis, & in te nunquã deficis, comedat te cor meum, & dulcedine saporis tui repleantur viscera mea animæ meæ, & dulcedine suauitatis ac amoris cor meũ siccũ & ferreũ repleatur. Manducet te Angelus pleno ore, manducet te peregrinus homo pro modulo suo, nè deficere possit in via tali recreatus viatico. Panis sancte, panis munde qui descendisti de cælo & das vitam mundo, veni in cor meum, & munda me ab omni inquinamento carnis & spiritus. Intra in animam meam, sana & sanctifica me intus & exterius, esto tutamen & continua salus corporis & animæ meæ. Repelle ã me insidiantes mihi hostes, recedant procul ã præsentia maiestatis & potentiæ tuæ, vt foris & intus munitus per te recto tramite ad regnum tuum perueniam, vbi non in mysterijs sicut hoc tempore agitur, sed facie ad faciem te uidebimus; cum tradideris regnũ Deo Patri, &c. vt Deus ōia in ōibus. Tunc enim me de te satiabis satietate mirifica: ita vt neqs esuriam, neqs sitiam in æternum. Amen. ℟.

Confessio Sancti Ambrosij Episcopi.

Suscipe confessionem meam vnica spes salutis meæ Dne. Deus meus. Gula, ebrietate, fornicatione, libidine, tristitia, ira, acedia, somnolentia, negligentia, cupiditate, inuidia, malitia odio, rancore, detractione, periurio, falsitate, mendacio, vana gloria, leuitate, superbia & auaritia perditus sum; Item cogi-
:tatione, locutione, actione atq; omnib⁹ sensib⁹ extinctus. Sed tu qui iustificas impios & resuscitas mortuos, iustifica me Dne. Deus meus per Iesum Christum filium tuum Dn̄um nostrum, qui factus est pro nobis & pro mundi salute opprobrium hominū & abiectio plebis & tecum & cum Spiritu Sancto viuit & reg-
:nat Deus. per omnia Sæcula Sæculorum. Dn̄.

Sancti Ambrosij Apppollogia quotidiana.

Mordacis conscientiæ stimulis, & delictor̄ nostror̄ recor-
:datione commoniti, te Deum indulgentiæ deprecamur, vtq;
:quid dicto, facto, cogitatione peccatum est, siue lubricitatis impulsu, siue (lubricitatis) ignorantiæ errore commissum, pie-
:tatis tuæ ñri Iesu resoluere dignetur. Qui tecum & cum Spiritu Sancto viuit & regnat Deus per oīa Sæcula Sæculor̄. Amen.

Ante communionem; seu celebrationem Missæ oratio.

Ad mensam dulcissimi conuiuij tui pijssimè Dne. Iesu Chre, ego peccator de proprijs meritis nihil præsumens, sed de tua confi-
:dens misericordia & bonitate accedere vereor & contremisco. Nam cor & corpus habeo multis criminibus maculatum, mentem & linguam non caute custoditam. Ergo ō pia Dei-
:tas! ō tremenda maiestas, ego miser inter angustias depre-

hensus, ad te fontem misericordiæ recurro, ad te festino sanandus: sub tuam protectionem fugio: & quem iudicem iustinere nequeo, Saluatorem habere suspiro. Tibi Dñe plagas meas ostendo; tibi verecundiã meam detego. Scio peccata mea multa & magna pro quib9 timeo; Spero in misericordias tuas quarum non est numer9. Respice in me oculis misericordiæ tuæ Dñe Iesu Xpe rex æterne, Deus & homo, crucifixus propter hominem. Exaudi me sperantem in te, miserere mei, pleni miseriis & peccatis: tu qui fontem miserationis nunquam manare cessabis. Salue salutaris victima pro me & omni humano genere in patibulo crucis oblata. Salue nobilis & pretiosissime sanguis de vulneribus crucifixi Dñi mei Iesu Chri profluens, & peccata toti9 mundi abluens. Recordare Dñe creaturæ tuæ, quam tuo pretiosissimo sanguine redemisti: poenitet me peccasse, cupio emendare quod feci. Aufer ergo à me Clementissime pater omnes iniquitates & peccata mea: vt purificatus mente & corpore digne degustare merear sancta sanctor: & concede vt hæc sacra prælibatio corporis & sanguinis tui; quam ego indign9 sumere intendo, sit peccator meor remissio; sit delictorũ meor perfecta purgatio; sit turpiũ cogitationũ effugatio; bonorum9 sensuum regeneratio, operum9 tibi placentium salubris efficacia, animæ quoq3 & corporis contra inimicor meor insidias firmissima tuitio. Dñe.

Ad Beatam Virginem Mariam ante cõmunionẽ Oratio

O Dulcissima Virgo Mater Maria, te deprecor & exoro, vt

mihi miserrimo peccatori assistere digneris in hac hora, quã
pretiosissimum filij tui corpus & sanguinem sum oblaturus, ac per-
:cepturus, sicut astitisti eidem vnigenito tuo pro nobis in cruce
morienti. Loquere obsecro nunc apud filium tuum pro me bo-
:na, vt tuo benigno auxilio dignè percipiam hoc quod intendo,
menteq; purificatus & corpore, ad meam æternam salutem dig-
:nè sancta sanctor. degustare merear. O Maria flos virginum,
contege nunc & detege pallio tuæ misericordiæ maculas cordis
mei, ac animæ meæ, comitare me nunc dulciter euntem in oc-
:cursum filio tuo, impetra mihi benedictionẽ ab ipso, vt illum cũ
omni diuina sua virtute decenter præparatus benedice-
:re, consecrare & suscipere, eidem reclinatorium gratũ
& dulce in anima mea præbere possim. Pr̃.

Ante Missam alia Oratio.

Maiestatem tuam totis viribus Deus pijssime humilis
deposco & exoro, vt remittas crimina quæ caro fragilis
ã tentatione iniquor Spirituum neguiter admisit: &
iam reuerti ad ea non sinas vltra, sed confirma me in iu-
:stificationibus tuis, & perseuerantiam mihi tribue. in illis, &
fac me dignum ante conspectum maiestatis tuæ astare & sa-
:crificium tibi Dñe casto corpore & mundo corde offerre.

Item alia oratio Ante Missam.

Deus qui de indignis dignos, de immundis mundos, de pec-
:catoribus iustos facis ac sanctos, munda cor & corpus meum
ab omni sorde & cogitatione peccati, & fac me dignum sacris alta-
:ri, ministrum, & concede vt in hoc altari, ad quod indignus ac-

cedo, hostias acceptabiles offeram pietati tuæ pro peccatis &
offensionibus meis, & pro omnibus fidelib9 Christianis, &
omnibus circumstantibus, omnibusq3 mihi familiaritate, vel
consanguinitate coniunctis, omnibusq3 qui mei memoriam
in suis continuis orationibus habent: & per eum sit tibi meũ
acceptabile votum, qui se obtulit in sacrificium Jesus Chri-
stus Dn9 noster, cum quo & Spiritu Sancto viuis & regnas
Deus benedictus per omnia sacula sæculor. Amen.

Oratio ad Sanctum vel Sanctam ei9 dicianteMissam.

O Beate. N. vel, Beata. M. ego miser peccator de
tuis meritis confisus oblaturus sacratissimum sacramentũ
corporis & sanguinis pro tuo honore & gloria: precor te hu-
millime & deuote, vt pro me hodie intercedere digneris, vt tan-
tum sacrificium digne & acceptabiliter offerre valeam, & eũ
tecum æternaliter laudare valeam. Amen.

Gregorius decimus tertius Pontifex Max: concessit
cuilibet Sacerdoti ante missam sequentẽ orationem dicenti.
quinquaginta dierum Indulgentias.

Ego volo celebrare missam, & conficere corpus & San-
guinem Domini nostri Jesu Christi, iuxta ritum Sanctæ Ro-
manæ Eccliæ, ad laudem Omnipotentis Dei, totiusq3 curiæ
triumphantis; ad vtilitatem meam, totiusq3 curiæ militantis,
pro omnib9 qui se precib9 & orationibus meis in genere & in
specie commendauerunt, & pro felici statu Sctæ Romanæ Eccliæ.
Oremus. Gaudium cum pace, emendationem vitæ, spa-
tium veræ pœnitentiæ, gratiam & consolationẽ Sti Spiritus

perseuerantiam in bonis operibus; cor contritum & humili-
atum tribuat nobis omnipotens & misericors Deus. Per.

Alia ante Missam oratio.

Domine Deus noster panis cælestis, vita vniuersi, peccaui
in cælum & coram te, & non sum dignus particeps fieri immacu-
latorum tuorum mysteriorum. Sed tu misericors Deus, dignum me
fac gratia tua, vt citrà condemnationem particeps fiam sancti cor-
poris & pretiosi sanguinis tui in remissionem peccatorum meorum omn-
ium; & ad vitam æternam promerendam. Per.

Oratio S. Joannis Chrysostomi ante Missam.

Domine Deus noster, emitte manum tuam de sancto habi-
taculo tuo, & corrobora me ad propositum ministerium tuum,
vt citra condemnationem assistam metuendo Altari tuo, & hoc
immaculatum sacrificium peragam ad gloriam nominis tui
animæ meæ salutem, nunc & semper, & in sæcula sæculor. Per.

Sequitur Exercitium post Missæ celebrationem.

Post missam gratias age, & pete, vt prosit omnibus hoc sacrifi-
cium, nè ob tuam ingratitudinem fructus illius pereat. Cæteras
petitiones quas Spūs inspirauerit iunge, innoua propositum emen-
dationis & maioris custodiæ. Singulariter custodiam, ac vigi-
lantiam contra linguam statue cum firmo proposito, ponendo
ori tuo custodiam, vt non delinquas in lingua tua, sile etiam à
bonis, & humiliare in præsentia tanti hospitis quem indigno
suscepisti & obmutesce ad tantā bonitatem, quod Deus tuus

ad te venire dignatus sit, erige cor, mentem & animã
ad Deum & meditare omnes bonitates illi9, loquere illi.
in humilite confitendo oẽs abominationes tuas, ac enar,,
:ra oia mirabilia & beneficia eig quæ ostendit & fecit
tibi, & inter recedendum ab altari canta ei canticũ,
quod cantauerunt Patres nri Sancti Ambrosi9 & Augustin9.

Te Deum laudamus, Te Dominum confitemur.

Postea benedic Domino, & dic Canticum

Trium puerorum cantemus hymnum, quem cantabant San
:cti in camino ignis, benedicentes Dominum. temp: pasch: Allel:

Hymnus Trium puerorum.

Benedicite omnia opera Domnini Domino: Laudate &
superexaltate eum in Sæcula.

Benedicite Angeli Domini Domino: benedicite cæli Domino.

Benedicite aguæ omnes, quæ super cælos sunt Domino: bene,,
:dicite omnes virtutes Domini. Domino.

Benedicite Sol & Luna Domino: benedicite Stellæ cæli Dño.

Benedicite imber & ros Dño: benedicite oĩs Spirit9 Dei Dño.

Benedicite ignis & æstus Dño: benedicite frig9 & æstas Dño.

Benedicite rores & pruina Dño: benedicite gelu & frigus Dño.

Benedicite glacies & niues Dño: benedicite noctes & dies Dño.

Benedicite lux & tenebræ Dño: benedicite fulgura & nubes Dño.

Benedicat terra Dnum: laudet & superexaltet eum in Sæcula.

Benedicite montes & colles Dño: bened: Vniuersa germinantia
in terra Domino.

Benedicite fontes Dño: benedicite maria & flumina Dno:

Benedicite Cete & oia quæ mouentur in aquis Domino:
benedicite omnes volucres cæli Domino.
Benedicite omnes bestiæ (Domino) & pecora Domino: bene:
:dicite filij hominum Domino.
Benedicat Israel Dominum: laudet & superexaltet eum in
sæcula.
Benedicite Sacerdotes Dñi Dño: benedicite Serui Dñi Dño.
Benedicite Spiritus, & animæ iustorum Domino: bene,,
:dicite Sancti & humiles corde Domino.
Benedicite Ananias, Azarias, Misaël Domino: Laudate
& superexaltate eum in sæcula.
Benedicamus Patrem & Filium cum Sancto Spiritu:
laudemus & superexaltemus eum in sæcula.
Benedictus es Domine in firmamento cæli: laudabi,,
:lis, & gloriosus, & superexaltatus in sæcula.

Psalmus 150.

Laudate Dominum in Sanctis eius: laudate eum in firmam,,
:ento virtutis eius.
Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum secundum multi,,
:tudinem magnitudinis eius.
Laudate eum in sono tubæ: laudate eum in psalterio & cythara.
Laudate eum in tympano & choro: Laudate eum in cordis & organo
Laudate eum in cymbalis benesonantibus: laudate eum cymbalis
iubilationis: omnis Spiritus laudet Dominum.
Gloria patri & filio &c. Antiphona

Trium puerorum cantemus hymnum: quem cantabant Sancti

in camino ig nis benedicentes Dominum. Temp: pasch. Alla
Kyrieeleison Christeeleison Khyrieeleison
Pater noster. ſ: ℣: Et nè nos inducas in tentationem ſ:
℟. Confiteantur tibi Dne oia opera tua.
℟: Et Sancti tui benedicant tibi.
℣: Exultabunt Sancti in gloria.
℟: Lætabuntur in cubilibus suis.
℣: Non nobis Domine non nobis.
℟: Sed nomini tuo da gloriam.
℣: Dne exaudi orationem meam. ℟: Et clamor meus ſ:

Oremus.

Deus qui tribus mitigasti pueris flammas ignium: conce
: de propitius: vt nos famulos tuos non exurat flamma vitior. ſ:
Actiones nostras quæsumus Domine aspirando præueni,
& adiuuando proseguere: Vt cuncta nostra oratio & operatio
à te semper incipiat, & per te coepta finiatur
Da nobis quæsumus Domine vitior nostror flammas ex
tinguere: Vt qui Beato Laurentio tribuisti tormentor
suorum incendia superare. per Chm Dnum ſ:

Orationes post Missæ celebrationem seu Comunione.

Refecisti me Christe Jesu melle dulcedinis tuæ, quo con
fortes me quæso ambulantem in via mandatorum tuor,
nè in seruitio tuo, aut feruore indiscreto viribus deficiam,
aut torpori acediæq3 succumbam. Sed propitius tu mise
: rere mei, quæso Domine, misereremej & salua me
Huius autem beneficij tui quæso tam viui, quam defuncti cuncti

participent fructum, omnibus huius fani prosit virtus, pro
quibus tu olim temetipsum Patri tuo obtulisti in Cruce.
miserere igr omnium Deus meus, miser: miser: & salua nos.
Hoc præterea donum tuum, & omnia dona tua mihi indigno &
misero collata, in vulnera tua Sanctissima abscondo; tibi ser-
:vanda, augendaq3 eadem committo; quo tua gratia me pro-
:tegente; ex nullo eorum superbiam; sed humilior & grati-
:or tibi semper idem efficiar. Tu uero miserere quæso mei
Deus meus, miserere mei, & salua me Deus meus. Amen.

Post celebrationem ac Sacram Communionem. imita-
:re Elisæum Eliæ continuo adhærentem. & dic.

Domine Iesu Christe, mitissime ac benignissime De9
meus, quid retribuam tibi pro his, quæ mihi tribuisti?
Te ipsum dedisti mihi. Nihil te pretiosius accipere potui,
nihil vtilius, nihil Sanctius. Me ipsum reddo tibi. Aliud en-
:im nihil habeo. Tu uero mane mecum pijssime Iesu, &
tunc præcipue, quando deuotio in me refrigescit &
vesperascit: & fac ut maneam ego quoq3 tecum. Quo-
:circa miserere quæso mei Deus meus miserere mei & salua me.
Spiritus tuus quoq3 duplex, quo Elisæum dotasti,
impleat me quæso Dñe; vt huius virtute Sacramenti illum
:inato intellectu, affectuq3 purgato, atq3 inflammato,
totus tibi perfectissimè placeam, ex totoq3 corde meo
te in omnibus, & super omnia diligam.

Quia uero tua dignatus es misericordia pijssime
Deus, vt ingredereris vile tabernaculum meum, para

tu ipse tibi vero Eliseo mensam, sedem ac lectulum in
corde meo: hoc est, deuotionem, puritatem & pacem,
quo te delectat manere mecum. Nec posthac offen-
:dam te, vnde ā me recedas, sed teneam possideamq3
te in æternum. Miserere igitur quæso mei Deus me9,
miserere mei, & salva me. Amen.

Post Communionem seu Celebrationem imita-
:re Eliam feliciter emigrando. & dic.

Obsecro nunc te per charitatem tuam pijssi-
me Domine Jesu Christe Deus meus & Sn9
meus, vt sumpto hoc viatico tuo; sis tu mihi cibus,
qui me confortet, nutriat, protegat. Sis currus
quo de exilio huius miseriæ alacer migrem, atq3
feliciter perducar ad te in gaudia cælestis patriæ; quod
ut quantotius obtineam, miserere quæso mei Deus meus, mi-
serere mei, miserere mei & salua me.

Sit mihi quæso Eucharistiæ, hoc est, bonæ gratiæ hoc quod
sumpsi Sacramentum pie Jesu, panis cælestis. Sit mihi man-
:na, refectio ac cibus, in cuius fortitudine ambulem vsq3 ad
montem Dei. A quo nè abhac vita quæso, me patiaris emig-
:rare ieiunum; sed huius Sacramenti susceptio, & modo, &
tunc sit mihi plena reconciliatio; plena peccatorū purgatio,
& ad vitam æternam introductio. Quapropter miserere
quæso mei Deus meus, miserere mei, & salua me.

Postremo quomodo tu in curru igneo Eliam transtulisti,
ita hui9 Sacramenti perceptione absorbeat me quæso ignita

O mellifl[ua] vis amoris tui, quæ mundo me totum faciat mori, ā phantasmatibus & creaturar[um] imaginibus denudari; ā priuato amore liberum fieri; & in te absorberi, tecum[que] vnu perpetuo fieri. Miserere ig[itu]r clem[en]s Ih[es]u quæso mei, miserere mei, miserere mei, & salua me.

in te rapi,

Oratio post mi[ssa]e celebrationem deuote ruminanda, continet enim omnes Eucharistiæ virtutes.

Quomodo hac me g[rat]ia dignatus es Ih[es]u Deus meus, vt corporis & sanguinis tui sacramento me cibares, ita me quoq[ue] huius sacramenti operationibus atq[ue] virtutibus cum[u]lctis impleas quæso. Per omnia ig[itu]r vulnera tua, & per dolores tuos te obsecro Iesu piissime, vt huius sacramenti perceptio animæ meæ vitam tribuat g[rat]iæ, quæ vitales & diuinos motus in me exerceat; purificet me ā vitijs & peccatis; peccandi fomitem ac libidinem in me penitus minuat; robur atq[ue] animi fortitudinem adijciat; g[rat]iam tuam mihi augeat; virtutes destructas & deperditas restauret; tenebras cordis mei illuminet; ā peccatis meis me præseruet; ā tentationibus, & diaboli machinationib[us] me defendat; adoptionis tuæ seipsum mihi arrham constituat; dulcedine g[rat]iæ tuæ me implcat, & consoletur; deuotione impinguet, charitate tua me inflammet; ac tibi me vniat, spiritu me exhilaret, ac ā pœnis futuris omnibus post hanc vitam, tutum securumq[ue], ac liberum te miserante me reddat. Am[en].

Alia post Celebrationem oratio; pro illuminatione ex virtute huius sacramenti percipienda.

Deus æterne amator, & misericors, illumina cor meum ad cognoscendam prauitatem, vilitatem & ingratitudinem meam propriam cum sancto odio & displicentia. Cognoscam piissime Iesu quam nihil sim, & possim, & despiciam me ipsum. Cupiam ex animo ab omnibus despici, optem humiliari, gaudeam iniurias ac contumelias pati. Eia benignissime Iesu, infunde mihi veram cognitionem meiipsius, contritionem & perfectissimam humilitatem. Iterum obsecro te per viscera misericordiæ tuæ Dne Deus meus illumina cor meum ad cognoscendam, & diligendam bonitatem, pietatem & charitatem tuam erga nos. Vulnera quæso cor meum tui amore castissimo, fidelissimo atq; feruentissimo. Reple cor meum dulcis Iesu perfectissima, ardentissima, inextinguibiliq; charitate tua, vt ex toto corde meo semper te sitiam, semper te diligam in omnib9 & super omnia. Clementissime Iesu, Deus meus & omnia: rogo te, illumina cor meum ad cognoscendum, amandum perficiendumq; omne beneplacitum tuum. Da mihi meiipsius perfectissimam abnegationem atq; resignationem; vt me ipsum omnimode relinquam, exuam, mortificem & resignem in omne beneplacitum tuum. Da mihi, vt me totum tuæ potentiæ credam; de manu tua omnia cum gratiarum actione accipiam, & in omnibus te laudem & benedicam. Fac piissime Deus, vt omnem vitam meam, omne tempus, omnes actus, & vires corporis & animæ meæ, totumq;

id quod sum & possum, in laudem, in amorem & in
beneplacitum tuum expendam. Per.

Alia oratio post communionem seu Missæ celebra-
tionem, pro opportunitate Sacerdotis celebran-
tis seu communicantis dicenda.

Gratias tibi ago Dne Sancte pater omnipotens æter-
ne deus, qui me peccatorem, indignum famulum tuum,
nullis meis meritis; sed sola dignatione misericordiæ tuæ
satiare dignatus es pretioso corpore & sanguine filij
tui Dñi nri Jesu Chri. Te deprecor, vt hæc Sanctissima
Communio non sit mihi reatus ad pœnam; sed intercessio
salutaris ad veniam. Sit mihi armatura fidei, & scutum
bonæ voluntatis: sit vitiorum meorum euacuatio; concupiscen-
tiæ & libidinis exterminatio; charitatis & patientiæ, humi-
litatis & obedientiæ, omniumq3 virtutum augumentatio;
contra insidias inimicorum omnium tam visibilium quam
invisibilium firma defensio, motuum meorum tam carnalium
quam spiritualium perfecta quietatio: in te vno ac vero
Deo firma adhæsio: atq3 finis mei felix consumatio. Et pre-
core te, vt ad illud ineffabile conuiuium me peccatorem per-
ducere dignetis: vbi tu cum filio & spiritu Sancto, Sanctis
tuis es lux vera, satietas plena, gaudium sempiternum,
iucunditas consumata & felicitas perfecta. Per eundem

Alia oratio post communionem seu celebrationem dicenda.

Transfige dulcissime Dne Jesu Chre medullas & vis-
cera animæ meæ suauissimo ac salubberrimo amoris tui vulne-

re, vera serenaq; & Aplica Sanctissima charitate, vt lan-
gueat & liquefiat anima mea solo semper amore & desiderio
tui, te concupiscat & deficiat in atria tui, cupiat dissolui
& esse tecum. Haut anima mea te esuriat panem Ange-
lorum, refectionem animar Sanctar; panem nostrum quo-
tidianum Supersubstantialem, habentem omnem dulcedine
& saporem, ac omne delectamentum suauitatis: te, in quem de-
siderant Angeli prospicere, semper esuriat, & comedat cor
meum; & dulcedine saporis tui repleantur viscera animæ
meæ: te semper sitiat fontem vitæ, fontem sapientiæ & scie-
entiæ, fontem æterni luminis, torrentem voluptatis, vber-
tatem domus Dei, te semper ambiat, te quærat, te inueniat, ad
te tendat, ad te perueniat, te meditetur, tibi loquatur, & omnia
operetur in laudem & gloriam nominis Sancti tui, cum humi-
litate & discretione, cum dilectione, & delectatione, cum
facilitate & affectu, cum perseuerantia vsq; in finem:
& tu sis solus semper spes mea, tota fiducia mea, diuitiæ
meæ, delectatio mea, iucunditas mea, gaudium meum, quies
& tranquillitas mea, pax mea, suauitas mea, odor meus, dulce-
do mea, cibus meus, refectio mea, refugium meum, auxilium me-
um, sapientia mea, portio mea, possessio mea, thesaurus meus,
in quo fixa, & firma, & immobiliter semper sit radicata mens
mea, & cor meum. Amen.

Alia oratio post celebrationem seu communionem.

Ineffabilem misericordiam tuam Dne Jesu Chre humili-
ter exoro, vt hoc sacramentum corporis & sanguinis tui,

quod indignus suscepi: sit mihi purgatio scelerum, sit for-
:titudo fragilium, sit contra mundi pericula firmamentum,
sit impetratio veniæ, sit stabilimentum gratiæ, sit medicina
vitæ; sit memoria tuæ passionis, sit contra debilitatem fom-
:entum, sit viaticum meæ peregrinationis. Euntem me con-
:ducat, errantem me reducat, reuertentem me suscipiat, titu-
:bantem me teneat, cadentem me erigat, & perseuerantem
me in gloriam introducat. O altissime Deus, beatissima præ-
:sentia corporis & sanguinis tui sic immutet palatum cordis
mei, vt præter te nullam vnquam sentiat dulcedinem, nullam
amet pulchritudinem, nullum quærat illicitum amorem, nulla
desideret consolationem, nullum curet honorem; nullam tim-
:eat crudelitatem. Qui vivis & regnas cum Deo Patre,
in vnitate Spiritus sancti Deus. per oia sæcula sæculorum.

Oratio Sancti Thomæ de Aquino post communionem.

Adoro te deuote latens Deitas
Quæ sub his figuris vere latitas:
Tibi se cor meum totum subijcit,
Quia te contemplans totum deficit.
Visus, tactus, gustus in te fallitur,
Sed auditu solo in te creditur.
Credo quicquid dixit Dei filius,
Nil hoc verbo veritatis verius.
In cruce latebat sola Deitas,
At hic latet simul & humanitas
Ambo tamen credens atq; confitens,

Peto quod petiuit latro pœnitens.
Plagas sicut Thomas non intueor,
Deum tamen meum te confiteor.
Fac me tibi semper magis credere,
In te spem habere, te diligere.
O memoriale mortis Domini,
Panis vere vitam præstans homini.
Præsta meæ menti de te viuere,
Et te illi semper dulce sapere.
Pie Pelicane Iesu Domine,
Me immundum munda tuo sanguine

cuius vna stilla saluum facere,
totum mundum possit omni scelere;
Iesu quem velatum nunc aspicio,
oro fiat illud, quod tam sitio.
vt reuelata cernens facie,
visu sim beatus tuæ gloriæ. Qui. Fin.

Oratio ad Beatam Virginem Mariam post Missæ celebrationem seu sacram Communionem dicenda.

Commendo me serenissima, vereq; inclita Virgo Maria, cæliac terræ Regina, quæ in tuo sacratissimo vtero eundem Dominum & omnium Creatorem, quem ego modo suscepi, de Spu scto conceptum dignè portasti. Precor te matrem Dei Sanctam vt pro me apud filium tuum intercedas, vt quacunq; ratione in Summi Sacramenti huius sumptione deliqui, huius negligentiæ & indignitatis veniam impetres. Tu semper casta, pura, innocens post conceptum filium etiam castior, purior, sanctior Deoq; gratior exaristi. Vtinam & me tam diuini Sacramenti perceptione ita sanctifices, vt deinceps cor & corpus meum ab omni lethalis peccati macula tuear impollutum. Tu concepto filio de Spiritu Sancto magnificas laudes Domino lætè decantasti, & in Deo salutari tuo mirabiliter exultasti. O si tuis efficacibus meritis & precibus id assequar Virgo Mater, vt cum sacra Communione nouum & ardentem Spiritum coniungam, ac semper in gratiarum actione pius versor, tanto què Redemptori & hospiti me ingratum nunquam, sed fidum in omnibus ministrum ostendam —. Fin.

Alia post Missam, vel Communionem oratio.

Hæc sunt conuiuia quæ tibi placent, quæ nobis orphanis in memoriam tuæ dilectionis reliquisti. O Patris Sapientia na-

tus de Virgine, qui non dedignatus es venerabile corpus tu-
um tangi & sumi à me indigno peccatore. Quid tibi digne red-
dam pro omnibus quæ retributisti mihi? Si enim totius mundi
merita in vnum fuerint congesta non valerent tuæ dignationi
aliquatenus comparari. Gratias ergo ago tibi bomine Jesu fili
Dei vivi, Rex regum & Dominus Dominantium gratiarum acti-
nes pro posse fragilitatis meæ, tuæ tremendæ maiestati & im-
mensæ pietati piissime Jesu refero, quod sacro corpore & san-
guine tuo pretiosissimo animam meam nimis aridam dulciter
refecisti. Rogo te, vt quicquid vitiorum in me, & tuæ voluntati
sanctissimæ contrarium inuenitur, communione huius sacra-
menti funditus euacuetur; & cor meum dignum Sancti Spiritus
habitaculum præparetur. O dulcissime sit hoc Sacramentum cor-
poris & sanguinis tui sanitas & dulcedo animæ meæ, salus &
sanctitas in omni tentatione, pax & gaudium in omni tribula-
tione; lumen & virtus in omni verbo & opere, solamen & tu-
tella finalis in morte. Amen.

Dum suscepisti venerabilem hostiam, ter mente po-
tius, quam ore deuotè dices.

Anima Christi sanctifica me:	Intra vulnera tua absconde me:
corpus Christi salua me:	Ne permittas me separari à te:
Sanguis Christi inebria me:	Ab hoste maligno defende me:
Aqua lateris Christi laua me.	In hora mortis meæ voca me:
Passio Christi conforta me:	Et iube me venire ad te; vt cum
O bone Jesu exaudi me;	Sctis tuis laudē te, in sæcula sæculor. Amen.

Item post missam seu sacram Communionem oratio.

Gratia nunc oro dulcissime Deus, vt hoc dulcissimum Sacra-

mentum sit omnium peccatorum meorum effactissimum me-
dicamentum; sit mihi charissime Deus hoc dulcissimum
sacramentum omnis virtutis & gratiæ virtuosissimum
complementum. Sit mihi benignissime Deus hoc suauissimū
sacramentum tam in vita, quam morte validissimum susten-
tamentum. Mi Jhē Deus te deprecor per sanctam Eu-
charistiam vt à peccatis mundatus, meritis fœcundatus,
fine bono consummatus, tecum sim sine fine beatus. Depre-
cor te O amantissime Jesu pro omnibus mihi familiaribus,
& pro omnibus benefactoribus meis; vt per adiutricem
huius sacramenti virtutem adiuues & dirigas eos ad
æternam salutem. Deprecor te O mi dulcissime Domine
Jesu Christe pro omnibus mihi in oratione commissis, vt
per virtutem huius sacramenti confirmatricem confirmes
& munias eos ad æternam salutem. Deprecor te ō mi
mitissime Domine Jesu Christe pro omnibus fidelibus defun-
ctis, vt per liberatricem huius sacramenti virtutem, liberes
eos & perducas ad æternam salutem. Jhū.

Lytaniæ de Venerabili Eucharistiæ sacramento,
post missæ celebrationem seu communionem dicendæ.

Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison.
Christe audi nos. Christe exaudi nos.
Pater de cælis Deus. Miserere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus. Miserere nobis.
Spiritus sancte Deus. Miserere nobis.
Sancta Trinitas vnus Deus Miserere nobis.

Panis viuꝰ qui de cælo descendisti.
Heꝰ absconditꝰ & Saluator.
Frumentum electorum.
Vinū germinans Virgines.
Panis pinguis & delicia Regum.
Iugis Sacrificium.
Oblatio munda.
Agnus absq; macula
Mensa propitiationis.
Mensa purissima.
Angelorum esca.
Manna absconditum.
Memoria mirabilium Dei.
Panis Supersubstantialis.
Verbum caro factum habitans
in nobis.
Calix benedictionis
Hostia Sancta.
Mysterium fidei.
Præcelsum & venerabile Sa,,
:cramentum.
Sacrficium oīum Sctmum.
Verè propitiatorium prōvi,,
:tis & defunctis.
Cælestе antidotum quo ā pec,,
:catis præseruamur.

Stupendum super oīa miraculū.
Sacratissima Dominicæ pas:
:sionis commemoratio.
Bonum transcendens om,,
:nem plenitudinem.
Diuina affluentia largitatis.
Sacrosanctum & augustissi,,
:mum mysterium.
Pharmacū imortalitatis
Tremendum ac viuificum
Sacramentum.
Panis omnipotentia verbi.
caro factus.
Incruentum Sacrificium.
Cibus & conuiua
Dulcissimum cui assistunt
Angeli ministrantes.
Sacramentum pietatis.
Vinculum charitatis.
Offerens & oblatio.
Spiritualis dulcedo, in pro,,
:prio fonte degustata.
Refectio animar Sctar.
Viaticum in Domino mor,,
:ientium.
Pignus futuræ gloriæ.

Miserere Nobis Domine.
Miserere Nobis Domine.

Propitius esto. Parce nobis Dñe. Propitius esto, exaudi nos.
Ab indigna corporis & sanguinis tui pretiosissimi susceptione. . . . . Libera nos Dñe.
A concupiscentia carnis. . . . Libera nos Dñe.
A superbia vitæ. . . . . Libera nos Dñe
Ab omni peccandi occasione. . . . . Libera nos Dñe.
Per desiderium illud, quo hoc Pascha cum discipulis manducare desiderasti. . . . . Libera nos Domine.
Per summam humilitatem, qua discipulorum pedes lauisti. . . . . Libera nos Dñe.
Per ardentissimam charitatem, qua hoc diuinum Sacramentum instituisti. Libera nos Dñe.
Per sanguinem tuum pretiosum, quem nobis in altari reliquisti. Libera nos Dñe.
Per quinq; vulnera huius tui corporis sacratissimi, quæ pro nobis suscepisti. Libera nos Dñe.
Peccatores. Te rogamus audi nos.
Vt in nobis fidem, reuerentiam, & deuotionem huius admirabilis Sacramenti augere & conseruare digneris. Te rogamus audi nos
Vt ad frequentem vsum Eucharistiæ, per veram peccatorum confessionem nos perducere digneris. Te rog.
Vt nos ab omni hæresi, perfidia, ac cordis cæcitate liberare digneris. Te rogamus audi nos.
Vt huius Sanctissimi Sacramenti pretiosos, & cæles tes fructus nobis impartiri digneris. Te rogamus

Vt in hora mortis nostræ hoc cælesti viatico nos con-
fortare & munire digneris. Te rogamus audi nos.
Fili dei Te rogamus audi nos.
Agnꝰ dei qui tollis peccata mundi. Parce nobis dne.
Agnus dei qui tollis peccata mundi. Exaudi nos dne
Agnus dei qui tollis peccata mundi. Miserere nobis.
Christe audi nos Christe exaudi nos. Kyrie eleison,
Christe eleison, Khyrie eleison. Pr̃ nr̃.
℣. Et nè nos inducas in tentionem. ℟. Sed libera nos.
℣. Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & mi-
:sericors dñus. ℟. Escam dedit timentibus se.
℣. Panem de cælo præstitisti nobis domine ℟. Omne
delectamentum in se habentem.
℣. Ex altari tuo domine. Christum suscipimus.
℟. In quem cor & caro nostra exultant.
℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meꝰ

Oremus.

Deus qui nobis sub sacramento mirabili passionis
tuæ memoriam reliquisti: tribue quæsumus: ita nos
corporis & sanguinis tui sacra mysteria venerari,
vt redemptionis tuæ fructū in nobis iugiter sentiamꝰ.
Domine Jesu Chrē, fili dei vnigenite, qui ex volun-
:tate patris cooperante spiritu sancto mundum vivi-
:ficasti, libera nos per tremendum corporis &
sanguinis tui sacramentum, ab omnibꝰ iniquitatibꝰ
nostris, & vniuersis malis, & fac nos tuis inhær=

,,erere mandatis, et ā te nunquam separari permittas.

Deus qui diligentibus te bona inuisibilia præparasti, in,,
:funde cordibus nostris tui amoris affectum, vt te in omnib,
et super omnia diligentes, promissiones tuas, quæ omne deside,,
:rium superant consequamur. Per dnum nrum Jesum. ℘.

Si pro aliquo amico, familiari, benefactore vel superi,
:ore tuo ℘. orare post missæ celebrationem desideras. dic.

Domine Jesu Christe, Clementissime Deus meus, illu,,
:stra cor famuli tui N: gratia sancta tua; consolare eum in
tristitijs, in aduersis adiuuare; frigidum in seruitio tuo fcto,
charitate tua ardentissima inflammare digneris: honorem
fact: ñi nominis tui, ac diuinissimæ voluntatis tuæ beneplacitum
semper quærat; ac te Deum suum puro corde super omnia
diligat; seqꝫ ipsum totum tibi suo Deo, ex toto corde suo, totaqꝫ
anima sua resignet ac funditus submittat; sicqꝫ voluntati
tuæ Sanctissimæ in omnibus obsequi studeat, vt semper, et in
omni tempore in oculis tuis secundum Sanctiñæ voluntatis
tuæ beneplacitum inueniatur Seruus fidelis. Amen.

Pro fidelibus defunctis post celebrationem Oratio.

Memor esto benignissime Deus misericordiarum tuarꝝ,
quæ ā Sæculo sunt: et fidelibus omnibus defunctis da
refrigerium et requiem sempiternam. Descendat pyssime
Jesu, sanguinis tui roscei ac callidi effussio in purgatoriu,
et recreet refrigeretqꝫ omnes ibi captiuos ac patientes.
Libera eos Domine Deus noster ex omnibus angustijs
eorum. Domine Jesu christe ego do illis mortem tuam,

& sanguinem tuum. Quomodo enim aliter possum illis succurrere aut mederi? Largire tu Deus meus, vt horum, quæ tibi ad honorem & gloriam Sanctissimi nominis tui obtuli, mysteriorum virtute à pœnis liberentur purgatarij. Per.

Alia pro benefactoribus post missam oratio.

Omnibus mihi benefacientibus, atq; fauentibus, tu clementissime Domine pro me te ipsum retribuas, quia melius nec ego petere, nec tu dare potes nobis, quam te ipsum suauissime Deus meus, bonus meus, æterna bonitas mea, salus mea vita mea, gaudium meum, totum bonum Deus meus & omnia.

Pro confœderatis post missam precatio.

Omnes pijssime Jesu, qui mihi propter te confœderati sunt atq; vniti, tibi offerro: tu quæso tibi eos confœdera, vt omnes tecum vnum simus, teq; vnanimiter laudemus. Illumina & conserua eos in amore tuo, da illis ô Domine sapientiam, humilitatem, castitatem, obedientiam amorem & timorem tuum vt te puro corde diligant, tibi obediant teq; in fide recta sequantur. Proroga ipsis dies vitæ, & annos multos largire, gratiam tuam eis concede, vires tribue, vt quæ tu iubes fideliter exequantur, plenèq; tibi deseruiant. Amen.

Pro tentatis & afflictis precatio.

Omnes desolatos, afflictos, tentatos ac mœstos misericordissime Jesu, pro infinita bonitate tua consolare, ac iuxta eorum vtilitatem, & tuam voluntatem visitare digneris. Esto memor quia te solum habemus hominum & Deum nostrum, ad quem securi confugiamus in omnibus necessitatibus nostris.

Abrit igitur à bonitate tua, vt tu repellas nos, qui es Deus noster, refugium nostrum, & virtus in omni tribulatione nra. ſ.

Pro parentum, conſanguineorum amicorumq; vita. correctione & ſalute poſt miſſam precatio.

Rogo te ō Clementiſſime Ieſu per ſanctam Incarnatio-nem, paſſionem & mortem tuam; & per omnia quæ ab in-itio vſq; ad finem vitæ ſuſtinuiſti; miſerere parentum, fratrum, ſororum, amicorum; benefactorumq; meorum: & eorum omnium qui mihi occaſio, aut ſubſidium fuerunt ad hunc ſtatum perueniendi. Et dignare nobis corrigere, quæ tibi diſplicent, largiriq; quæ tibi placent, vt nunc gra-tia tua digni reddamur, & poſt hac terum ſine fine lætem. Amen.

Pro afflictorum, deſolatorumq; ſubleuamine oratio.

Rogo te dulcedo cordium, & tribulatorum ſummum refugium Chriſte Ieſu, per merita omnium angu-ſtiarum & angueſtiarum pyiſſimi cordis tui; omnibus afflictis, ten-tatis ac deſolatis ſubuenire: eosq; ab omnibus malis, atq; periculis tam corporis, quam animæ eripere, gratiamq; tuam in ipſorum augere; ac ad æternæ felicitatis brauium perducere dignerts. Amen.

Pro Eccliæ Catholicæ reformatione, & errantium animarum reuocatione ad viam veritatis, precatio.

O paſtor bone & fidelis chriſte Ieſu, oues tuas ferociſſimorum luporum dentibus raptas, ad ouile tuum ſanctam reduc Eccliam, renoua eos Spiritu dulcedinis tuæ; ac omnium errorum, totiusq; perfidiæ & infidelitatis caliginem ab e-

orum cordis oculis deterge, quō vocem tuam agnoscant, teq; in vera humilitate & ardentissima charitate sequan-
:tur. Reforma quoq; pristinæ charitatis & innocentia feru-
:re Ecclesiam tuam Sanctam, quam proprio & pretiosissimo tuo
sanguine redimisti, ac de diabolica captiuitate liberasti: max-
:imè autem Ecclesiasticos ordines, Quiumq; tuarum pastores
& prælatos, vt oues tuas viam veritatis edoceant; quæq; ore
docent, opere ipsi implere satagant. Tu enim piè Domine
oculis tuis ipse cernis, ad quantam omnes nos miseriam &
calamitatem dilapsi sumus, sed non absq; demerito nostro. Non
enim iniustus es qui infers iram. Tibi enim Domine pecca-
:uimus, iniustè egimus, iniquitatem fecimus. Te Patres no-
:stri ad iracundiam concitauerunt, neq; nos à via eorum re-
:cessimus; sed excessimus de vanitate ad iniquitatem, ita ut
te ex toto corde nostro non perquireremus, iniquitates enim
nostræ nimis multiplicatæ sunt. Ideo satis iustè inuenerunt
nos hæc omnia mala quæ patimur. Sed spero quod tandem mise-
:ricordissimis tuæ pietatis oculis super nos respicies, qui non
in finem irasci soles, sed iuxta prophetam tuum cum iratus
fueris, misericordiæ recordaberis. Hac spe fretus, pro tua
desolata Ecclesia, cuius & ego membrum minimum sum, tibi
Deus omnipotens, pius & misericors supplico, te oro, & ob-
:secro; omniaq; pietatis tuæ viscera precibus meis indignis
pulso, vt omnibus nobis; præcipuè in necessitatibus & periculis
varijs constitutis, iuxta solitam benignitatem succurras, nosq;
protegas, & gra tua; sine qua nihil sumus, munias & defendas. Qui.

Oratio pro Commissis & recommendatis.

Rogo te ō bonitas infinita, ō maiestas immensa, ō Deus meꝰ. præcipuè pro me ipso omnium miserrimo atq; vilissimo, qui præ cæteris gratiæ tuæ auxilio tantō magis egeo, quanto infirmior sum, & ad omne bonum impotentior. Scis tu benignissime Deus, quam inutilis & nihil sim: ac gratiam tuam in me & alijs impedio atq; euacuo. Quapropter ō omnium liberalissime atq; pijssime homine supplex te oro ac rogo pro omnibus commissis ac mihi commendatis, vt eos in tuam suscipias curam, eos omnes Secundum Sanctissimam voluntatem tuam gubernes ac regas; horum omnium animas & corpora tibi Deo meo commendo, & in cor tuum dulcissime Iesu abscondo ac immergo. Tu quæso benignissime Deus omnes misero mihi peccatori commendatos ac commissos regas, protegas, custodias, ac iuxta beneplacitum tuum saluos, ac sanctifices ad gloriam tuam sempiternam. Sine Deus meus pro hoc loco, & huius loci habitatoribꝰ obsecro te per effusionem sanguinis tui pretiosissimi, & per omnium miserationum tuarum abyssum; vt super nos omnes abundet, confirmetq; gratia tua: & nemo ex nobis pereat. Tu uero Spiritualia, & temporalia nobis secundum placitum tuum largiaris, nos & omnes mihi commissos dirigas, regas, foueas & custodias, ita ut cultus tuus, animarumq; salus hic semper vigeat, crescat, augeatur perseueretq; in æternum. O dulcissime Iesu, fidelissimeq; amator Deus meus & Deus meus; res, homines, ac omnia huius loci, mihiq; commendatos omnes, tibi in cor tuum offero, ac commendo, tu enim ab æterno nouisti, quod

ego nihil sim, & necesse est, vt tu ipse nos omnes custo-
:dias, regas atq; possideas. Hoc modo etiam tibi commendo
omnes qui à me petunt orationes. Tu misericordissime
Deus, qui dives es in omnibus, iuxta fidem illorum, & pro
misericordia tua infinita glorifica nomen sanctum tuum, &
fac nobiscum non iuxta vilitatem & demerita mea, sed secun-
:dum bonitatem, pietatem & inexhaustam misericordiam tuam.

Pro peccatoribus & seipso oratio.

Adoro, laudo & benedico te misericordissime Deus meus,
& gratias tibi ago pro immensa clementia, & bonitate tua
infinita, qua nos miseros peccatores, ingratos atq; adeo vi-
:ta ipsa indignos, misericorditer non solum sustines, sed etia
parcis, & beneficis nobis. Vincat igitur O Deus meus;
vincat quæso malitiam nostram bonitas tua; emolliat duri-
:tiam nostram pietas tua; inflammet congelata corda nostra
ardentissima charitas tua, vt ex vasis iræ, mutemur in
vasa misericordiæ; & ab omnibus peccatis liberati, tanto
efficiamur in amando te feruentiores, quanto hactenus fui-
:mus frigidiores. Dulcissime Iesu, da nobis post te cur-
:rere, & imitari vestigia vitæ & passionis tuæ, vt deuotio-
:nis in nobis magnitudo compenset nostræ conuersionis tar-
:ditatem, & inde magis puri, ac sitibundi te quæramus, quo
diutius ac grauius te contempsimus fontem æternæ vitæ.
Da nobis ut toto corde ad te conuersi, & in gratia tua con-
:firmati, laudemus te Saluatorem nostrum. Qui es super
omnia Deus benedictus & laudabilis in sæcula sæculor. Amen.

Pro seipso oratio post missa celebratiõem.

Adoro, laudo & benedico te pijssime. Dñe deus meus & christe Jesu benedicte. pro omnibus donis, gratijs & beneficijs; quae mihi indigno omnibus diebus vitae meae, ac in hac nunc oblatione & sumptione pretiosissimi tui. cor, :poris & sanguinis contulisti. Pro his omnibus donis, gra, :tijs & beneficijs laudo, colo, benedico & veneror tuam sanc, :tissimam pijssimamq3 pietatem, ac bonitatem immensam: ac in gratiarum actionem omnium beneficiorũ ac gratiarum, offero tibi preces, gemitus, vota, laudes ac opera mea valde ex, :igua, quae tu deus meus quaeso emundes ac accepta per gratia- tuam tibi facias; non enim in me bonum est, quod tibi confi, :teor deus meus. nec est in ore meo polluto laus tua speciosa; tu ergo te ipsum, pro me lauda, glorifica & benedic; sanctus enim sanctorum es; pollutis labijs laudari non indignes; cor contri, :tum & humiliatum gratum tibi est sacrificium, humilia enim sem, :per respicis, nec vota humilium spernis; intende ergo humilitati & nihileitati meae; ac me indignum, pater misericordiarum, per hanc pretiosissimi corporis & sanguinis tui sumptionem, quam modo indignus sumpsi in gratiam tuam recipe, in ea me custo, :dias, prouehas, dirigas; ac omnia bona ac dona tua in me augeas, ac multiplices ad gloriam tuam; & gloriam ac honorem sanctorũ tuorum omnium, in quorum commemorationem & laudem sacrosancti corporis & sanguinis tui nunc sumpsi mysteria; te laudo, te benedico ac tibi totum cor meum, spiritum meum ac totum me commendo, dedo ac submitto Christe Jesu super oĩa bndicte.

Pro sanctis in cælo exultantibus ad Deum post missam laudatio.

Benedico te amantissime Jesu, Deus meus & Dnus meus, pro omnibus gratijs ac donis; quæ tu sanctis tuis in hac vita mortali olim, & nunc in cælesti gloria tecū constitutis, contulisti: præcipuè tamen his, quorum hodie est festiuitas in cælis, aut in Ecclesia tua memoria agitur, & potissime Patronis meis Ss: N: N. S.ª Magdalenæ ac Sanctis & Dei electis omnibus, Apłis, martyrib⁹, confessoribus, patriarchis, prophetis, viduis & Virginibus. Horum omnium orationes ac merita tibi pro me offero, & per illos me tibi nunc in cor tuum pijssimum commendo. ⊙ Sancti Dei omnes intercedite pro me; & aduos me trahite. Amen.

Pro omnibus quæ in cælo & mundo sunt gratiarū actio.

Gratias ago tibi Jesu Christe pijssime Deus meus, & Dnus meus, pro immensa charitate tua, & pro omnibus beneficijs tuis, quæ tu vniuerso mundo, singulisq́ & Angelis & hominib⁹ exhibuisti à nobilissima omniumq́ dignissima creatura matre tua Virgine Maria, vsq́ ad me omnium infimū vilem, vanum ac abiectissimum terræ uermiculum, ac miserrimum peccatorem, qui dignus non sum, vt in conspectu tuo appaream propter nimia peccata mea, vilitatem & ingratitudinem meam. Eiā ō benignissime Jesu, eiā ō dulcissime Jesu sis tu benedictus in æternum, qui hanc singularissimam Virginem ab æterno tibi in matrem elegisti; ab omni peccato immaculatam, ~~elegisti~~, ac totam pulchram præseruasti, præ=

signasti

signasti præparasti, omnium virtutum, & gratiarum plenitudine excornasti; in ea concipi; ex ea nasci, & eius lacte pasci voluisti: prædicationi, passioni ac morti tuæ ipsa adesse, & nostræ redemptioni cooperari tribuisti, atq; hanc in cælis corpore & anima assumptam gloriosissimeq; coronatam, eandem nobis in aduocatam, misericordiæ Reginam atq; Matrem dedisti. Pro his sit tibi laus, honor & gloria sempiterna; ô dulcissime Iesu, eius cor & merita pro me & vniuersa Eccl̃ia tua tibi nunc offero, & per eandem nos in cor tuum pissimum commendo. Amen.

Alia pro vniuersis Dei beneficijs gratiarum actio.

Omnipotens sempiterne Deus, vita mea, spes mea, omne bonum meum, & vniuersa felicitas mea tu es Deus meus & Dominus meus. Ego autem inutilis & miserrimus terræ vermiculus, ante faciem tuam sto, te laudare, tibiq; gratias agere gestio. At quia hoc dignè non possum; nec quod tibi offeram habeo. Offero tibi omnium bonorũ Angelorum, Sanctorumq; tuorum omnium virtutes ac merita: imo & christi Iesu filij tui laudem & honorem ac amorem quibus te colit & amat, pro omnibus misericordijs, donis & beneficijs mihi ingratissimo a te Domine Deus meus à principio vitæ meæ vsq; huc collatis. Tibi enim confiteor amantissime pater; tibi gratias ago, teq; adoro, & laudo, quia tu ex immensa charitate, & gratuita bonitate tua creasti me ad imaginem & similitudinem tui. Tu varias propter me creaturas in vsum & ministerium creasti, tu me ab exordio vitæ meæ vsq; ad hanc horam in corpore & anima paruisti, & fouisti: tu me ab innumeris periculis animæ & corporis

atq; malis aut præseruasti, aut eripuisti: tu in peccatis
grauissimis me putridum, aberrantem, tibi contumeliosum,
& mundo scandalosum, tot annis longanimiter tolerasti: nec
quod millies atq; millies commerueram, in sceleribus meis
me damnasti (heu quot intera, qui minus te offenderunt quã
ego, ad inferna descenderunt) sed ad salutis viam, licet surdũ,
variis instinctibus, atq; modis admonuisti, & reducere fugien-
:tem, ac renitentem voluisti, donec tandem potenti virtute
malitiam meam tua benignitate superans, & cuncta circa me or-
:dinans, ad hunc salutiferum viuendi statum me conuertisti:
non desinens præterea hucusq; bene facere mihi, qui tibi in om-
:nibus ingratus, inutilis atq; infidelis sum.

Cæterum vt tecum in perpetua gaudem felicitate, nullaq; pec-
:cata quamlibet grandia, me queant ã te separare, filium tuum
misisti in mundum, quem etiam in dolores, poenas, ignominias,
ad crucem & mortem propter me exposuisti.

Eia benignissime Iesu Vnigenite Dei filij: ad te nunc me conuer-
:to Agne mansuetissime & mitissime Iesu Deus meus & bn̄s
meus, quid retribuam tibi pro omnibus, quæ retribuisti mihi?
Adoro, laudo benedicoq; te pro Incarnatione, passione, & am-
:arissima morte tua, pro laboribus, & fatigationibus tuis; pro
incommodis atq; ærumnis, & pro quibuslibet aduersitati-
:bus atq; tristitijs; pro poenis & doloribus, pro vulneribus ac
liuoribus, pro lacrymis atq; gemitibus, pro contumelijs, oppro-
:brijs, atq; sanguineis guttis pro me effusis, & potissime pro
maxima ad nos charitate tua, quam vel in hoc maxime in no-
:bis ostendisti, quod te ipsum etiam in cibum nobis sumendum

dedisti: & vsq; in finem sæculi hoc modo in sacramento nobis,
cum maneurum promisisti, ad cuius participationem sæpius, &
etiam nunc dignatus es me indignissimum admittere. Pro quibus om,
nibus, cum aliud non habeam benignissime Iesu, offero tibi temet
ipsum: idest, merita, virtutes, gratitudinem, passionem & mor,
tem tuam; simulq; omnium sanctorum tuor merita & intercessi,
ones in unione illi charitatis, quæ te, de cælo traxit in aduer,
sa hæc multa, & vsq; ad mortem Crucis, & qua patri tuo ibi te ob,
tulisti pro nobis. Desidero: o benigne ac dulcisime Iesu (si
possibile est) per gram tuam solus ego tam digne te laudare,
tam feruenter te diligere, tamq; fideliter tibi seruire, ac
placere ad gloriam tuam: quantum omnes & singuli, tam Angeli,
quam homines te laudant & diligunt. In horum omnium laudis &
amoris vnionem offero & resigno tibi me ipsum per suauissimu
cor tuum, in omne beneplacitum tuum, ad gloriam tuam; quo
meum, me ipso ita facias, ut ablata omni rebellione in me erga te,
sola tua sanctissima ac pijssima voluntas semper in me, de me
per me, & in omnibus meis semper fiat. Amen.

Alia Oratio post communionem, vel missæ celebrationem.

Quas tibi homine gratias agam, quod ad hominem pecca,
torem diuertisti? quod me pane Angelorum, carne inquam
tua & sanguine, anima ac beatissima diuinitate tua refecisti?
& quid est homo homine quod sic memor es eius? quod tam
familiariter visitas eum? & quod tam suauiter apponis erga
eum cor tuum? quod te in me, & me in te manere vis?
Quas gratias agam tibi, quod propter nimiam charitatem
qua dilexisti me, coenam parasti mihi magnam, in qua non ag=

, num typicum, aut manna manducandum mihi proposuisti, sed
te ipsum sumendum & frutendum dedisti; latificans animam
meam conuiuio sacro, & calice inebrians salutari, in quo sunt
omnes omnino deliciæ paradisi, & epulantur Angeli mecũ Scti
Quas gratias agam, quod me beatorum mensæ adhibuisti. e
:pulo sanctorum omnium refecisti; delicias cælestes præliba,
:re, memorion passionis tuæ recolere, de gratiæ fonte bibe,
:re, gloriæ cælestis pignus accipere voluisti „
Quas gratias agam, quod me tuæ diuinitatis sacrarium
Spiritus sancti templum; gloriosæ Trinitatis tabernacu,
:lum me effecisti: hospitem tuum, imo conuiuam elegisti, ar,
:cam noui testamenti, sepulchrum viuum corporis tui sac,
:rosancti, vas electionis, vas honorabile me reddidisti Amen.

Filia post Missæ celebrationem gratiarum actio.

Gratias ago tibi benignissime homine Iesu christe, qui me vi,
:lissimum peccatorem admittere dignatus es ad splendidum, viui,
:ficumq; sacræ mensæ conuiuium. Hei mihi quia nimis indig,
:nè compleui hoc sanctum sacrificium, miserere mihi Dne, ignos,
:ce mihi misero. Ego quod egi commendo diuino cordi tuo emen,
:dandum & corrigendum. Suscipe, quæso, hæc sacrosancta cor,
:poris tui mysteria, quæ tibi obtuli ad gloriam nominis sempiternã,
ad honorem dulcissimæ tuæ genitricis virginis Mariæ, ad hon,
:orem B:B: N:N:, & omnium beatorum Angelor, omniumque
Sanctor tuor; & ad salutem meam, & parentum, fratrum be,
:nefactor, amicorum meorum; & omnium fidelium, tam viuor
quam defunctorum. Suscipe hoc præcellentissimum sacramen,
:tum in plenam emendationem, expiationem, atq; satisfactionem

pro omnibus peccatis meis ac negligentijs, & pro peccatis totius mundi. Per illud instaura vires meas, omnes ruinas meas Spirituales, & omnem inopiam meam. Per illud mortifica in me quicquid tibi displicet, & effice me hominem secundū cor tuum. Per illud conforma Spiritum, corpus, & animam meam Spiritui, animæ & corpori Sacræ humanitatis tuæ, meq; totum luce diuinitatis tuæ illustra, per illud largire vt in te stabiliar, te perfecte, & perseueranter diligam, tibi vniar, ac totus in te transformer ad laudem nominis tui, quod inuocatum est super nos. Conuerte & ne miseros peccatores, reuoca hæreticos atq; Schismaticos, illumina infideles te ignorantes. Adesto omnibus qui in necessitate, & tribulatione aliqua constituti sunt. Adesto his qui se precibus meis commendauerunt, aut commendati esse cupiunt. Adesto parentibus, propinquis ac benefactoribus meis viuis & defunctis. Miserere omnium pro quibus orare debeo, & tu rogari vis. Da viuis veniam, & gratiam, da fidelibus defunctis requiem lucemq; sempiternam. Tibi laus Christe Iesu in sæcula sæculorum. Amen.

Alia oratio & gratiarū actio post missæ celebrationem.

O Domine Iesu Christe qui in tua æterna Sapientia mihi misero peccatori contra morbum per Sacramenta tua sanctissima medicinā sufficientissimam præparasti, meq; in gratiæ tuæ esse sic misericorditer constituisti; ac hodie ex sola gratia tua ineffabili ad corporis & sanguinis tui pretiosissimi sumptionem (indignum heu) admisisti. Munda igr indignum per hanc corporis & sanguinis tui pretiosissimi sumptionem à delictis meis, mortuum in peccatis ac à vitijs abortum, viuifica ad agnitionem nominis sancti tui; frigidum charita-

tatis feruore ad tui Sanctissimi nominis amorem inflamma;
indeuoto incitamentum ardentissimæ præsta deuotionis, in-
:consideratum ac negligentem, circumspectum & diligentem
me facias, mores meos mundanos corrige, affectus vanos
ac inordinatos meos comprime, cor meum funiculo charitatis
ad te trahas quæso; vt nihil, post hac, præter te diligat, nihil
quærat, desideret, affectet, velamet; & sic gratiæ tuæ rore
perfusus, totus in viuifici corporis & sanguinis tui mysterijs
absorptus, post hac itaq; te solum Deum meum mediter, loquar,
ac cogitem, sicq; Sanctorũ tuorũ Angelorum conuiua factus, ac per
Sacramenti huius virtutem & efficaciam in mysticum corpus
tuum transformatus, ac corporis & sanguinis tui pretiosissimi
mysterijs non sacramentaliter tantum, sed & Spiritualiter lar-
:gissima gratiæ tuæ influentia, ad meam, meorumq; omnium om-
:nium salutem refectus, inq; filios adoptionis receptus, posthac
omnis viuifici huius mysterij in me augeatur deuotio, per-
:catum omne, huius virtute Sacramenti, mihi dimittatur, fomes
ac omnis libido peccandi in me debilitetur; contra diabolum
mundum & carnem perfecta victoria mihi tribuatur; intelle-
:ctus illuminetur, ita ut ad omnes actus deuotionis, pietatis &
sanctitatis inueniar sagacior, ad laborem patientior, ad obe-
:dientiam promptior, ad amorem diuinum ardentior; ad gratiarũ
actionem, & omnium virtutum comprehensionem deuotior;
ac ad votorum meorum solutionem reddar feruentior & fid-
:elior, ac tandem post vitæ huius terminum deuictis periculis
omnibus ad gaudia cælorũ, per hæc, quæ sumpsi, viuifica sacram-
:enta, ac amarissima Christe vulnera tua, introducar: Vbi omnes

electi secundum merita, & super omnia merita, propter merita
tua remunerantur Christe Jesu super omnia benedicte Deus
in Sæcula Sæculorum. Amen.

Alia oratio post sacram communionem, ad Christum Be-
atam Virginem, Angelum custodem, & omnes Sanctos.

O Amabilissime Jesu, Deus meus, vnica spes & vita animæ
meæ, per ineffabilem illam charitatem, qua dignatus es venire
in cor meum, rogo te profundissima humilitate eiusdem cor,
dis tui mei, vt non sinas me amplius incidere in vllum peccatū
mortiferum: rogo te inquam, dulcis hospes meus, vt vis ar-
dentissimi suauissimiq; amoris tui me inflammet, & penetret
viscera animæ meæ, trahatq; ad se omnes sensus, & incli-
nationes meas, vt velut ferrum ignitum totus in sanctissimo
amore tuo colliquescam & ardeam; mei, omniumq; vanitatum
mundi penitus obliuiscar; te solum cogitem, solum desiderē,
tibiq; soli perfectissima charitate vniar; totus denigs in pre-
tiosissimo tuo sanguine, passione ac morte abscondar. Dne
Jesu, intra tua sacratissima brachia conquiesco; & quia tan-
to me beneficio prorsus indignum agnosco, & lubens confiteor,
Inuoco in adiutricem meam ter benedictam matrem tuam, &
meam, perpetuam virginem Mariam, sanctum Angelum me-
um custodem, sanctos patronos, & Aduocatos meos, ac de
tam curiam cælestem vniuersam, quos & deuotissime
inuoco vt pro me intercedāt, & in hora potissimum mortis fi-
deliter mihi assistant, vt tu Dñus meus & Deus meus, horū
omnium intercessione placatus, miserearis animæ meæ,
ponasq; inter peccata mea & iustitiam tuam sacratissimam

cruccem & mortem tuam, vt anima mea in illa hora omnibus
sacramentis ritè munita requiescat in te Deo meo; & quando
in fine mundi veneris iudicare omnem carnem, & ego resurgã
in hoc ipso corpore meo; inuiter â te vt gaudeam tecum in æter-
:num in regno tuo, vbi ad horem & gloriam tuam, in societate oĩum
Angelor̃ & Sanctor̃ diuinam maiestatem tuam benedicam in oem
æternitatem, & â sæculo vsq; in sæculum sempiternum. Am̃.

Iubilus Sancti Bernardi hic celebrationis admo-
:minandum contemplandumq; longe aptissimus.

Iesu dulcis memoria,
Dans vera cordi gaudia,
sed super mel & omnia,
Eius dulcis memoria.
Nil canitur suauius,
auditur nil iucundius.
Nil cogitatur dulcius,
Quam Iesus Dei filius
Iesus spes poenitentibus,
Quam pius es petentibus!
Quam bonus te quærentibus
Sed quid inuenientibus?
Iesu dulcedo cordium,
Fons vitæ, lumen gentium
Excedens omne gaudium,
Et omne desiderium.
Nec lingua valet dicere,
Nec litera exprimere,
Expertus potest credere,
Quid sit Iesum diligere.
Iesum quæram in lectulo
Clauso cordis cubiculo,
Priuatim & in publico,
Quæram amore sedulo.
Cum Maria diluculo,
Iesum quæram in tumulo,
clamore cordis querulo,
Mente quæram non oculo.
Tumbam perfundam fletib,
Locum replens gemitibus,
Iesu prouolvar pedibus
Strictis hærens amplexibus.
Iesu Rex admirabilis,
Et triumphator nobilis,
Dulcedo ineffabilis,
Totus desiderabilis.
Mane nobiscum Domine

Et nos illustra lumine.
Pulsa mentis caligine,
Mundum replens dulcedine.
Quando cor nostrum visitas
Tunc lucet ei veritas,
Mundi vilescit vanitas,
Et intus feruet charitas.
Amor Jesu dulcissimus
Et vere suauissimus,
Plus millies gratissimus,
Quam dicere sufficimus.
Hoc probat eius passio,
Hoc sanguinis effusio,
Per quam nobis redemptio
Datur & dei visio.
Jesum omnes agnoscite,
Amorem eius poscite,
Jesum ardenter quærite
Quærendo inardescite.
Sic amantem diligite,
Amoris vicem reddite,
In hunc odorem currite,
Et vota votis reddite.
Jesu autor clementiæ,
Totius spes † sapientiæ. † lætitiæ.
Dulcoris fons & gratiæ,
Veræ cordis deliciæ.

Diuisio.

pro die vna, processus addere,
℣: Sit Nomen Domini Jesu
benedictum ℟: Ex hoc
nunc & vsq; in sæculum.

Oremus.

Dignare benignissime Jesu,
per hoc sanctum nomen tuum,
esse mihi Jesus, & dare mihi
Spiritum elector[um] Jesu. Inse,
:re quæso cordi meo hoc ama,,
:bile nomen tuum, vt eius dulce,,
:dine pascar; eiusq; amore ita
ardeam, vt moriar & tuum
in te Jesu mi dulcissime, Jesu
mi suauissime; Jesu mi dilec,,
:tissime: Inuocato semper hoc
iucundissimo, hoc mellifluo, hoc
salutifero nomine tuo Jesu, Jesu,
Jesu.

Pars secunda seu diuisio
alterius diei.

Jesu mi bone sentiam,
Amoris tui copiam,
Da mihi per præsentiam
Tuam videre gloriam
Cum digne loqui nequeam,

De te tamen non sileam,
Amor faciat vt audem,
Cum de te solum gaudeam.
Tua Jesu dilectio,
Grata mentis refectio,
Replens sine fastidio
Hanc famem desiderio
Qui te gustant esuriunt,
Qui bibunt adhuc sitiunt,
Desiderare nesciunt,
Nisi Jesum quem diligunt.
Quem tuus amor inebriat
Novit quid Jesus sapiat,
Quam felix est! quem satiat,
Non est vltra quod cupiat.
Jesu decus angelicum,
In aure dulce canticum,
In ore mel mirificum,
In corde nectar cælicum.
Desidero te millies,
Mi Jesu quando venies,
Me lætum quando facies
Me de te quando saties.
Amor tuus continuus,
Mihi languor assiduus,
Mihi Jesus mellifluus,
Fructus vitæ perpetuus.

Jesu summa benignitas,
Mei cordis iucunditas,
Incomprehensa bonitas,
Tua me stringat charitas.
Bonum mihi diligere
Jesum, nil vltra quærere,
Mihi prorsus deficere,
Vt illi queam viuere.
O Jesu mi dulcissime,
Spes suspirantis animæ,
Te quærunt piæ lacrymæ,
Et clamor mentis intimæ.
Quocunq; loco fuero,
Semper Jesum desidero,
Quam lætus cum inuenero!
Quam felix cum tenuero!
Tunc amplexo, tunc oscula,
Quæ vincunt mellis pocula,
Sed in his parua morula,
Jesum seruar per sæcula.
Jam quod quæsiui video,
Quod concupiui teneo,
Amore Jesu langueo,
Et corde totus ardeo,
Jesus cum sic diligitur,
Hic amor non extinguitur,
Non tepescit, non moritur,

flus creseit, & accenditur.
Hic amor ardet iugiter,
Dulcescit mirabiliter,
Sapit delectabiliter
Delectat & foeliciter.

Iubilio

℣. Sit nomen domini Jesu benedictum. ℟. Ex hoc nunc, & vsq; in seculum.

Oremus

Absorbeat quaeso, ō dulcissime Jesu chre; spes vnica & auxilium animae meae, mentem meam, ab omnibus, quae sub coelo sunt, ignita & melliflua vis amoris tui; vt amore amoris tui moriar, qui, amoris amore, mei, dignatus es mori; & deduc me è terris propter te in paradisum, qui de paradiso propter me in terras descendisti, ō amor amoris mei. Amen.

Pars secunda seu Iubilus, pro tertia die, triduo hic absoluitur hebdomatim

Iubilus

Hic amor missus coelitus.
Haeret mihi medullitus,
Mentem incendit penitus,
Hoc delectatur spiritus.
O beatum incendium!
Et ardens desiderium!
O dulce refrigerium!
Amare dei filium.
Jesu flos matris virginis,
Amor nostrae dulcedinis,
Tibi laus, honor numinis,
Regnum beatitudinis.
Veni, veni rex optime
Pater immensae gloriae
Ne tardes vltra venire.
Jam diu desiderate.
Jesu sole serenior,
Et balsamo suauior,
Omni dulcore dulcior
Prae cunctis amabilior.
Cuius gustus sic afficit,
Cuius odor sic reficit,
In quo mens mea deficit,
Solus amanti sufficit
Tu mentis delectatio
Amoris consummatio,
Tu mea gloriatio,

Iesu mundi saluatio.
Mi dilecte reuertere,
consors paternæ dexteræ
Hostem victisti prospere
Iam cœli regno fruere.
Seguar quocunq́ ieris,
mihi tolli non poteris,
Cum cor meũ abstuleris,
Iesu laus nostri generis.
Cæli ciues occurrite,
portas vestras attollite,
Triumphatori dicite,
Aue Iesu rex inclite.
Rex virtutũ, rex gloriæ,
rex insignis victoriæ
Iesu largitor gratiæ,
Honor cælestis curiæ.
Tu fons misericordiæ,
Tu verè lumen patriæ,
Pelle nubem tristitiæ,
Sans nobis lucem gloriæ.
Te cæli chorus prædicat,
Et tuas laudes replicat,
Iesus orbem lætificat,
Et nos omnes pacificat
Iesus in pace imperat
Qua omnem sensũ superat.

Hanc mea mens desiderat,
Et ea frui properat,
Iesus ad patrem redijt,
Cæleste regnum subijt,
cor meum à me transijt
Post Iesum simul abijt
Quem prosequamur laudib:
Votis, hymnis, & precibus,
Vt nos donet cælestibus
Secum perfrui sedibus.
Æterna sapientia,
Tibi patriq́ gloria
Cum Spiritu paracleto,
In sempiterna sæcula. Amen.
℣. Sit nomen Domini Ies
benedictũ. ℟. Ex hoc nunc
et vsq́ in sæculum.

Oremus.

O Iesu christe, tu es Deus
meus viuus et verus, Dnus
meus pius, rex meus magnus,
pastor meus bonus, magister
meus vnus, adiutor meus op-
timus, panis meus viuus,
Sacerdos meus in æternum,
dux meus ad patriam, lux
mea vera, dulcedo mea sancta,

vita mea recta, sapientia mea præclara, simplicitas
mea pura, concordia mea pacifica, custodia mea tuta,
portio mea bona, salus mea sempiterna, misericordia
mea magna, patientia mea robustissima, victima mea immacu=
:lata, redemptio mea sancta, spes mea firma, charitas mea per=
:fecta, resurrectio mea vera, vita mea æterna, exultatio mea,
& visio beata sine fine mansura. Te deprecor, supplico & rogo,
ô domine, vt per te ambulem, ad te perueniam, in te requiescā,
qui es via, veritas & vita, sine qua nemo venit ad patrem.
O splendor gloriæ! ô lumen pulcherrimum, in quod etiam Angeli
desiderant prospicere: Ecce cor meum cōrate est, discute
tenebras eius, quas peccata induxerunt; illumina pectus meū,
& amoris tui claritate plenius perfunde. Dona mihi, te, domine
Deus meus, trade mihi te & impartire, quia malè mihi est sine
te, debilis & infirmus sum absq; te, atq; absq; diuina præsentia
tua; imò æterna morte obruor. Et ideò nos egemus tui, non tu no=
:stri; quia etiamsi nos non essemus, nihil tibi deesset ad summum
bonum, quod tu ipse es. Tibi itaq; domino deo nostro semper
adhærere necesse habemus, tuum auxilium perpetuo implorare,
ut eo adiuti, sanctè, piè & rectè viuere valeamus. Pondus & moles
peccatorum nostrorum deorsum nos trahit in profundum tartari;
ignis autem tuæ gratiæ nos sursum vehit, quo inflammati, in cælū,
& in Hyerusalem æternam ascendimus. ô deus optime, maxime,
cathena illa tui amoris nos trahe in regnum tuum, & illic nos collo=
:ca, vbi tu sedes ad dexteram patris tui: vt tibi laudes proferamus &
gratias agamus in sæcula sæculorum. Tibi igr. benedictio, claritas,
& sapientia, grar. actio; laus, honor, virtus & fortitudo in sæcula sæculor. Am=

Oratio ad Jesum post Missæ celebrationem.

Adoro, laudo, glorifico te, & gratias ago, ac benedico te Domine
Jesu Christe, pro universis miserationibus & beneficijs tuis.
Gratias tibi ago, ô Fili Dei vivi, Deus altissime, qui propter ni-
:miam charitatem, qua dilexisti me, dignatus es homo fieri. Vo-
:luisti pro me in stabulo nasci: infans panniculis involui: fas-
:ciolis stringi; in præsepio reclinari; modico lacte Virginis Ma-
:tris ali; paupertatem & egestatem tolerare; multiplicibus la-
:boribus & ærumnis triginta tribus annis fatigari, & nos tuo
corpore & sanguine abundanter saginari. Voluisti sudore
sanguineo præ angustia suffundi; ignominiosè comprehendi, in-
:digne ligari, iniustè damnari, sputis fœdari, colaphis & alapis
cædi; veste alba & ridicula, velut amens, indui & illudi: Voluisti
flagris crudelissime conscindi, spinis dirè coronari, clavis atro-
:citer Cruci affigi, felle & aceto inhumaniter potari. Tu præcla-
:rus Syderum Victitor, nudus, contemptus, vulneratus, & immen-
:sis doloribus afflictus, pro me pependisti in cruce, pro me judi-
:sti pretiosissimum sanguinem tuum, pro me mortuus es.
Amplector ulnis animæ meæ venerandam crucem tuam, & eam
pro tui honore & amore osculor. Præsta ut ad te, pleno desider-
:io semper aspirem; & in te dulcissime Jesu perpetuò respirem. Amen.

Alia ad eundem post missam oratio.

O clementissime & misericordissime Jesu, miserere Eccle-
:siæ tuæ, miserere huic loci, huius congregationis. Concede,
ut sit hic humilitas, pax, charitas, continentia, puritas. Conce-
:de ut omnes dignè emendemur & corrigamur nos, & timeamus
te, & serviamus tibi fideliter, & diligamus te, & placeamus tibi.

Commendo pietati tuæ omnia negotia, & omnes necessitates nostras. Miserere omnium hominum, pro quibus sacrosanctum sanguinem tuum fudisti. Eia conuerte, & reuoca miseros peccatores: Da viuis veniam & gratiam: Da fidelibus defunctis requiem, lucemq; sempiternam. Fin.

Alia oratio post missam.

Ex lib: 8. constitu: Apost: Clementis I. pont: max:

Domine Deus omnipotens, Pater Christi Filij tui bene dicti; exauditor inuocantium te in rectitudine, qui scis interpellationes tacentium: gratias tibi agimus, quod feceris nos dignos participationis Sanctorum mysteriorum tuorum, quæ præbuisti nobis in confirmationem eorum, quæ bene cogitata sunt in custodiam pietatis, in remissionem peccatorū. Quoniam nomen Christi tui inuocatum est super nos, & tibi conciliati sumus. Qui segregasti nos à communi impiorum, coniunge nos cum consecratis tibi. Confirma nos in veritate Sancti Spiritus. Ignorata reuela, quæ desunt, exple: cognita corrobora: Sacerdotes immaculatos tuere in seruitute tua: Reges conserua in pace, magistratus in iustitia, Cælum in salubritate, fructus in fertilitate, mundum in prouidentia omni ex parte sufficienti. Nationes bellicosas reprime; errantes conuerte; populum tuum sanctifica; virgines conserua; matrimonio iunctos custodi in fide; ignorantes instrue, debiles & infirmos corrobora; infantes perduc ad virilem ætatem; nouitios confirma, catechumenos edoce, & immutatione dignos redde; nosq; omnes congrega in regnum cælor, in Chro Jesu Dno nro, cum quo tibi gla, honor cult, & S. Spu in Sæcula. S.

Filia oratio ad Beatam Virginem post Missam dictam.

O Maria, Virgo dulcissima, & Mater Dei dignissima, mise-
:rere mei vilissimi peccatoris. Saluto, & veneror te toto corde:
impetra mihi, obsecro, plenam omnium peccatorum meorum re-
:missionem: impetra perfectam mei mortificationem & abnega-
:tionem: impetra veram humilitatem, patientiam, charitatem &
linguæ, atq; sensuum omnium continentiam: impetra puritatem,
simplicitatem, nuditatem, libertatemq; mentis, & perfectam
cum Dei voluntate conformitatem, vt sim homo secundum cor
Filij tui. Amen.

Alia ad Beatam Virginem oratio post missæ celebrationem.

O Serenissima & inclyta Virgo Maria, Mater Domini nostri Jesu
Christi. Regina cæli & terræ: quæ eundem Creatorem omnium
creaturarum in tuo sancto vtero digna fuisti portare, cuius idem
veracissimum corpus & sanguinem ego indignus sumere præ-
:sumpsi, rogo te, per virginalem humilitatem tuam, & per passionē
& mortem amarissimam eiusdem Filij tui, vt apud ipsum pro me mi-
:sero peccatore intercedere digneris, ut quicquid in eius oblatio-
:ne benedictissima ignoranter, negligenter, vel incaute commisi, tuis
sanctissimis precibus mihi dignetur indulgere. Amen.

Oratio ad omnes Sanctos.

+: cultu O Sancti, Sanctæq; Dei omnes, & beati Spiritus Angelici, quos
Deus mellifluo suo semper lætificat, orate pro me: saluto & ve-
:neror vos. Gratias ago Domino, qui vos elegit, & in suis bene-
:dictionibus præuenit. Eia impetrate mihi veniam, impetrate
mihi gratiam & perfectam cum Deo vnionem. Amen.

Oratio, in qua totalis sui ipsius fit oblatio ad B: Virg: mariam. i.

Sanctissima, gratiosissima, superbenedissima ac dignissi-
:ma Mater Dei, immaculatissima semper Virgo Maria, cæli &
terræ Regina, Aduocata & Domina mea. Ego N: vilissim⁹ & su-
:perbus peccator, quamuis ob multa & grauia mea delicta ac in-
:gratitudines indignissimus sim; vt puro sacrosanctoq; conspectui tuo
comparearm, & millies æternis dignus tormentis, sumpta ni-
:hilominus fiducia, in maxima tua bonitate, clementia & miser-
:icordia confisus, offero, dono & consecro in æternum, dulcis-
:simo & sacrosancto cordi tuo, in præsentia totius curiæ cælestis,
totum miserum & tepidum meum cor, animam, mentem, vi-
:res, corpus, sensus interiores & exteriores, quantum ha-
:beo, & quantum vnquam habere possum, intra & extra me:
supplicans toto cordis animiq; quo possum affectu, atq; tali
affectu, quali etiam vniuersa Ecclesia Catholica, & tota cæles-
:tis curia; vt digneris, propter pretiosissimum Vnigeniti
tui Filij Dni Jesu Chri Saluatoris nostri sanguinem, hanc
meam acceptare oblationem in odorem suauitatis, & mihi
impetrare perfectam omnium meorum peccatorum contri-
:tionem, & emendationem, nec non gratiam omnes vincen-
:di tentationes, & difficultates in diuino seruitio & officio oc-
:currentes: omnium inordinatorum affectuum expur-
:gationem, rerum terrenarum odium, & nauseam rerum
sensualium, gustum rerum spiritualium, præcipue vero
sanctorum Sacramentorum frequentationem; fericens studium
sanctarum tuarum imitandarum virtutum, fortem patien-
:tiam in aduersitatibus, in prosperitatibus humilitatem, in bo-
:nis propositis constantiam, perfectam in omnib⁹ cum diuina-

voluntate conformitatem, omnibus in rebus liberationem
omnis mali, & impetrationem cuncti boni, cum perfecta
in diuina gratia vsq; ad mortem perseuerantia, ita ut ti-
:bi, tuoq; Filio diligenter & fideliter in hac præsenti ser-
:uiam vita, atq; in altera perenniter te merear vide-
:re in cælo. Amen.

Alia gratiarum actiones post Missæ celebrationem.

Per quartam horæ partem recolliges te intra teipsum, & ibi-
:dem, ac si præsentem videres Iesum Christum, qui iam sum-
:ptione diuini sacramenti introgressus in te, sequenter exer-
:cebis actus.

Primo. Tanquam tuo vero ac Domino, profundum adoratio-
:nis præstabis actum.

Secundo. Gratiar̃ actionis, pro tanto beneficio.

Tertio, Amoris exhibebis actum.

Quarto, Contritionis tuorum delictorum.

Quinto, Oblationis tui ipsius, ac totius vitæ tuæ.

Sexto, Variis hoc & simili modo efflagitabis gras.

Oratio, in qua supradicti continentur actus.

Clementissime Domine Iesu Christe, vnice Saluator meus,
toto & intimo corde te adoro; & pro tanto beneficio immensas
gratias ago. Et quia omni dignus es amore, super omnia te
amo: & doleo sic, quod non quantum meruerit, te amauerim.
Et in locum huius defectus, illas tibi offero adorationes, grati-
:arum actiones, beneuolentiæ, nec non amoris, reuerentiæ &
gratitudinis affectus, quib9 te tua Sacratissima complexa est
mater & oes Sancti ac Serui tui, quorq; tibi vnquam tui ipsol-

,uerunt, atq; etiamnum in cælo, vna cum vniuersa Eccl̃ia catho
:lica tua sponsa, persoluunt. ℣.

Doleo super omnia, mi Dñe, quod quomodocunq; te offendẽri,
& summopere displicet mihi, quod non tantum doleam, quan,
:tum tua bonitas requirit & maiestas: deq; tuæ sacratissimæ
Passionis virtute, cunctarum offensarum summisse depre,
:cor veniam & remissionem. Offero cum eadem quoq; me
:ipsum, omnesq; quos exantlaui, & quos per omnem meã vitã
exantlaturus labores, & quicquid sum perpessurus in satis,
:factionem & remissionem omnium meor̃ peccator̃, vti infini,
:te tuæ Bonitati & Clementiæ confido; quod omnes meos mi, ℟. precor
:hi remissurus sis noxas. Humiliter insuper ℟. vt emendandi,
& vsq; in finem in tuo sancto seruitio perseuerandi conce,
:das gratiam. Pñ.

Variæ ã S. Iesu Christo efflagitandæ in sacra cõmuni
:one gratiæ, secundũ uarios, qui illi conueniunt titulos.

Quia igr varij sunt tituli, qui Chro Dño conueniunt, dulce
erit, nunc sub vno, iam sub altero illum accedere, & varias ti,
:tulis competenter poscere gratias. Exempli causa.

Tanquam Patri, igr dices.

Primo. O bone Iesu Chre amabilissime Pater animæ me,
:æ, toto corde deprecor remissionem modici amoris, timoris,
reuerentiæ & obedientiæ, quam tibi hucusq; exhibui.

Secundo. Precor gratiam amandi te in posterum amore & tim,
:ore filiali & reuerentiali, cum obedientia, tuis diuinis obtemperan,
:di præceptis & sanctis inspirationib9, & mei status obligationib9,

Tertio. Gratiam tuarum imitandarum virtutum——

Quarto. Gratiam perfecte resignandi me in omnibus in æter-
:num tuo beneplacito.

Sicuti Aduocato.

Primo. Benignissime Domine Jesu Christe, qui per infini-
:tam tuam misericordiam, apud æternum Patrem, te meum
Aduocatum constituere dignatus es, intimo tibi corde supplico,
vt apud eundem perfectam meorum delictorum contritionē
& remissionem impetres.

Secundo. Gratiam perfectæ emendationis, & sanctæ conuer-
:sationis ad diuinam maiestatem.

Tertio. Perseuerantiam, in tua diuina perseuerandi gra-
:tia, & in sanctis continuandis operibus.

Quarto. Finalem animæ meæ salutem.

Vti Magistro.

Primo. Dulcissime Domine Jesu Christe, vnicè & vere animæ
meæ magister, per tuæ pietatis viscera obsecro, vt doceas me sem-
:per tuam Sanctam & iustissimam in omnibus facere voluntatem:
& directè, per tuor Sanctor mandator, & meorum obligati-
:onum, gradi viam.

Secundo. Doceas me fugere & abominari omne delictum,
cunctasq; amare & amplecti virtutes, atq; in iis quotidie magis
magisq; proficere, & omnem à me eliminare negligentiam &
teporem.

Tertio. Vt instruas me & deuotissimè fundere, & optime di-
:cere preces, melius perfectiusq; sacra deseruiendi morti-
:ficationi, omnesq; patienter sufferre tentationes atq; aduer-
:sitates.

Tanquam Judici.

Primo. Obnixe peto, ô misericordissime Domine Jesu Christe, iustissime Judex, gratiam probè ac sincerè dijudicandi meipsum, omnesq́ meas, in præsenti vita, citra aliquam meorum peccatorũ defectuumq́ palpationem, discutiendi actionem: sed ut purè cum vera contritione & satisfactione illa confitear, nè portã te perpetuæ adiudicer morti.

Secũdo. Precor quoq́ in hac vita, mea castigari peccata, potius, quam in altera reseruari castiganda.

Sicuti Medico.

Primo. Obsecro, Domine Jesu, clementissime animæ meæ Medice, per tua acerbissimæ Passionis merita, cuncta ut animæ meæ sanes vulnera, omnesq́ meas curas infirmitates, intellectum meum illumines, voluntatem ad tuum & virtutum amorem inflammes; memoriam ã phantasmatib⁹ & prauis cogitationibus expurges.

Secundo. Libera me, Domine, à prauis meis habitibus & inordinatis passionibus, & præcipuè ab illis, ad quas magis inclinatus sum, quibusq́3 fortiꝰ impugnor & affligor.

Tertio. Præserua me, Domine, à vitiorum corruptione & putredine, & cohibe tua Omnipotenti gratia impetum meæ praua concupiscentiæ, & sub rationis tuæq́ Diuinæ legis imperio contine, nè præualere contra Spiritum possit.

Tanquam Pastori.

Primo. Rogo te, pie & nè Jesu Christe, vigilantissime animæ meæ pastor, intimo cordis mei affectu, vt animam meam, tuorum

donorum, & cælestium gratiarum parcas abundantia.

Secundo Effice, supplico, vt spiritualium rerum, verbi Dei, frequentationis sacramentor, maxime sancti sacramenti altaris, & operum misericordiæ experiar virtutem & efficaciam.

Tertio Obtestor præterea in me omnium terrenarum & sensibilium voluptatum, & vanitatis mundanæ odium.

Quarto Vt me contra omnes Dæmonis tueatis insidias, donando fortitudinem vincendi omnes, mortis præcipue tempore, tentationes.

Vti Glorificatori.

Precor te gloriosissime Domine Jesu Christe, vnice animæ meæ sanctificator & glorificator, vt per merita virtutum tui pretiosi sanguinis, mihi efficacem gratiam donet, cunctis meæ vitæ diebus tibi fideliter seruiendi, & superandi viriliter omnes difficultates, in via diuini tui seruitij occursuras: quo tandem tecum in cælesti gloria glorificatus gaudeam. Pin.

Mysteria vitæ ac passionis Jesu Christi, post missa salubriter consideranda. Die Lunæ.

Recordeberis Natiuitatis & Circumcisionis hominis, orando humili & intimo cordis affectu, hoc qui sequitur modo. Oratio.

Offero tibi, æterne pater, ad tuum honorem & gloriam, in meam ac totius mundi salutem, mysterium Natiuitatis nostri Redemptoris. Offero exactam illam obedientiam edicto Cæsaris Augusti exhibitam, difficultates longi & laboriosi itin=

neris Nazaretho Bethleemum; angorem cordis purissimæ
Virginis Matris & Sancti Josephi, eo quod illis in diuersorio
deesset locus; horridum tugurium, in quod se receperunt; ex-
tremam, quam ibidem passi, omnium rerum penuriam, præ-
sepe & durum fœnum, quo lecti loco vsi, pro tenerrimo nato
infantulo; toleratum frigus, fusas lacrymas & planctus ac nu-
ditatem, quam in tam patulo loco perpessi sunt.

Pro quibus omnibus immortales ago gratias, te amo & infini-
tè benedico, obsecrans virtute huius mysterij, vt mihi dones ve-
niam omnium mearum inobedientiarum in tuis diuinis man-
datis, inspirationibus & meis obligationib⁹ commissarum, om-
nium mearum sensualitatum, superfluitatum & libidinum; & de
cætero gratiam tibi seruiendi cum uera obedientia, humilitate,
crucis amore, nec non & perfecta diuinæ tuæ voluntatis resig-
natione.

Offero tibi pariter, Domine, dolorosam tui innocentis Filij
Circumcisionem, profundam humilitatem, quâ se peccatile-
gi subdidit; acerbissimos dolores, quos in illa circumcisione
perpessus, Sanctissimas carnes amputatas, pretiosissimũ
effusum sanguinem; lacrymas, quæ suis tenellis emissæ ab ocu-
lis, vna cum Sancta Matre & Sancto Josepho. Pro omnib⁹ hisce
immensis ago gratias, te amo, & infinitè benedico, humiliter pe-
tens, vt merito huius mysterij, detur mihi omnis mea super-
bia, omniumq⁹ mearum tam mentis quam corporis impurita-
tum remissio: & in posterum concedatur gratia humilius, pu-
rius & castius viuendi, omneq⁹ oppositum abominandi vi-
tium.

Die Martis

Memoria repetes, triduanam in templo amissionem: & à Sal-
uatore vsq; ad trigesimum annum suis parentib⁹ exhibitam
subiectionem.

ORATIO.

Offero tibi, æterne pater, ad tuum honorem & gloriam, & in meã,
totiusq; mundi salutem, luctuosam Seruatoris nostri triduam in
templo amissionem; acerbum dolorem, quem senserunt, & obor-
tas illas amaras lacrymas, quando sanctissima mater & Io-
seph illum animaduerterunt amissum; sollicitudinem, qua ab
ijs fuit quæsitus; noctes planctu, gemitib⁹ & suspirijs ductas
insomnes; ardentissimum zelum gloriæ & honoris, ob quem
triduo inter Doctores moratus in templo; necessitatem, egestatẽ,
qua isto temporis spatio pressus; emendicatum ostiatim pro
sui corporis alimento panem; humi cubitum, quo istis noctib⁹
supra nudam terram sub dio carpsit somnum.

Pro omnibus hisce gratias ago, & te infinite benedico, sub-
missè efflagitans, vt merito huius mysterij, mihi concedatur
venia, quod toties impiè sceleratèq; per delicta te amiserim,
petoq; vna gratiam, toto corde deinceps te quærendi, aman-
di, atq; vsq; in finem constanter & fideliter tibi seruiendi.

Offero tibi similiter, Domine, promptissimam obedientiam
& humillimam subiectionem, qua sua sacratissima matris &
sancti Ioseph sui putatitij patris obsecundauit paruitq; manda-
tis, vigilias, pœnitentias, quas isto temporis interuallo fecit;
corporales labores, quos vna cum sancto Ioseph suo putatitio pa-
rente, pro conquirendo victu exercuit. De quibus omnibus im-
mensas gratias ago, te amo, & infinite benedico, & humillime

rogo, vt huius virtute misterij, omnium meorum inobedientiarum
& irreuerentiarum meis parentibus & maioribꝰ factarum con,
:donetur venia, vnaqꝫ detur gratia me humiliandi, & omnibus
pro tuo amore me subijciendi. ~

Die Mercurij

Reduces in memoriam Augustissimi Sacramenti Altaris
institutionem, & Christi in horto agonem. ~

Oratio ~

Offero tibi, æterne Pater, ad tuum honorem & gloriam, & in meam
& totius mundi salutem, amabilem diuini Sacramenti sub vltima
cœna Saluatoris nostri Institutionem; ardentissimam charitatẽ,
& altissimum finem, quo hoc instituit, & in sui memoriam facere san,
:xit; singularissimum, præcellentissimum humilitatis actum, quo su
:orum discipulor, & sui quoqꝫ proditoris Judæ pedes lauit, &
linteo tersit; indicibile tormentum, quod ex Judæ proditoris
delicto, & excitio in corde suo obortum. De hisce omnibus gra,
:tias ago, te amo, & infinitè benedico, enixè flagitans, huius my,
:sterij meritis condonationem meæ modicæ exiguæqꝫ præpar,
:ationis, deuotionis & reuerentiæ, qua cum ad hoc diuinum Sa,
:cramentum accessi. Illudqꝫ in altari tuæ maiestati obtuli: simul
petens, vt me famelicum hac cælesti alimonia, cum fructu & an,
:imæ meæ salute pascere digneris. ~

Offero pariter, Dne, illum progressum in horto; laborem &
cordis angorem, quem suis intimauit Discipulis, trinam ora,
:tionem, qua, prostratus in terram, tertio, pro translatione
calicis, supplex factus; amarissimam agoniam, qua præ nim,
ia anxietate, conditoqꝫ pressura agua sanguine mixta, sudor sic

copiosè effluxit, vt circumcirca inde tota madefacta tellus, per-
:fectissimam resignationem, qua se in æternum tuum benepla-
:citum resignauit; promptum suis hostibus obuiam factum
occursum, & se capiendi permissam facultatem. De omnibus
hisce gratias ago, te amo, & infinitè benedico, petendo per Vir-
:tutem huius mysterij vnam grandem magnanimitatem, infra-
:ctumq; animum in omnibus aduersitatibus & tribulationibus,
& fortitudinem superandi tentationes omnes, tam in vita, quã
in mortis tempore, meq; perfectè resignandi ad tuam diui-
:nam Voluntatem, in omnibus rebus.

Die Iouis

Recoles memoria illusionem Seruatoris nostri, qua illum Herodes alba indutum veste, vt stultum sprevit, & lucernosam ad columnam flagellationem.

Oratio.

Offero tibi, æterne Pater, ad tuum honorem & gloriam, in
meam totiusq; mundi salutem indignissimum facinus, quo vnige-
:nitum tuum filium Herodes alba opertum veste, stulti ad in-
:star spreuit: indignissimoq; protrusionis ictus ~~ictus~~ & ver-
:bera, quæ illi per Hierosolymitanæ vrbis plateas & compita
à Iudæis illata, modo in cœnum & spurca loca supinum proiici-
:endo, modo calcibus peruergendo, nunc per terram trahendo;
nunc illum stolidum & stultum, & alijs contumelioris verbis
compellando. Pro quibus infinitas gratias ago, te amo, benedi-
:coq;, deprecans omnium meorum insipientiarum veniam, &
flagitans gratiam, abominandi stultam mundi sapientiam, & in-
:timo corde tuam amandi stultiam, ita vt nil amem, seu quæ-
rã aliud, præter te, & qua tua sunt.

Offero pari modo, Dñe, crudelem & probrosam ad columnam
flagellationem, millia dirè inflicta verba, liuores, & virginalis
illius carnis dilacerationes, pretiosissimum sanguinem cogiose per
terram profluentem, indicibilem dolorem & tormentum, quod
inde exortum, verecundiam quæ illi obrorta, quando nudus an-
te lupporum rapacium stetit conspectum; horrendas blasphe-
mias, quibus ab illis exceptus, ceteramq; barbaricam, qua
illum diuexarunt, crudelitatem —.

Pro omnibus hisce gratias ago, te amo, infinitequ; benedico,
supplicans per merita huius mysterij, pro omnium meorū
impuritatum & sensualitatum totius meæ transactæ vitæ re-
missione, simul & gratiam deincepts pure & immaculate co-
ram te in diuino tuo conspectu viuendi, vt perfectè meam spi-
ritui subiungam carnem, tuaq; diuinæ subijciam legi. Dñe.

Die Veneris.

Habebis memoriam diræ crucifixionis, & acerbæ mor-
tis Seruatoris nostri, dicendo

Oratio.

Offero tibi, æterne Pater, ad honorem & gloriam tuam; in meā
& totius mundi salutem, acerbissimam & ignominiosissimam, tui
filij Innocentissimi, supra montem Caluariæ in Crucem suf-
fixionem, siue actionem; impiam sacrarū vestium spoliationē
atq; extractionem, qua suorū vulnerum renouatus dolor, sa-
cratissimas manus ac pedes clauis transfixos, acerbam cru-
cis in altum eleuationem; illam quam in ea perpessus sensit
dolorū abyssum; vndas, riuosq; sanguinis ex sacratissimis vulne-
ribus in terram decurrentes, ingentem gutem ex tam funesto

vitio spectaculo sacratissima mater in corde persensit, dolore
iuxta crucis stando pedem.

Pro omnibus hisce immortales gratias ago, amo, teq; benedi-
co, petens gratiam crucifigendi sensus, & omnia mea membra,
carni & mundo, per veram omnium mundarum & falsarum va-
nitatum abnegationem.

Offero similiter, Dne, illam excessiuae charitatis orationē,
qua patri pro suis orauit crucifixoribus; magnam illam dere-
lationem & derelictionem, qua omni humano & diuino fuit dest-
tutus solatio; ardentem, magnamq; sitim, qua laborauit, & siti se-
dandae amarum illi bibendum porrectum fuit fel; dulcem recom-
mendationem, qua suam sacratissimam Diuo Ioanni commen-
dauit matrem; & Ioannem commendauit matri; liberalem, larg-
ficamq; promissionem, qua poenitenti latroni spopondit paradi-
sum. Et postremo eam recommendationem, qua afflictissimum
suum in manus patris commendauit spiritum & animam, atq; hoc
modo totum redemptionis nostrae ab eo fuit completum opus.
De quibus gratias ago, te amo, & infinitè benedico, supplican-
do per merita huius acerbissimae passionis & mortis, vt peccat-
orum tribuatur remissio, & concedatur gratia promptè pro tuo
amore, etiam cunctas mihi à proximis tam viuis, quam in
sancta gratia tua defunctis illatas iniurias condonandi, atq;
in tua sancta gratia viuēndi atq; moriendi.

Sabbatho.

Habebis memoriam sepulturae Dni Iesu Christi, &
planctus, quo illum planxerunt mulieres sanctae.

Oratio.

Offero, æterne Pater, ad tuum honorem & gloriam, ac in meam & totius mundi salutem, funebrem Vnigeniti Sanctiss^ri corporis luctum, quo delatum ad Sepulchrum, tumbam in qua repositus, myrrha & aloë, quibus fuit conditum; planctus, quo illum Sacratissima eius mater, & reliquæ plangĕre mariæ. De his omnib, gratias ago, te amo, infinite q^s benedico, obse,, ;cratus per virtutem huiꝰ mysterij gratiam perfectè morien,, :di veteri homini, cum omnibus vitijs & concupiscentijs, & ut perpetuo illum in Seruatoris nostri sepeliam morte.„

Die Homico

Facies memoriam Assumptionis hominicæ, & Coronationis Beatissimæ Virg: Mariæ in cælo.

Oratio.

O Sanctissima & Beatissima Trinitas infinitas tibi ago gratias, pro gloriosa Assumptione immaculatissimæ Virgi,, :nis & matris nostræ in cælo: Te infinite benedico, pro gloria & honore, quo constituisti eam supra omnes Angelor̃ choros, ad dexteram Vnigeniti filij tui, coronatam cæli terræq^s Reginã & Imperatricem. Precor, vt intervenientibus eius meritis, gratiam mihi elargiri digneris amandi, & studiose Sanctissimas eius virtutes, & præcipuè illius profundam imitandi humili,, :tatem, immaculatamq^s eius puritatem; vt imitando illam in hac vita, merear eam contueri in altera in æternum. Pat̃.

Admonitio.

Facta iam suprad^ctor̃ mysteriorum, seu alicuius eorum, me, :moria, iuxta dictam distributionem, commendabis post hno personas & necessitates, pro quibus orare vis & debes. vti. Pa=

, trem, matrem, consanguineos, amicos, Imperatorem Reges, Principes, prælatos, necessitates communes ac particulares; maximè S: Ecclię, Domus Austriacæ &c: benefact: & malefactores, iustos & peccatores, & finaliter defunctor aias, secundum debitum & deuotionem tuã. Quod si mentaliter ob defectum excellentioris actus hæc meditari non vales, ad suprascriptas recurre orationes; ita ut quod mentali non sufficis meditatione assequi, vocali suppleat oratione, quæ etiam est mentis in Deum eleuatio

Cipta sese in manus Dei penitissimè offerendi atque resignandi, post missæ celebrationem, formula.

Suscipe, Domine, vniuersam meam libertatem, accipe memoriam, intellectum atq; voluntatem omnem meam, accipe hoc immaculatum Sacrificium, in quo largiente gratia tua ad mirabili, tibi filium tuum indignus obtuli; quicquid enim habeo, possideo, vel boni facio, tu mihi misericorditer largitus es: id tibi totum dilecti filij tui profundissimis vulneribus immersum inuolutumq; humillime restituo, ac tuæ prorsus voluntati trado gubernandum, amorem tui solum cum gratia tua mihi dones, & diues sum satis, nec aliud quidquam vltra posco.

Eucharistiæ Sacræ effectus, virtutes, seu operationes sunt sedecim, pro quibus assequendis ante, aut post missæ Sacrificium, aspirationes ad Deum sunt frequentandæ.

Explicantur sequentibus his versibus.

Viuificat, purgat, munit quoque, roborat, auget.
Restaurat, lustrat, præseruat, terret, inarrhat.
Sulcat, & impinguat, calet, vnit, gaudia, tutat.

Viuificat. est enim panis viuus de cælo descendens, qui

dat vitam mundo. Et sicut ipse Chr̃s dicit, Si quis manducat me, uiuet propter me. Hic igitur.

Vtinam homine Iesu, hæc tui sacramenti susceptio me re-
:suscitet à morte peccati, sitq; mihi vita perennis & salus ꝑpetua

Hac sacrosancta Eucharistiæ virtute adiutus pijssime Iesu moriar quotidie mundo & peccato, viuam verò tibi. Amẽ.

Purgat. præsertim venialia peccata, & mortalia quoq; hoc sacramentum de quibus poenitet. Hic igitur

Misericordissime Iesu, hæc sacramenti tui sumptio, sit mihi ple-
:na peccatorum meorum satisfactio, sit quoq; pie Iesu animæ meæ plena purgatio.

Quid habeo dulcissime Iesu dignius? quid pretiosius? quid acceptius? quod pro peccatis meis expiandis tibi offeram, quam te ipsum; Te ipsum igr̃ patri, & te tibiipsi offero, quẽ in remissionem, & purgationem omnium peccator meor̃ suscepi.

Minuit, fomitem libidinis aliorumq; vitiorum. In minoribꝰ :namq; peccatis (teste D. Bernardo) minuit Eucharistia sensum, in grauioribꝰ tollit consensum. Hic ergo.

Huius Eucharistiæ pijssime Deus sumptio sit quæso omnium vitiorum in me extinctio. Virtus quæso huius sacramenti oĩa interiora mea penetret. & quicquid in me prauum, quicquid est vitiosum, mortificet & eradicet.

Vtinam Eucharistia hæc sancta, liberet me ã peccato mortis hu-
:ius, & ã lege peccati. Amẽ.

Roborat. Si enim pannis terrenus, quanto magis panis Angelor̃, panis qui de cælo descendit, confirmat cor hominis?

Hic igitur ſ.

Sacramentum hoc corporis & sanguinis tui Christe Iesu, sit mihi ad ardua quæque robur & fortitudo.

O panis cœlestis, qui ex compactus in vtero Virginis, coctus igne charitatis in ligno crucis, præbe vires animæ meæ, præbe feruorem, vt in seruitio tuo neq; tepescam, neq; in discretione deficiam —.

Auget. hoc est multiplicat virtutes, donaq; gratiarum, vt gradu crescant, numeroq; multiplicentur. Hic ideo

Post huius Domine Iesu Sacramenti sumptionem, augeantq; quæso in me tua dona, & virtutes perficiantur.

Vtinam Sacramenta hæc tua cœlestia gratiam tuam mihi accumu-
:lent; virtutes infundant, charitatem augeant, & dona tua cun-
:cta in me perficiant.

Restaurat. Ad modum cibi naturalis consumpta deperdita, què restaurantis. Ita cibus hic sacramentalis viuificus restau-
:rat calorē charitatis, & humidum radicale bonæ voluntatis. Hic ergo

Vtinam pijssime Iesu feruorem tuæ charitatis, cunctaq; bona dona tua in me cibus hic sacramentalis restauret. Neq; enim ali-
:ud ex me est, aliudq; ~~exmeret~~ nescio, quam gratiam & dona tua destruere & impedire.

Huius viuifici cibi Xtĩ Iesu sumptio reparet in me omnia, quæ per meam negligentiam, ingratitudinem & desidiam perierunt.

Illustrat. id est, illuminat intellectum ad cognitionem peccatorũ vt sciat quid plangat, aut vnde doleat, illustrataq; sumentem ad cogni-
:tionem diuini beneplaciti. Hic igitur

Virtus quæso corporis & sanguinis tui Domine Iesu Christe, intellectum, sensus, omnesq; vires animæ meæ illustret, vt

cognoscam

cognoscam coram te quid acceptissimum sit omni tempore.
Illumina quæso tenebras meas radijs vtsitationis tuæ, &
cognitionem peccatorum meorum, totiusq́ notitiam vilita-
:atis meæ, cum detestatione & odio sancto mihi infunde.

Gratiæ tuæ splendor pie Iesu luceat semper in me, quo cog-
:noscam, diligam, sentiamq́ te Domine Deus meus semper
in toto corde meo, cum timore casto, & reuerentia. Præ-

Præseruat. Nimirum à peccato, & à morte gratiæ. Refra-
:hit enim debilem voluntatem, & contra inimicum impugnantē
armis spiritualibus instruit. Hic igitur.

Quoniam corpore & sanguine tuo Deus pijssime me re-
fecisti, non sinas ex me hanc posthac fieri tibi iniuriam
& contumeliam, vt ad vomitū redeam, aut vt denuo te offendā.
Quid vis mecum agas pijssime Iesu, saltem à peccato, ab
offensioneq́ tui me præserues, & in tua gra iugiter con-
serues, & contra insultantem inimicū armis spiritualibus,
ac vulneribus tuis gloriosissimis munias. Præ-

Terret. Hoc est Dæmones fugat, sacramento enim hoc
quicunq́ fuerit munitus, est Diabolo tanquam castrorū
acies ordinata. De quo Chrysost: Vt leones inquit, flammam
spirantes, sic ab illa mensa discedim9, terribiles Diabolo facti.
Dic igitur.

Christe Iesu, passionis tuæ virtus, huiusq́ sacram-
:enti susceptio sit mihi contra omnes insidias inimicorū
munimen, & protectio.

In te Iesu pijssime, in virtute tua fac me superare om-
nem tentationem. Custodi me Dne vt pupillam oculi,
sub vmbra alarum tuarum, id est, sub brachijs tuis in
cruce expansis protege me. Si me tentari vis, tribue
mihi benignissime Iesu virtutem ex te, ne vincar, et
succumbam. Sacramentum hoc tuum muniat me queso,
et ab inimici fraude defendat. Amen.

Inarrhat. Scilicet Sponsam dilecto. Est enim caelestis
gloriae pignus, et arrha sincerae dilectionis. Hic igitur. s.
Quid dignius, aut pretiosius teipso mihi dare potuis-
ses amantissime Iesu? Sit igitur queso mihi hoc donum
pignus, nè vnquam posthac obdormiam in morte perca-
ti, et nè vnquam à te segregari possim.

Vtinam in arrham dederis mihi hoc Sacramentum
sincerissimi perpetuiq; amoris, quo tibi nexu coniun-
gar indissolubi, et vt amoris hoc vinculum nunquam
possit dissolui. Sit haec sumptio Sacramenti arrha, qua
me dono hoc nobilissimo subarrhas, pijssime Deus sincer-
issimae dilectionis, quae vt in te constans est, et per-
petua, ita in me castissima quoq; sit, et perseueret. Fre-
quens et sempiterna. Amen.

Dulcat. Dulcedinem diuini gustus, sapidamq; deuo-
tionem hoc Sacramentum administrat. Quapropter dic,
In te sit Iesu suauissime omnis delectatio mea. Te
solum concupiscam, te solum sitiam, te solum sentiam,

Nihil quæso posthac me afficiat nisi tu: nihil me delec-
:tet nisi tu. Tædeat me gaudij quod est sine te, delectet
me labor omnis, qui est pro te, & amara sit omnis mi-
:hi quies, quæ non est in te. Amen.

Dulcis Jesu, ad hoc sacramentum tuum te largiente,
quæso in me in dies crescat deuotio, crescat amor, cre-
:scat desiderium, crescat reuerentia, intolerabilisq; in
me fiat huius esuries & sitis. Amen.

Impinguat, seu implet, animam donis Spiritus Sancti
vnioneq; deuotionis. Quod Psalmista postulat, dicens.
Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. Hic igr.

Ah Domine suauissime, tui dilectione, deuotionisq;
pinguedine imple tu quæso mentem meam, & vnctione
Spiritus Sancti cor meum durum perunge, vt ablata om-
:ni duritia atq; desidia, curram post te in odore vngu-
:entorum tuorum.

Vtinam castissima, affectuosissima, iugiq; deuoti-
:one tu dulcissime Jesu impleas animam meam, qua ad
patienda amara, ad agenda ardua, ad mortificanda
desideria, ad omnem abnegationem cuiuscunq; propri-
:etatis facias me feruidum, deuotum, castum, obedien-
:tem atq; resignatissimum.

Calet. Hoc est, ad Dei inflammat amorem; quomodo
enim non inflammaret fons charitatis, sacramentum amo-
:ris? Hic igitur.

Emitte quæso misericordissime Jesu, ex te amoris tui ra-
:dios, qui me succendant, igneq; inextinguibili charitatis tuæ
me totum, hoc est, id quod ex me sum comburant & consumant,
vt nihil in me remaneat, nisi quod gratia tua in me operata
est, & charitas.

Igne me tui amoris dulcis Jesu accende, vt velut æs can-
:dens totus flammescam charitate, totus tui amore langueā,
totus quod ad me ipsum, & ad veterem hominem deficiam. Amen.

Vnit. quemadmodum cibus in edendis corpus verè
conuertitur, ita hic è diuerso; sumens hoc sacramentum trans-
:formatur in Deum, hoc est Deiformis efficitz. Quamobrem
dic fiducialiter Deum exorando.

Vtinam me rapiat ō pulchritudo casta! ō delectatio sancta!
vtinam me rapiat in te ignita vis amoris tui, quæ me in te trans-
:formet, in te absorbeat, & tibi vniat.

Absorbeat me quæso pijssime Deus melliflua vis amoris
tui, quæ me totum penetret, atq; me tecum vnum efficiat. Amen.

Gaudia. Scilicet dat. Hoc enim Sacramentum, ex priori-
:bus, vt liquet, virtutibus spem roborat & consolatur, quod filij
Dei sumus, vnde gaudium hoc in Spiritu Sancto generatz. Dicit

O dulcissime Jesu vita & spes mea Deus meus & omnia, fac
vt verè mundi huius, ac vniuersis alienis gaudijs abrenun-
:tiem, in tua voluntate proficiam, ac in te solo gaudeam: teq; mi-
:serante ab vbertate domus tuæ Cælestis Hierusalem lætificer.

Pijssime Jesu Deus meus esto tu vnica consolatio mea,

gaudium meum vnicum, securitas & pax mea in qua requiescam—„
Tutat. Scilicet ā pœna inferni & purgatorij. Remittit enim par„
:tem pœnæ non modicam purgatorij. Quapropter dic „
Jesu misericordissime, non habeo quo peccata mea redimā,
nec quo pœnas quas debeo, propter delicta mea exoluam, sed
charitatem tuam, meritaq3 passionis tuæ, quæ in hoc sacramen„
:to nobis tribuis, quæso pro me suscipe, & me ab omni culpa
& pœna liberum & innoxium redde.
Quid aliud tibi offeram pie Jesu, nisi temetipsum? En te,
qui plena es propiātio pro peccatis nostris, & satisfact„
:io, pro me tibi trado ac offero. Fiat.
Gratiarum actio post Missæ celebrationem—„
Eia nunc gratias tibi ago pijssime Deus, quod me ad sumen„
:dum corpus, & sanguinem tuum pretiosissimum vocasti.
Gratias tibi ago dulcissime Jesu, quod me tuo corpore & san„
:guine refecisti. Gratias tibi ago clementissime Deus pro
immensa pietate & misericordia tua infinita, qua me in hac per„
:ceptione pretiosissimi corporis & sanguinis tui specialiter
respexisti. Gratias tibi ago benignissime Deus, quod me pro„
tegendo ā periculis innumeris custodisti. Mi homine Deus;
ecce pro tam gratissima vocatione, pro tam dulcissima refectio„
:ne, pro tam pijssima respectione, pro tam clementissima prote„
ctione & custodia; & pro omnibus beneficijs tuis tibi optime
Deus gratias ago, te benedico, te laudo, colo, veneror, te
adoro & glorifico in æternum. Fiat.

Oratio Sanctæ Thomæ Aquinatis pro Gratiarum actione.

Laudo, glorifico & benedico te Deus meus propter immensa indigno mihi præstita beneficia. Laudo clementiam tuam me diu expectantem; dulcedinem tuam vlcisci simulantem; pietatem vocantem; bonitatem suscipientem, misericordiam peccata remittentem; bonitatem supra merita impendentem, patientiam iniuriæ non recordantem; humilitatem consolantem; potentiam protegentem; æternitatem conseruantem; veritatem remunerantem. Quid dicam Deus meus de tua ineffabili largitate! Tu enim vocas fugientem, suscipis reuertentem; adiuuas titubantem; lætificas desperantem; stimulas negligentem; armas pugnantem, coronas triumphantem. Peccatores post pœnitentiam non spernis, iniuriæ non meministi; à multis liberas periculis. Ad pœnitentiam cor emollis, terres supplicijs, allicis promissis, castigas flagellis, angelico ministerio custodis, ministras temporalia; reseruas nobis æterna. Hortaris dignitate creationis, inuitas clementia redemptionis; Pro quibus omnibus laudes condignas referre non sufficio maiestati tuæ; gratias tibi ago propter immensæ bonitatis tuæ abundantiam. Vt semper in me gratiam tuam multiplices, & multiplicatam conserues, & conseruatam remuneres. Amen.

Seruanda post sacrosancti Eucharistiæ sacramenti sumptionem, seu missæ celebrationem, hæc diligenter aduerte.

Vt Deum Angelorum, Regem Christum, etiam sub nube, & specie panis & vini adoratione latriæ cernui colamus, eamque illi deferamus reverentiam quæ summa est: eam præparationem quæ digna est: eam gratiarum actionem quæ immortalis est.

In Augustissimo enim Eucharistiæ Sacramento, Verum Dei & hominem, Deifilium, Dominum & Redemptorem nostrum Jesum Christum verè & firmiter adesse fatemur, credimus & confitemur; ad cuius præsentiam lætanter astant Angeli, proni lætantur Archangeli; genibusq; flexis gaudēt Throni, eumq; adorantes iubilant principatus & potestates: Dæmones autem semper contremiscunt; in cuius etiam nomine non modo Cælestium ac terrestrium, sed & infernorum genua flecti coguntur: Quilibet fidelis Christianus igr ad hoc tam magnificum atq; augustum tremendumq; accessurus convivium, summopere rem ipsam; quando magis Sacerdos; perpendere, conscientiamq; suam quam diligentissime discutere; ac vestem induere debet; nè ad instar illi, de quo in Euangelio, ligatis manibus & pedibus, in tenebras mittatur exteriores, vbi fletus stridorque dentium erit perpetuus. Propterea non absre Apostolus nos admonet, inquiens: Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat: qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit, non dijudicans corpus Dni. Indignè verò hunc panem edere videtur; qui licet per pœnitentiam à Confessario suorum ob-

tinuerit remissionem peccatorum; non tamen conuenienti
modo. congruaq3 deuotione, per vestem nuptialem, pedumq3
lotionem (subintellige) ad hanc Dnicam mensam accedit: nam
qui mundus est: ā peccatis scilicet mortalib9, non indiget, ni
:si ut pedes lauet, & est mund9 totus, vestemq3 induat nu
:ptialem: hoc est, spretis omnibus ac contemptis huius sæculi
vanitatibus, se totum DEO dedicet, mentem retineat can
:didam, eamq3 assiduis orationibus & meditationibus, tan
:quam veste nuptiali induat & exornet; gratumq3 se
Dei reddam per oia conuiua, ac pro communib9 omnium
necessitatib9 apud patrem æternum interpellatorem—

Exercitium

deuotissimum quotidie sacratissima quinquè vulnera homini nostri Iesu Christi salutandi. primo

O dulcissime Iesu, adoro vulnus manus tuæ dextræ.
Da mihi, quæso, victoriam de me ipso, & gratiam extirpandi
ex corde meo omnia vitia & inclinationes malas. Recom
:mendo tibi in hoc vulnus, vniuersalem sanctam Ecclesiam
tuam, eiusq3 statum omnem; conuersionem infidelium, &
reductionem ad eandem omnium hæreticorum—
Pater noster Aue Maria. ℣. Secundo.

O Patientissime Iesu, adoro vulnus manus tuæ sini
:stræ. Rogo te, da mihi patientiam in omnibus aduersita

tibus, largire mihi fortitudinem in extremo vitæ mom-
ento, & gratiam euitandi mortem æternam. In idem
vulnus tuum sacrosctm commendo tibi tuos vtriusq3
sexus fideles. Pater noster, Aue Maria ℘. Tertio.

O Amabilissime Jesu, adoro sacratissimum vulnus
pedis tui dextri. Da mihi, quæso, gratiam progrediendi
semper in melius in via tuorum sacratissimorum manda-
torum, in operib9 bonis, & augmento omnium virtutum, se-
cundum tuam sanctissimam & diuinam voluntatem. In
idem vulnus sacratissimum tuum commendo tibi omnes
Ecclesiasticos, & vtriusq3 sexus religiosos.
Pater noster, Aue Maria. ℘. Quarto,

O Benignissime Jesu, adoro sacratissimum vulnus pe-
dis tui sinistri. Obsecro te, libera me ab omnibus periculis,
tam animæ, quam corporis; & da mihi gratiam effugiendi
omnia peccata & peccandi occasiones. In idem vulnus sa-
cratissimum recommendo tibi omnes meos benefactores, pro-
pinquos, amicos, inimicos, & omnes omnino, pro quibus
orare teneor. Pater noster. ℘. Aue maria ℘. Quinto.

O Glorioss̄ime & misericordissime Jesu, indignissimus
ego in tuo conspectu peccator, adoro vulnus sacratissimi lateris
tui. Oro humillime, ut ardentissimo tuo amore me incendas,
vt omni inordinato affectu, ad quascunq3 creaturas derelicto,
tu solus semper cor meum inhabites. Commendo huic sacratis-
simo vulneri tuo omnes animas, q3 in purgatorio detinent. Pr. & Ave ℘.

Modus recitandi Coronam Sacrorum quinque vulnerum Christi Jesu.

Pone me ut signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum.

Observa

Quinquies recitanda est oratio Dominica, ad orbicu-los quinq3, in honorem Vulneris vniuscuiusq3, & vnica Salutatio Angelica ad vnum quodq3 numisma, ad honorē Matris afflictissimæ filio condolentis, vt ab eo, quicquid per sacra illius vulnera petimus, nobis clementer impetrare dignetur.

Alter modus eandem Coronam vulnerum sñi recitandi

Continet hæc corona in se quinq3 decades, quarum quælibet diuisa est in quinque Pater noster, & quinq3 Aue Maria. In Pater noster considerabis dolores Christi. In Aue Maria dolores Beatæ Virginis. Ad hæc in quolibet vul-nere nouæ gratiæ, nouumq3 beneficium petitur. hoc modo

Ad vulnus sinistri pedis. Pete cum vera pœnitudine, mise-ricordem peccatorum tuorum condonationem. s. pr. nr. & dic. & j. Aue

Ad vulnus dexteri pedis. Pete gratiam resistendi tentationib9, vitandi peccator pericula, & in virtutib9 progrediendi. s. pr. nr. j Aue

Ad vulnus sinistræ manus. Pete salutarem timorem, & ab æ-terna damnatione liberationem. s. Pater nr & vnū Aue Maria

Ad vulnus dexteræ manus. Magna cum fiducia, pete vt

æternam beatitudinem consequi possis. 5. Pr̃ nr̃. & 1. Aue.

Ad vulnus lateris. pete ut in eo tibi habitare liceat, & ob,
tinere sincerum Jesu & Mariæ amorem. 5. Pr̃ nr̃. & 1. Aue.

In honorem trium clauorum, ad reliqua tria grana, dic
tertio. Sancta mater istud agas, crucifixi fige plagas,
cordi meo valide

Ad Sacrum Dñi Caput: dic

O bone Jesu exaudi me, Intra vulnera tua absconde s̃ & s̃.

Ad crucem dic. Gloria patri & filio, & Spiritui Sancto:
sicut erat in principio, & nunc, & semp, & in sæcula sæcu. Amen.

Ad imaginem ~~defixi~~ defuncti Saluatoris in sinu afflictæ
matris iacentis

Eia Mater fons amoris, me sentire vim doloris fac, vt tecũ
lugeam.

Fac ut ardeat cor meum, in amando Chm Deum, vt sibi complacea.

Ad crucifixi imaginem, in numismate, dic.

O crux aue Spes vnica, ō redemptor gloria, auge pijs iu,
stitiam, reisq; dona veniam.

℣. Adoramus te Chre & benedicimus tibi: quia hac Sancta
quinque vulnera tua redemisti mundum.

Oremus

Domine Jesu Christe, Deus cordis mei, & pars mea in
æternum, per quinq; ista Salutifera vulnera tua, quæ tibi in
cruce noster amor inflixit, mihi famulo tuo subueni, quem
pretiosissimo Sanguine tuo redemisti.

Alia oratio pro amico.

Domine Iesu, per tuum cor lancea transfixum, rogo te transfige cor N: famuli tui diuini amoris tui iaculo, vt quæ mundi sunt excuat, teq3 solum diligat, non verbo, neq3 lingua, sed opere & veritate.

S. Bonaventura sic Chri vulnera compellat.

Transfige dulcissime Domine Iesu medullas animæ meæ, suauis-
:simo, & saluberrimo vulnere amoris tui; vulnera viscera ani-
:mæ meæ, verâ, & firmâ, atq3 Apostolica charitate, vt uerè
ardeat, langueat, & liquefiat anima mea solo semper amore, &
desiderio tui, concupiscat & deficiat in atria vulnerum tuor
sacratissimorum, cupiat dissolui, & in illis tecum esse Chê mi.

Ludouicus Blosius vulnera Chi sic quotidie adorabat.

Domine Iesu Christe, gratias tibi ago pro istis colendis
vulneribus tuis; Cia erige me in illa, absconde me in eis, in-
:scribe & imprime illa cordi meo intime, vt tui amore totus
ardeam, & medullitus tibi compatiar Chê Iesu.

Salutatio Sanctissimorum Vulnerum Christi.

Primo. O salutifera Vulnera dulcissimi mei Iesu Christi! Salue-
:te, Saluete, Saluete in omnipotentia patris, qui vos dedit. In Sapi-
:entia Filij, qui in vobis sustinuit. In benignitate Spiritus Sancti,
qui in vobis nostræ redemptionis opus perfecit.

His verbis deuota quædam â Deo aspirata, salutabat vulnera San-
:ctissima Saluatoris nri Iesu Christi.

Secundo, Saluete monumenta charitatis, testimonia obedientiæ,

signa visionis paternæ, & pretia redemptionis humanæ;
salucte fortitudo martyrum, patientia Confessorum, gau-
:dium Apostolorum, gloria Sanctorum omnium.

Tertio. Saluete, saluete. Sanctificate animas nostras in potentia Patris, in sapientia Filij, in bonitate Spiritus Sancti; Saluate nos ab æterna damatione, & Sanctificate nos in ve-
:stra dilectione; cum abundantia vestrarum gratiarum in hac vita, & cum plenitudine gloriæ in altera. Am.

Oratio

Manus tuæ homine, fecerunt nos; manus iniquam, illæ, quæ affixæ clauis sunt pro nobis: opera manuum tuarum nè despicias; vulnera manuum, precor, vt aspicias: Ecce in manibus tuis descripsisti nos, homine Iesu, lege ipsam Scripturam, & Salua nos. O bone Iesu, excaudi; intra vulne-
:ra tua absconde nos: nè permittas nos vnquam ~~saluari~~ à te separari; in hora mortis voca nos: vt cum Sanctis mise-
:ricordiæ tuas in æternum cantare possimus. Am.

Oratio, ex S. Augustino, in lib. meditat: cap: 36.

Christe homine, æternum patris verbum, qui venisti in hũc mundum, vt peccatores saluos faceres; rogo te per indulgen-
:tissima misericordiæ tuæ viscera, emenda vitam meam, cor-
:rige actus; compone mores; tolle de me quod mihi nocet, & tibi displicet: da verò quod nosti tibi placere, & mihi prodesse. Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine, nisi tu solus? Tu es Deus omnipotens, infinitæ pietatis;

qui iustificas impios, & vtuificas mortuos, qui mutas
peccatores vt ex iniquis iusti fiant. Tolle ergo de
me quicquid tibi improbatur in me; vident enim oculi tui
plurima in me imperfecta esse. mitte quæso manum pie-
:tatis tuæ in me. Coram te est sanitas Domine, & infirmitas
mea; illam precor serua, istam sana. Tu Domine sanita-
:tem animæ meæ dona, & sanabor: saluum me fac, & salu-
ero. Si enim dignaris in agro tuo, corde meo serere bo-
:num semen, necesse est vt manu pietatis tuæ, spinas
prius euellas vitiorum meorum. O Iesu dulcissime, benig-
:nissime, charissime, desiderabilis: pulcherrime, & super
omnes amabilis, infunde obsecro multitudinem dulcedi-
:nis & charitatis tuæ pectori meo: vt nihil terrenum: nihil
carnale desiderem vel cogitem; sed te solum amem, te so-
:lum habeam in corde & ore meo. Scribe digito tuo in pecto-
:re meo dulcem memoriam tui mellifluui nominis, nulla vnquã
obliuione delendam. Scribe in tabulis cordis mei voluntа-
:tem tuam, & iustificationes tuas, vt te immensæ dulcedi-
:nis Dominum, & præcepta tua semper & vbiq; habeam
præ oculis meis: succende mentem meam igne illo tuo, i
quem misisti in terram & voluisti vehementer accendi, vt
sacrificium Spiritus contribulati, & cordis contriti, obortis la-
crymis quotidie offeram tibi. O dulcis Christe, o bone Iesu ovo
te, & tota mente desidero, vt cordi meo sanctum tuum & cas-
tum amorem infundas, qui me repleat, & da mihi euidens sig-

;ders signum amoris tui lacrymarum fontem, vt ipse
etiam fletus, tui in me testetur amorem. Reminiscor,
pie Domine, bonæ mulieris Animæ, quæ ad tabernaculum
venit rogans pro filio, vt prolem masculam posset susci-
pere, diu perstiterit in fletu & planctu: concede vt anima
mea similiter plangat & gemat, ex ardenti amore tui, te
quærat, te amet, & tandem assequatur. Respice ergo me
& miserere mei. Da mihi consolationem, & noli sperne-
re peccatricem animam, pro qua in cruce mortuus es. Da
mihi quæso lacrymas ex toto affectu internas, quæ peccata
mea diluant; & animam meam cælesti iucunditate repleat.
Si non cum veris & perfectis viris, quorum vestigia
nequeo imitari: saltem cum deuotis mulieribꝫ quantulam-
cunqꝫ portionem in regno tuo merear adipisci. Amen.

Oratio, qua optamus participes fieri amaræ passionis
Dni nri Jesu Christi. Ex lib: medit S. Augustini cap. 41.

O Jesu fili Dauid, redemptio mea, & salus, Summum am-
oris tui erga me signum in cruce ostendisti: pro tantis bene-
ficijs hoc requiri à te sentio, vt te vicissim amem. Verum ego
peruersitate meæ naturæ abductor, vt ea potius diligam & am-
plectar, quæ tibi contraria sunt, quæ & me perdunt, & ipsa per
se cito pereunt. Te igitur quæso benignissime Pater, da mihi,
inspira & concede, vt te præ omnibꝫ ex toto corde amare
possim, ac vt tantum tua voluntate, tuisqꝫ præceptis delecter,
eaqꝫ ipsis operibus meis exequar in omni perfectione ad æter-

nam mercedem. O clementissime Deus, conuerte meum tor-
porem in feruentissimum tui amorem, vt ex intimo pectore ac cor-
de gratias tibi agam; quod tua immensa bonitas tamdiu me
peccatorem sordibus inuolutum tolerauit, poenitentiam meam,
& correctionem tam patienter expectauit. Oro te largire
mihi per misericordiam tuam, vt totum me ad te conuertam in
tempore gratiæ. Sint præcincti lumbis & accensis
candelis, hoc est, corporis mei castigatione, vera & viua
viua fide aduentum tuum gloriosum ad extremum iudicium
tuum expectem, vtq; in domum illam voluptatis, quam pater
noster cælestis inhabitat ingrediar ad nuptias æternas, quas
tu mitissime Jesu ijs qui te amant, morte tua & passione præ-
parasti. Benignissime Deus, spes cordis mei, salus mea,
Sauissime Jesu, oro te, condona, quod pro tua passione
tam ingratus fuerim, & tui amoris ac pietatis oblitus sim.
O Saluator noster serenissime, infunde cordi meo vt gaudiũ
omne & consolationem in morte tua, quam sine culpa tua
pro nostris sceleribus pertulisti queram ac inde gaudeam.
Da vt passioni tuæ, quam vt nos redimeres subijsti, compati,
ac condolere possim; non minus quam gloriosissima Virgo dig-
nissima Mater tua est compassa. O homina mea miseri-
cordissima, quos fontes dicam erupisse de tuis pudicissi-
mis oculis, cum attenderes vnicum filium tuum innocentẽ
coram te ligari, flagellari & mactari? Quos fletus cre-
dam profudisse pijssimum tuum vultum cum suspiceres eum-

dem filium tuum Deum in cruce sine culpa extendi, &
ab impijs tam crudeliter dissecari? Quibus singultibus pu-
:rissimum pectus tuum concussum est, cum hæc verba au-
:dires: Mulier ecce filius tuus. Et cum ad discipulum diceret?
Ecce mater tua. Ha mihi ô Clementissime Pater, & miseri-
:cors Deus, vt hæc omnia quæ tibi indignissima acciderunt, in
corde meo præsentiscam, tecum doleam; crucem meam pati-
:enter & perseueranter baiulans, te consequar, vt propter in-
:comparabilem amorem tuum, quem in cruce declarasti, te
vicissim diligam; peccata fugiam, mala caueam, & ex tua volun-
:tate viuens, æternæ beatitudinis particeps fiam. Amen.

Oratio quæ dici potest ante crucifixum, qua fatetur & recognoscit homo, se esse causam passionis Dni.

D: Augustin: in lib: medit: cap: 7.

Quid commisisti dulcissime & amantissime Iesu, vt sic
iudicareris, tam immaniter tractareris? quod scelus
tuum, quæ noxa, quæ causa tam acerbæ mortis? quæ
(causa) occasio damnationis? O me miserum! ego sum tui
doloris & cruciatus causa, ego culpa occisionis; vt tuin
cruce penderes, ego meis flagitijs promerui. Tu innocens
es, ego reus existo, ego iniquus peccaui, tu iustus puni-
:ris; quod merui ego pessimus, tu passus es optimus: quod
perpetraui seruus, tu exsoluisti Dominus, ego facinus ad-
:misi, tu vltione plecteris, ego crimina omnia designaui;
tu torturæ subijceris; in me est omnis iniquitas, tu sup-

plicium sustines. Quò nate Dei, quò tua descendit humilitas?
quò tua processit pietas & miseratio? quantum flagrat tuus
amor? quam ardens est charitatis tuæ flamma, qua erga
nos peccatores flagras. O mitissime Jesu, quid ego pro his re-
fero? quid retribuo? aut quid referre possum? quam minime gra-
tus sum pro sancta tua, pretiosa & amara passione, pro tot erum-
nis, quas tu ad consolationem, salutem & redemptionem meam
summo charitatis ardore suscepisti, & perpessus es? Ego deliciis
ciborum fruor, potu exquisito delector, tu in patibulo laborans,
fellis amaritudinem gustasti & acetum potas. Ego molli & pre-
tioso vestitu ornatus incedo; tu nudus cruci affigeris, inter
latrones in ligno crucis clauis laniaris; ego luxui inseruio: tu cru-
cem gemens portas; ego rideo, ac exulto cum mundo; tu lan-
guorem tuum in cruce exclamando testaris. Ego caput meu
lautè orno & como, tuum sentit, & spinea corona vulneratur.
Ego carnem meam delicatè tracto, tenerrimo amictu foueo, tu
nudus ad columnam ligatus atrociter flagellaris. Sic mihi car-
ni indulgenti, congaudens arridet Cita; tibi patienti plorans
compatitur Maria. Quid Rex meus & Deus meus, quid
retribuam tibi pro omnibus quæ in me tam largè contulisti?
Non equidem inueniri potest in corde hominis, quod condig-
nè talibus referatur præmijs: machinetur quicquid potest hu-
mana sagacitas, nihil proferet, cui iustè interterrabilis Dei
bonitas comparetur. Non est creaturæ moliri officium, quo
sui Creatoris recompenset præsidium. Et tamen, ô fili Dei,

est in admirabili tua dispositione, vt aliquid etiam nostra fra-
:gilitas possit, cum visitatione & gratia tua, mens nostra com-
:pungitur, ad compatiendum tibi commouetur, carnem hāc
crucifigit cum vitijs & concupiscentijs, cum etiam ea sen-
:timus quæ tu sensisti, cum crucem nostram portantes tu-
:a vestigia sequimur in vera charitate; obedientia & patien-
:tia: & hoc cum ā te conceditur, quasi iam compatimur tibi:
tu illa in nobis ex gratia tua probas, & donas, vt ad æternā
salutem nobis sint. Sic cum te hinc armamur & corrobora-
:mur, vt, si tui nominis gloria & confessio tuæ fidei hoc re-
:quirat; non veremur pro tui amore mortem oppetere, vt tu,
:æ pietati pro viribus respondeamus. Oro itaq; Omnipo-
:tens Deus, infunde meis vulneribus cœlestem hanc me-
:dicinam; imple me hac suauitate & consolatione passionis
tuæ, vt toto affectu omnes huius mundi illecebras despitiā;
aduersi pro te nihil reformidem: sine te, & præter te, nihil mi-
:hi dulcescat, nihil complaceat. Vilescant obsecro absq; te
mihi omnia, sordeant omnia; quod tibi aduersum est, ego
etiam vt molestissimum auersor; quod tibi placet, mihi in-
:desinenter sit desiderium: fac vt tædeat me gaudere sine
te, & delecter contristari pro te. Sit mihi nomen tuum re-
:focillatio; & memoria tui, consolatio. Sit bonum mihi lex oris
tui super millia auri & argenti. Tibi obedire amabile, tibi
resistere, sit cordi meo execrabile. Rogo te spes mea per cœ-
pietates tuas, vt propitieris omnibus impietatibus meis. Sin-

Oratio B: Augustini, qua exponit peccator Deo patri Passionem Iesu Christi esse suam reconciliationem, & in eum omnem spem collocat. lib: medit: cap. 8.

Omnipotens Deus, pater Domini mei Iesu Christi, quæso benignus sis, & misereatris mei propter filium tuum dilectum. Hunc tibi pro peccatis meis deuotè offero, & suppliciter præsento, nihil habeo nobilius, charius aut pretiosius hoc unico. Hunc ad maiestatem tuam dirigo aduocatum meum, hunc mitto intercessorem, per quem confido veniam me omnium meorum peccatorum impetrare posse. Quicquid enim fecit & passus est, omne id propter me & redemptionem meam factum est. Credo à te missam beitatem, meam suscepisse humanitatem, in qua propter me alapas, vincula, sputa, irrisiones suscepit, nec non crucem, clauos telumq; pertulit. Huius infantia in cunis vagijt, pueritia pannis constricta est, iuuentus sudoribus vexata, ieiunijs macerata, vigilijs afflicta, itineribus fessa, postea affecta flagris, & lacerata est supplicijs. Hæc est, o pater, placatio mei, & propitiatio tua. Hic attende pius, quem genueris filium, & quem redemeris seruum, hic aspice factorem, & ne dedispicias facturam. Amplectere serenus pastorem fidelissimum, qui me vt errabundam ouiculam, multis gemitibus, varijs laboribus quæsiuit, & vnam quæ iam perierat ad nonaginta nouem reportauit: hanc ex abruptis & præcipitijs ad loca tuta, optimi pastoris humeris relatam ouem respice mi-

sericors. Ecce homine mi, Rex meus, omnipotens pa-
ter, pastor ille bonus restituit tibi, quod ei quærendum com-
misisti. Ecce tuum tibi charissimus natus plasma recon-
ciliauit, quod à te procul deuiauit, reducit ille quod à præ-
done abactum fuerat, reddit conspectibus tuis seruum, quē
sua conscientia fecerat fugitiuum: parce ō homine, seruo
tuo propter filij tui dilecti intercessionem. Potui per me te sum-
me Pater offendere, sed non valui per me placare. Factus
est adiutor meus, heus meus, tuus dilectus filius. Hic no-
strum sumpsit humanitatem, vt meam sanaret infirmitatem, te
mihi placaret, se offeret, vbiq; sacrificium laudis immolaret, me
per hoc tuæ pietati reconciliaret, & vt sedens ad dexteram
tuam, meæ substantiæ ostenderet se esse consortem. Ecce
ō heus, hic tuus filio, tota mea spes, totaq; fiducia est.
Si me pro mea, vt dignum est, abijcis iniquitate, respice me
saltem misericors, pro dilectæ sobolis charitate. Attende in
filio, quo propitieris seruo: quoties beatæ prolis tibi vulnera
patent, contegantur & delitescant in his mea scelera. quoties
rubet pretiosus pio de latere sanguis, diluatur obsecro lab-
es meæ pollutionis. Et quoniam caro mea te lacessiuit ad ir-
am, caro quam induit filius tuus, te flectat ad misericor-
diam: Sicut me mea caro seduxit ad culpam, sic caro filij
tui reducat me ad veniam. Etsi enim summa sit nostra im-
pietas & iniustitia, maior tamen tua est misericordia, quæ
totius mundi mala, in qualitate & quantitate sua excedit.

Te oro Coelestis pater, mitis ac misericors Deus, gra-
tiam tuam mihi impartire, participem me fac passionis, quam
filius tuus pro nobis exsoluit, ex ea etiam consolatio ad
me dimanet, vt in perpetuum te laudare, tibiq; gratias age-
re possim. Am.

Oratio diui Augustini, non minus deuota, quæ in infir-
mitate & tribulatione dici potest. Ex lib: meditat: cap: 38.

Miserere Domine, miserere pie, & omnipotens Deus, mi-
sericorditer respice me peccatorem miserrimum indigna
agentem, & digna patientem. Quotidie enim perco, quapro-
ter merito tua flagella quotidie mihi sustinenda sunt. Si perpen-
do malum quod feci, non est tantum quod patior, grauius quod
commisi, leuius quod tolero. Iustus es Domine, & rectum iu-
dicium tuum: non est vlla in te iniquitas, nec iniuste nos per-
catores affligis. Tu ô pater Omnipotens, cum non essemus,
potenter fecisti nos, & cum perditi fuissemus culpa nostra,
pietate & bonitate tua mirabiliter reparasti nos. Scio & cer-
tus sum, quod vita nostra non temerarijs motibus agitur, sed
à te Domino Deo nostro disponitur & gubernatur. Vnde tibi
cura est pro omnibus, præcipuè de seruis tuis, qui totam
spem suam posuerunt in sola misericordia tua. Idcirco obse-
cro & suppliciter rogo, vt non facias mihi secundum pecca-
ta mea, quibus iram tuam commerui, sed secundum mag-
nam misericordiam tuam, quæ superat etiam peccata toti
mundi. Tu Domine, quoties me flagellas exterius, da mihi,

interius indeficientem patientiam, ita vt laus tua non re-
cedat de ore meo. Miserere mei Domine, miserere mei, &
adiuua me, sicut tu nosti, quod mihi est necesse in corpo-
re & in anima, scis omnia, potes omnia, qui vivis in sæ-
cula. Amen.

Oratio deuotionis plena, quã optamus pias lacrym-
as pro nostris delictis. Ex diuo August: lib: medit: cap: 37.

Deus confugium meum, & vnica spes miserorum, cui
numquam sine spe misericordiæ supplicatur: præsta mi-
hi hanc gratiam propter te, & propter nomen sanctum
tuum: vt quoties de te cogito, de te loquor, de te scribo,
de te lego, de te confero, quoties tui reminiscor, tibi assisto,
laudes, preces & sacrificium offero, toties obortis lacrymis
in conspectu tuo copiosè & dulciter fleam: ita vt efficiantz
mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte. Tu enim Rex glo-
riæ, & omnium virtutum magister, docuisti nos verbo &
exemplo gemere & flere, dicendo: Beati qui lugent, quoni-
am ipsi consolabuntur. Tu defleuisti defunctum amicum
Lazarum, tu lacrymas effudisti super ciuitatem Hierusa-
lem, quam videbas perituram. Rogo te bone Iesu per
illas preciosissimas lacrymas tuas, quib⁹ mirabiliter nobis
perditis subuenire dignatus es: da mihi per Spiritum sanctũ
tuum, qui duras corda peccatorum emollit, nam sine dono
tuo, quod peto consequi non possum, da, inquam, mihi hanc
gratiam, vt sic compungar & pijs lacrymis peccata mea defleam:

da mihi gratiam lacrymarum, sicut dedisti patribus nostris,
quorum vestigia debeo imitari, vt plangam me in omni
vita mea, sicut ipsi planxerunt se nocte ac die. Propter
merita & orationes eorum, qui tibi placuerunt, & deuotis-
sime seruierunt, miserere mei miserrimi & indigni serui
tui: da mihi hanc gratiam compunctionis, vt animam meam
irriga, vt sim in conspectu tuo holocaustum pingue, adipe &
medullis compositum tibi in odorem suauitatis. Concede
mihi dulcissime Iesu fontem illum irriguum & dulcem aquæ vi-
uæ, in quo lauetur assidue istud inquinatum holocaustum. Licet
enim me totum tibi obtulerim opitulante gratia tua, in multis
tamen quotidie offendo propter nimiam fragilitatem meam. Da
ergo mihi gratiam hanc benedicte & amabilis Deus, vt ex
multa dulcedine amoris tui omnia ea quæ contra te facio, quæ
quæ tibi displicent, detester & deplorem. Tribue pro bonita-
te tua, vt pretiosus ille calix tuæ passionis mihi sapiat, me-
inebriet, vt ex commemoratione paternæ tuæ miserationis
ad fletum promoueat, & sic in amorem tui mens mea accen-
datur, vt omnis mundanæ vanitatis obliuiscar. Exaudi
me Deus, audi lumen oculorum meorum, audi quæ peto, &
da vt petam cum timore, amore, reuerentia & humilitate
quod audias. Pie & misericors Dne, ne efficiaris mihi ex-
abilis propter peccata mea, sed propter bonitatem tuam sus-
pe preces serui tui, ō Dne, da mihi effectum desiderij mei, prop-
preces & merita gloriosæ Virg: Mariæ Dnæ meæ & omn̄ Sctor. Am̄.

Oratio Diui Augustini, qua homo conqueritur apud Deum, quod non compungitur in orationib⁹ & contemplat; & lib. meditat: cap. 34.

Ignosce homine, ignosce & miserere, parce ignorantiæ meæ, & multæ imperfectioni meæ. Noli me tanquam teme-
:rarium reprobare, quod audeam seruus indignus & inuti-
:lis te Deum Omnipotentem, terribilem, & nimis metuendum
sine cordis contritione, & lacrymarum fonte, sine reueren-
:tia debita alloqui, laudare atq⁹ adorare. Cum te Angeli odorãt,
teq⁹ laudant, tremunt mira exultatione repleti. Ego perca-
:tor, cum tibi assistens laudes dico, sacrificium offero, cur non
toto corde expauesco, & toto corde contremisco? Volo &
cupio cum fletu, tremore & cordis mei contritione tibi inser-
:uire, sed non possum perficere, quod desidero, tanta est in
me vasania & stupor. Me miserum, quomodo sic insensata fa-
:cta est anima mea, vt non terreatur terrore multo, dum stat
ante Deum, & suas illi laudes decantat? Miserum me, quo-
:modo induruit sic cor meum, vt non cogitem coram quo loquor,
quõ cum sermocinor? homo cum Deo, creatura cum Creato-
:re, qui factus est ex limo, cum eo, qui omnia fecit ex nihilo;
quiq⁹ vt Dñus me seruum perditum in cruce sanguine suo
redemit. Sed quid est homo, aut quid potest sine ope græ
tuæ? Vniuersa salus nostra est ingens tua misericordia.
Tu dices in misericordia, & largus in præmijs: da mihi de bo-
:nis tuis, vt ex ijs seruiam tibi. Non enim alũde possumus

seruire neq; tibi placere, nisi de tuo munere. Confige, quæ-
so, timore tuo carnes meas, vt metuam nomen sanctum tuū.
Bator omnium bonorum Deus, da mihi veram in corde meo
contritionem & fontem lacrymarum inter laudes tuas, vt cū
pectoris puritate & mentis jubilatione te perfectè diligam,
vt corde meo sentiam & gustem quam suauis sis in regno
tuo. Beati enim sunt, qui habitant in domo tua Domine,
& cibo coelesti apud te fruuntur. O misericors & æter-
ne Deus, tua benignitate rape me, & trahe ad regni tui solii,
vt ibi constitutus te laudem in perpetuum per dilectum tu-
um filium Jesum Chrm Dnum & Saluatorem nrum. Amē.

Exercitium Vespertinum.

seu examen conscientiæ. Punctum I.

⊙ Infinita bonitas! gratias tibi ago pro omnibus benefi-
ciis tuis, quæ mihi hodie, & tota vita mea contulisti, tibi laus,
tibi gloria, benedictio, honor & gratiarum actio in infinitas sæ-
culorum myriadas. Pr nr. Ave Maria & Credo.

Punctum Secundum. Lumen à Deo pete.

⊙ Immensa Maiestas! da vt quicquid tibi hodie in me displi-
cuit, id mihi integrè in memoriam redeat. Quantas q; habeo
iniquitates & peccata? Scelera mea, & delicta mea ostende mihi.
Pr nr. Ave Maria. & Credo.

Punctum Tertium. Constitues te ante tribunal Chri, singulos q;
dieiacto tuos, singulas horas, cogitationes, verba & opera discuties, qualē

in omnibus istis te habuisti. quid dixisti? quid fecisti? quid cogitasti? quid non fecisti? quid omisisti? quid neglexisti? quomodo orasti? ꝯ ia hæc bene expende, ac ꝑ nitentiã tibi iniũge.

Quartum punctum. peccator veniam ſtrecare, ac dolorem de peccatis commisis & bonis omisis elice condignum

O Inexhausta misericordia! ignosce mihi quicquid hodie per: caui contra te. Ego omnes offensas huius diei, & totius vitæ meæ, in abyſſum misericordiæ tuæ depono, & per mortem filij tui te ſtrecor, ō deus, dimitte mihi quicquid vnquam inte per: caui Pater nr. Aue maria & Credo.

O Æterna Sapientia, Christe Jesu, firmiſſime ꝓpono, non peccare amplius, confirma deus hoc propoſitum in me. ſ.

Hic iterum ſupra notati actus contritionis magno feruore, & contritione humili repetendi ſunt. dicantꝫ poſt. Pr nr. Aue maria. Credo & ꝑſl: de profundis. cum Colla. Fideliũ ſ.

Sequitur

Suffragium Vespertinum vtiliter ante ſomnũ recitandũ.

Christe qui lux es, & dies
Noctis tenebras detegis:
Lucisq; lumen crederis,
Lumen beatum prædicans.

Precamur, sancte domine,
Defende nos in hac nocte:
Sit nobis in te requies,
Quietam noctem tribue.

Ne gravis somnus irruat,
Nec hostis nos surripiat:
Nec caro illi consentiens
Nos tibi reos statuat.

Oculi somnum capiant,
Cor ad te semper vigilet:
Dextera tua protegat
Famulos qui te diligunt.

Defensor noster aspice,
Insidiantes reprime:
Guberna tuos famulos,
Quos sanguine mercatus es
Memento nostri domine,
In. graui isto corpore

Qui es defensor animæ,
Adesto nobis domine.
Præsta pater pijssime,
Patriq; compar unice:
Cum spiritu paracleto,
Regnans per omne sæculum. Am̃.

℣. Custodi nos domine, ut pupillam oculi
℟. Sub umbra alarum protege nos.

Oremus

Visita quæsumus, domine habitationem istam, & omnes insidias inimici ab eã longe repelle: Angeli tui sancti habitent in ea, qui nos in pace custodiant, & benedictio tua sit super nos semper.

Illumina, quæsumus, dne deus tenebras nostras, & totius huius noctis insidias tu ã nobis repelle propitius.

Beata Trinitas, unus deus pater, fili, ac spiritus sancte. Ego pauper peccator, ac indignus monachus in terrã pronus ex toto corde, totisq; viribus meis te deum meum, ac dominum meum colo, veneror, & adoro: & id quidem cultu, ve-
neratione & adoratione latriæ. De ipsaq; anima mea, corpo-
re meo, ac omnibus singillatim membris meis homagium, fami-
latum, ac seruitium tibi facio, & humiliter reddo, legem iussu-
tuam, mandata, fidei articulos, ac Euangelium dñi nri Jesu
Christi toto mentis affectu complector, eisdemq; credo, & fir-
miter adhæreo, omniaq; in contrarium, vel in minimum iota, dicta

scripta, seu excogita, tanquam mortiferum virus in æternū
abhoreo, & abrenuntio. Et nunc per mansuetudinem, chari,
:tatem ac passionem ipsius hominis mei Jesu Christi: & per
merita gloriosæ Virginis Matris suæ, beati Angeli mei Custo,
:dis, cæterorumq; beatorum Angelorum; beatorum Benedic,
:ti & Bernardi ac Roberti, & omnium Sanctorum, te de,
:precor clementissime Deus, vt pauperrimæ tuæ creaturæ
miserearis, nec in æternum irascaris mihi: sed parce mihi
homini, omniaq; peccata mea miseratus indulge, viasq; me,
:as in semitam mandatorum tuorum dirige, & hanc quoq;
noctem sine impedimento, seu delusione Sathanæ mihi per,
:transire permitte, ab omniq; immunditia mentis, corporis
& animæ me potenter protege, atq; ad Matutinas horas vi,
:gilanter ac deuotè me perducas: vbi nec non in cæteris
canonicis horis puro corde, sinceraq; deuotā, ac sedulâ
mente tibi seruiam, iubilem, ac sapienter psallam, qui es be
:nedictus, & laudabilis & gloriosus in sæcula. Amē.

Oratio nocturna, ituri cubitum.

Domine Jesu Christe, Deus & redemptor meus quan,
:doquidem miseris mortalibus placidum noctis tempus,
ad quietem & refectionem infirmi corporis condidisti,
atq; ordinasti: te oro, vt in hac nocte animam meam pecca,
:tis grauatam; in te ō Deus, qui es vera & æterna requies,
munitam vera pace custodias, & serues ab omnibus inimi,
:ci diaboli insidijs, & ab omnib, noxijs eius incursionibus

defendas, sensus & cogitationes meas, opera & preces, &
omnia quæcunq; facio, & in quib⁹ cesso secundum tuam
voluntatem ordines ac dirigas, ne in tenebris depravati hui⁹
(hominis) mundi ā principe eiusdem diabolo superatus, inan-
:xietatem, tentationem & pernitiosos laqueos inducar; Sed
perfice in me veniam, tranquillitatem, & constantem puri-
:tatem in conscientia mea. Da etiam mitissime Jesu corpori
meo multis delictis contaminato per noctem hanc, & alio
quouis tempore talem quietem, vt nunquam ā te æterna
tranquillitate discedam, neq; te deseram, aut ex torpore
& desidia inertis meæ carnis tui obliuiscar, & sic in per-
:petuam irrequietæ molestiæ agitationem & damnationem
detrudar. Quapropter ō æterne ac clementissime Deus,
Spiritum meum in manus tuas commendo. Tu enim pijssime
liberator noster in ligno crucis nos redimisti. Non sinas,
peccatis. ō Deus meus! spiritum meum in^t obdormire & languescere,
nè in mortem sempiternam sepeliar. Sed euigila super me,
& pro custodia super me excuba pastor fidelissime, nec
permittas vt tuo auxilio destitutus in peccatorum voragi-
:nem delabar. Sub vmbra alarum tuarum me protege, nec pa-
:tiaris me vltra iustum ac necessarium tempus somno op-
:primi; sed tempestiue me suscita: vt sic expergefactus
ad tuam laudem, & seruitia tua alacris accedam, vt de te
cogitem, & tuo præsenti excitatus numine, opera iusti-
:tiæ perficiam, regnum tuum cæleste toto ex corde quæram,

vt tandem per te, & tecum, & in te ad æternam lucem, & requiem cœlestem possim peruenire. Amen.

Oratio ante somnum.

Concede ô dulcissime homine Iesu, vt per hanc noctẽ, suaui reficiar sapore, & conquiescam cum Ioanne discipulo tuo charissimo, qui supra pectus tuum recubuit; vt sicut ille ex sanctissimi tui cordis penetralibus fluenta doctrinæ cœlestis hausit & extraxit, sic Spiritus tuus in animam dimanet meam, sicq; confortet mentem meam, sic Spiritum meum in te trahas, cor meum tibi vnias, vt in te per omne æuum grata tranquillitate foueatur. Amen.

Oratio, qua peccator veniam petit & grãm diuinam inuocat.

Iesu Christe cordis mei desiderium, & animæ meæ requies, oro te per dolorem sanctissimorum vulnerum tuorum, per effusionem sanguinis tui pretiosissimi, per què virtutem salutiferæ tuæ passionis & mortis, vt mei misereatris, & miserrimo mihi peccatori propitius esse digneris, meq; in hac nocte gratia & misericordia tua custodias. ⊙ mitissime homine per infinitam bonitatem tuam obsecro te, si hac nocte hinc me discedere velis; ne arguas me, aut condemnes in ira atq; furore tuo, qui per prophetam dixisti: Nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur & viuat. ⊙ æterne ac vnicè Saluator, te supplex oro, inclina te benignè ad me, ac ut pupillam oculi dormientem custodi me: vigilantem verò per

misericordiam ad te laudandum ac benedicendum conuer-
:te; vt semper benedicens & laudans te, vitam tibi ac ser-
:uiam tibi, tuusq3 sim viuus & mortuus. Quæ enim vtilitas
est in sanguine meo, ō homine, si descendero in lacum
desolationis? Non enim mortui & in æterno cruciatu con-
:stricti laudant te; neq3 ij, qui præcipitantur ad inferos be-
:nedicent tibi: sed qui apud te uiuunt, ac in cælesti patria de-
:gunt in æternitatem, hi laudabunt nomen sanctum tuum. Qua
:propter parce mihi, o homine, serua me o clementissime Iesu
hac nocte & omnibus diebꝫ vitæ meæ vt saluus & incolumis
te vna cum electis tuis ~~in cum electis tuis~~ in regno tuo lau-
:dare possim, atq3 extollere per omnia sæcula. Amen.

Oratio qua se homo deo consignat.

Domine Iesu Christe, verus deus & homo, vitam meam &
mortem custodiat oro tua humanitas. Paupertas tua, ex-
:ilium tuum, martyrium tuum, passio & vulnera tua, sanguis
tuus, ab omnibꝫ corporis & animæ periculis in hac nocte, &
in omni vita, in cunctis actionibus meis, & in morte mea me
custodiat, conseruet & tueantur me. Omnipotens pater,
omnipotens filius, omnipotens spiritus sanctus: Sancta &
individua Trinitas pr̃. & filiꝫ & spꝫ sciꝫ consignet & defen-
:dat me; animam meam, simul & corpus meum benedictione
repleat, & confirmet in omni opere bono, ad laudem & gloriã
nomis sancti sui sempiternam. Amen.

Incipit

Exercitium Marianum continens Psalterium Beatissimæ Virginis Mariæ: aliasq; ad eandem Sanctam B: Virginem deuotas preces & orationes.

Proœmium Virginis æternæ ad deuotos suos

Filij, Audite me, beati qui custodiunt vias meas, audite disciplinam, & estote sapientes, & nolite abijcere eam. Beatus homo, qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & obseruat ad postes ostij mei. Qui me inuenerit, inveniet vitam, & hauriet salutem à Domino.

Sanctus Bernardus, ad Beatam Virginem „ Sermone de nat: Virg:

Totis medullis cordium, totis præcordiorum affectibus, & votis omnibus, Mariam ueneremur, quia sic est voluntas eius, qui totum nos habere voluit per Mariam „

Idem S: Bernardus Epist: 174.

Filioli hæc peccatorum scala; hæc mea maxima fiducia est, hæc tota ratio spei meæ.

Sanctus Bonauentura

Sicut ô Beatissima! omnis â te auersus, & â te despectus, necesse est vt intereat; ita omnis ad te conuersus, & â te respectus, impossibile est, vt pereat „

Sanctus Anselmus „

Impossibile est, quin possim perire præ pietate virginis mariæ, nisi ipse velim.

Incipit

Psalterium Beatæ Virginis Mariæ, â deuoto & Seraphico Doctore, Sancto Bonauentura compositum „

Dominico die „

Beatus uir qui diligit nomen Sanctum tuum Virgo Maria: gratia tua animam illius confortabit.

Tanquam lignum aquarium fontibus irriga-
:tum: uberrimos iustitiæ fructus propagabit.

Benedicta tu inter mulieres: propter humilitatem, & credu-
:litatem cordis tui.

Vniuersas enim fœminas uincis pulchritudine: superas Ange-
:los, & Archangelos excellentia sanctitatis.

Misericordia, & gratia tua ubique prædicantur: Deus operi-
:bus manuum tuarum benedixit.

Gloria tibi sit ô Orphanorum Mater: fac nobis propitius sit
omnipotens Pater. Amen.

In fine cuiuslibet Psⁱ: dicitur Gloria tibi sit. p. ut sup. Psᵐ Zᵈᵘˢ

Quare fremuerunt inimici nostri: & aduersum nos medi-
:tati sunt inania?

Protegat nos dextera tua Mater Dei; ut acies terribilis
confundens, ac destruens eos.

Venite ad eam omnes qui laboratis, & tribulati estis: &
refrigerium dabit animabus uestris.

Accedite ad eam in tentationibus uestris: & stabilietur se-
:renitas uultus illius.

Benedicite illam in toto corde uestro: misericordia enim
illius plena est omnis terra. Gloria. Psᵐ 3ᵗⁱᵘˢ

Domina quid multiplicati sunt qui tribulant me? in tempe-
:state tua persequeris, & dissipabis eos.

Dissolue colligationes nostræ impietatis: tolle fasciculos pecca

torum nostrorum.

Miserere mei homina, & sana infirmitatem meam: tolle dolo-
rem, & angustiam cordis mei.

Ne tradas me in manibus inimicorum meorum: & in die
mortis consorta animam meam.

Hedúc me ad portum salutis: & spiritum meum redde creatori meo.

Gloria tibi sit o Orphanor Mr: sac propitius s.

Psl. 4tus.

Cum inuocarem, exaudisti me Virgo sacrata: & de sublimi
solio tuo mei dignata es recordari.

Arugientibus praparatis ad escam: & de manibus quærentium
me, liberatus sum gratia tua.

Quoniam benigna est misericordia, & pietas tua: in omnes qui
inuocant nomen sanctum tuum.

Benedicta sis hna in æternum: & maiestas tua in sæculu sæculi.

Glorificate eam omnes gentes in virtute vestra: & cuncti populi
terræ extollite magnificentiam eius.

Gloria tibi sit o Orphanorum Mater: sac propitius nobis sit Omni
potens Pater. Amen.

Psl: 5:

Verba mea auribus percipe homina: & nè auertas ã me
speciositatem uultus tui.

Conuerte luctum nostrum in gaudium: & tribulationem nostram
in iubilationem.

Corruant ante pedes nostros inimici nostri: virtute tua eorũ
capita conterantur.

Benedicat te omnis lingua: & nomen sanctum confiteatur
omnis caro.

Spiritus enim tuus super mel dulcis: & hæreditas tua super mel & fauum. Gloria. ℣. Ps: 6.

Domina ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me.

Propter honorem nominis sancti tui domina: propitietur nobis fructus gloriosus ventris tui.

De porta inferi, & de ventre abyssi: tuis precibus sanctis libera nos.

Aperiantur nobis portæ iustitiæ: vt enarremus in æternum mirabilia tua.

Quia neq; mortui, neq; qui in inferno sunt, laudabunt te dña: sed qui tua gratia vitam æternã possidebunt.

Gloria. ℣. Ps: 7.

Domina in te speraui: de inimicis meis libera animam meam.

Conclude ora leonis: dentes eius, & labia constringe.

Ne moreris propter nomen sanctum tuum: nobis impertiri misericordiam tuam.

Splendor vultus tui fulgeat super nos: vt serenetz conscientia nostra.

Afferantur per te preces nostræ: & vota apud altissimum. Gloria ℣. Ps: 7.

Domina, dominus noster: factus est per te frater, & saluator noster.

Vt ignis in rubo, & ros in vellere: in te descendit

æternum Dei verbum.

Spiritu Sancto fœcundante: obumbrabit tibi virtus altissimi.

Benedictus sit mundissimus conceptus tuus: benedictus sit partus tuus Virgineus.

Benedicta sit munditia carnis tuæ: benedicta sit dulcedo misericordiæ cordis tui. Gloria: Ps. 9

Confitebor tibi Domina in toto corde meo: & narrabo in fœpulis laudem, & gloriam tuam.

Tibi enim debetur gloria, & gratiarum actio: & vox laudis.

Inueniant gratiam peccatores apud Deum: per te Inuentricem gratiæ & salutis.

Respirent ad indulgentiam humiles pœnitentes: Sana contritiones cordis eorum.

In pulchritudine pacis, & requie opulenta: cibabis nos post laborem peregrinationis nostræ.

Gloria tibi sit o Orphanor fur: fac nobis prop: Ps. 10

In Domina confido: propter dulcedinem misericordiæ nominis Sancti tui.

Oculi eig in pauperem respiciunt: & manus eius ad pupillum, & viduam sunt extentæ.

Exquirite illam à iuuentute vestra: & clarificabit uos ante faciem populorum.

Misericordia illius nostrorum auferat multitudine

peccatorum: & foecunditas illius Deo grata, foecunditatem nobis conferat meritorum.

Extende ad nos brachium tuum Virgo gloriosa: & nè auertas à nobis gloriosum vultum tuum..

Gloria tibi sit o Orphanor nr: fac nobis prop: Psl. ib.

Saluum me fac mater pulchræ dilectionis: fons clementiæ & dulcor pietatis.

Gyrum terræ sola circumis: & subuenias inuocantibus te.

Pulchræ sunt viæ tuæ: & omnes semitæ tuæ pacificæ.

In te resulget species Castitatis: lumen iustitiæ, & splendor veritatis.

Amicta solari lumine sicut vestimento: duodecim stellarum Corona rutilas radianti. Gloria.. Psl: 12.

Vsquequo Domina obliuisceris me? & non liberas me in die tribulationis meæ?

Vsquequo exaltabitur inimicus meus super me? potentia virtutis tuæ contere eum.

Esto nobis Domina turris fortitudinis: & petra durissima conterens inimicum.

Magnificamus te gratia inuentricem: per quam sæcula reparantur.

Exaltata super choros Angelorum: ante thronum Dei pro nobis intercede. Gloria tibi sit: Psl. 13.

Dixit insipiens aduersarius in corde suo perse-

= quar, & comprehendam Christi fideles: & interficiet eos manus mea.

Exurge Domina, praeueni eum, & supplanta eum: & destrue omnes conatus illius.

Tuam pulchritudinem Sol, & Luna mirantur: tibi Angelica potestates seruiunt & famulantur.

Tuo tactu lenissimo sanantur infirmi: tuo odore redeo mortui reuiuiscunt.

Virgo Dei Genitrix quem totus non capit Orbis: in tua se clausit viscera factus homo. Gloria. Ps. 14.

DOmina quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requiescet cum Senatoribus populi tui?

Pauperes spiritu, & mundi corde: mites pacifici, atque lugentes.

Recordare Domina ut loquaris pro nobis bona: & indignationem filij tui auertas à nobis.

Amplectamur Mariæ vestigia peccatores: & eius beatis pedibus prouoluamur.

Teneamus eam fortiter, nec dimittamus: donec ab ea meruerimus benedici. Gloria tibi &c. ut supra. Ps. 15.

Conserua me Domina, quoniam speraui in te: mihique tuæ stillicidia gratiæ misericorditer impertire.

Venter tuus virginalis, & viscera tua sanctissima: Dei altissimi filium genuerunt.

BEnedicta sint mundissima vbera tua: quibus la=

= cte Deifilio Saluatorem Jesum enutristi.

Confitemini laudes Virgini gloriosæ: quicunq; apud eam gratiam & misericordiam inuenistis.

Date magnificentiam nomini sancto eiꝰ: & laudate in Sæculum Sæculi conceptum, atq; partū illiꝰ.

Gloria tibi sit ☉ Orphanorū nrōr: fac nobis propitius sit. Psl. 16.

Exaudi Domina Justitiam meam: & attende ad me tribulationem meam.

Confitebor tibi in voce exultationis & jubilationis: cum magnificaberis super me misericordia tua.

Imitamini eam Sanctæ Virgines Dei: Vt imitatæ sunt Catharina, Lucia, Agnes & Cæcilia.

Honorate eam in voce labiorum vestrorum: per hoc eiꝰ gratiam Agatha, Barbara, margaretha, cum cæteris susceperunt.

Sponsum dabit vobis Dei patris filium: & delibis paradisi coronam incomparabiliter redolentem.

Gloria tibi sit ☉ Orphanorū nrōr: fac nobis propitius sit. Psl. 17.

Diligam te Dña Cæli, & terra: & in gentibus nomen sanctum tuum invocabo.

Confitemini illi tribulati corde: & roborabit vos contra inimicos vestros.

Stilla nobis virgo gratiam verborū tuorū: & ex te mananti latte dulcedinis tuæ reficie esurientem nostram.

Religiosi omnes honorate illam: quia ipsa est adiutrix, & uestra specialis aduocata.

Esto refugium nostrum gloriosa Mater Christi: quia tu es totius religionis mirabile firmamentum. Psl. 18.

Cæli enarrant gloriam tuam Virgo Maria: & unguentorum tuorum fragrantia in omnibus gentibus est respersa.

Respirate ad illam perditi peccatores: & perducet vos ad indulgentiæ portum.

In hymnis, psalmis & canticis pulsate viscera eius: & stabilietq; inordinatos appetitus vestros, stillabitq; vobis gratiam dulcedinis suæ.

Glorificate eam iusti ante thronum Dei: quia fructu ventris eius edis iustitiam operaturi.

Laudate eam Cæli Cælorum: & nomen sanctum eius glorificet omnis terra. Gloria. Psl. 19.

Exaudiat nos Domina nostra Virgo Maria in die tribulationis nostræ: & precibus nostris conuerte ō mater misericordiæ clementem faciem tuam.

Ne proijcias nos in hora mortis: sed succurre animæ meæ cum deseruerit corpus suum.

Mitte Angelum bonum in occursum eius: perquē à malignis hostibus defendatur.

Ostende ei placatum, ac serenatum Iudicem sæculorum: qui ob tui gratiam Indulgentiā ei largiatur.

Sentiat in poenis refrigerium tuum: & concede ei locum inter electos tuos. Gloria. Psl: 20.

Domina, in virtute tua lætabitur cor nostrum: & in dulcedine nominis sancti tui consolabitur ánia nóstra.

A sedibus tuis mitte nobis sapientiam: per quam in omni veritate dulciter illustremur.

A carnalibus desideriis concede gratiam abstinendi: vt lumen gratiæ in cordibus nostris oriatur.

Quam dulcia diligentibus te eloquia tua virgo sacrata: quamq; suauia tuarum stillicidia gratiár!

Laudem & honorem gratiam tibi: & in nomine sancto tuo gloriabor in sæculum. Gloria. Psl: 71.

Deus deus meus respiciat in me: meritis tuis virgo sacrata.

Domina mea clamaui ad te per diem & noctem: & fecisti cum seruo tuo misericordiam.

Quia in gratia tua speraui: opprobrium á me sempiternum abstulisti.

Seriserunt me inimici mei undiq;: sub vmbra autem manus tuæ inueni refrigerium.

Adorent te familiæ gentium: & glorificent te omnes ordines Angelorum. Gloria. Psl: 22.

Dominus regit me, virgo dei genitrix: quia amabilem vultum tuum ad me conuertisti.

Benedicti sint oculi tui splendidissimi: quos digne-

ris benigniter conuertere super peccatores.

Benedictum sit lumen, & splendor faciei tuæ: & benedicta sit gratia vultus tui.

Benedicta sit misericordia manuum tuarum: benedicta sit emanatio virginei lactis tui.

Benedicant te Apostoli, & Prophetæ Dei: martyres, confessores, & virgines psallant tibi. Gloria. Ps. 23.

DOmini est terra, & plenitudo eius: tua autem sanctissima mater eius cum eo regnas in æternum. Feria secunda.

Gloriam & decorem induisti: Omnis lapis pretiosus amictus & operimentum tuum.

Splendor solis super caput tuum: & lunaris pulchritudo sub pedibus tuis.

Sydera micantia ornant sedile tuum: astra teglorificant ō stella matutina.

Memento nostri Domina in beneplacito tuo: & fac nos dignos glorificandi nomen sanctum tuum. Gloria. Ps. 24.

Ab te Domina leuaui animam meam: In iudicio Dei tuis precibus non erubescam.

Neque illudant mihi aduersarij mei: etenim de te præsumentes roborabuntur.

Non prævaleant aduersum me laquei mortis: & castra malignantium non impediant gressus meos.

Collide impetum eorum virtute tua: & cum man-

suetudine occurre anima mea.

Ductrix mea esto ad patriam: & coetui Angelorū me digneris aggregare. Gloria. Psl. 25.

Iudica me Domina, quoniam ego ab innocentia mea digressus sum: sed quia speraui in te, non infirmabor.

Ure cor meum igne amoris tui: & cingulo castitatis te, stringe renes meos.

Quoniam misericordia, & clementia tua ante oculos meos est: & delectatus sum in voco laudis ~~tis~~ tuæ.

Domina dilexi decorem faciei tuæ: & veneratus sum sanctam maiestatē tuam.

Confitemini nomini sancto eius, quoniam sanctum est: enarrantur in saculis mirabilia eius. Gloria. Psl.

Domina illuminatio mea sit splendor faciei tuæ: & serenitas gratiæ tuæ resulgeat menti meæ.

Exalta caput meum super inimicos meos: & ego psal, mum nomini sancto tuo cantabo.

Ne auertas faciem tuam ā me: quia speciem, & decorē tuum ā iuuentute mea concupiui.

Te amaui, & exquisiui sedula gratiarum: miseri, cordiam, & gratiam tuam ne subtrahas ā seruo tuo.

Confitebor tibi in nationibus Domina: & thronum gloriæ tuæ honorificabo. Gloria. Psl. 27.

Ad te Domina clamabo, & exaudies me: in vocem laudis tuæ lætificabis me.

Miserere mei Domina in die Angustiæ meæ: & in luce veritatis tuæ libera me:

Benedicta sis virgo sacrata: in omnibus finibus orbis terræ.

Sanctuarium quod firmauerunt manus Dei: est sanctum templum corporis tui gloriosi.

Conscientia tua munda, & immaculata: est locus propitiationis, & habitaculum sanctum Dei Gloria, Psl: 28.

Afferte Dominæ nostræ filij Dei: afferte Dominæ nostræ laudem, & reuerentiam.

Da virtutem seruis tuis Mater sancta: & benedictionem laudantibus, & glorificantibus te.

Exaudi gemitus suspirantium ad te: & ne spernas vota inuocantium nomen sanctum tuum.

Sit manus tua ad succurrendum mihi parata: & auris tua intendens ad deprecationem meam.

Benedicant tibi cælum, & terra: mare & cardines orbis terrarum. Gloria, Psl: 29.

Exaltabo te Domina, quoniam suscepisti me: & non inimico aduersario me liberabis me:

Conuertere ad me, & viuifica me, de portis mortis reduc me: & de fluctibus tribulationum quæ circumdederunt me.

Propter imperium, & magnificentiam dextræ tuæ: conterere, & dissipa omnes aduersarios meos.

Et ego offeram tibi sacrificium laudis: & gloriã tuam deuotus exaltabo.

Exultate cæli & iocundare terra: quia consolatur Maria seruos suos, & pauperũ suorũ miserebitz.

Gloria tibi sit o Orphanorũ nr̃: fac nobis propitiũ. Psl: 30.

IN te Domina speraui, non confundar in æternũ: in gratia tua suscipe me.

Inclina ad me aurem tuam: & in mœrore meo lætifica me.

Tv es fortitudo mea, & refugium meum: consolatio mea, & protectio mea.

Ad te clamaui dum contribularetur cor meũ: & exaudisti me de vertice collium æternorum.

In manus tuas, Domina commendo spiritum meum: totam vitam meam, & diem meum nouissimum. Psl: 31.

Beati qvorum corda te diligunt Virgo beata: hec, cata ipsorum â te misericorditer diluentur.

Sancta, casta, & florida viscera tua: quæ florem viriditatis perpetuæ conceperunt.

Decor pulchritudinis tuæ corruptionem non nouit: & vultũ tui gratia in perpetuum non marcescet.

BEnedicta tu Virga Iesse sublimis: quæ te vsque ad sedentem in thronum, & maiestatis cælum dilatasti.

O Virgo regia ipsa es via: per quam salus de supernis sedibus nos visitauit.

Gloria Psl. 32.

Exultate iusti in Virgine gloriosa: & in rectitudine cordis collaudate eam.

Accedite ad eam cum reuerentia, & deuotione: & delectetur cor vestrum in Salutatione illig.

Impendite illi Sacrificium laudis: & inebriamini ab vberibus dulcoris illius.

Illuxit enim radios Suæ pietatis: & clarificabit vos fulgoribus misericordiæ Suæ.

Suauissimus, & dulcissimvs est fructg illius: in ore, & corde Sapientis dulcescit. Gloria. Psl. 33.

Benedicam Dominam in omni tempore: & non deficiet laus eig in ore meo.

Magnificate eam mecum: Omnes qui impinguati estis melle, & lacte recreationis eig.

In periculis, & rebus dubijs inuocate eam: & in necessitatibus vestris invenietis auxilium, & refrigerium dulce.

Sumite exemplum conversationis eius: & æmulamini studia charitatis, & humilitatis illius.

Quia ergo Domina humillima fuisti: Increatum verbum ex te carnem assumere cõegisti. Psl. 34.

Iudica Domina nocentes me: & contra eos exurge, & defende causam meam.

Anima mea in te lætabitur: & in tuis benefi-

cijs

cijs deuotus exultabo.

Gratia tua, & dulcedine tua pleni sunt cæli & terra: quocunq3 enim pergimus, occurrit diffusio tui vteri virginalis

Ecce vndiqué nos tuis beneficijs irretijsti: & vbique tuæ benignitatis laqueos extendisti.

Curramus ergo charissimi, & tam nobilem, ac dulcifluam virginē salutem9: vt in suæ dulcedinis gremio quiescamus. Gloria.

Psl: 35.

Dixit inustus ut peccet in peccet in abscondito: sed per te à malo proposito discedat ō mater Dei.

Inclina vultum filij tui super nos: coge illum precibus, nobis miseris peccatoribus misereri.

Domina in cælo misericordia tua: & gratia tua diffusa est super terram.

Potentia, & virtus in brachio tuo: robur, & fortitudo in dextera tua.

Benedictum sit imperium tuum super celos: benedicta sit magnificentia tua super terram.

Psl: 36.

Noli æmulari in malignantibus pijssima Virgo: furorem eorum dulcifica per gratiam tuam.

Sperate in illa Religiosi, & claustrales: confidite in ea clerici, & Seculares.

Delectamini in laudibus illius: & exaudiet petitiones cordis vestri.

Melius est modicum cum gratia illius: quam thesauri

multi, vel lapides pratiosi.

Honor & gloria tibi sit Regina cælorum: & tullo tempore noli nos obliuisci. Gloria. Psl. 37.

Domina, ne in furore tuo arguat me Dominus: mihi veniam obtine de peccatis meis.

In conspectu tuo sit omne desiderium meum: Spes mea, & confidentia mea.

Cor meum conturbatum est in me: recessit lux de visceribꝰ meis.

Illumina splendore tuo cæcitatem meam: dulcifica dulcore tuo contritionem meam.

Ne derelinquas me Domina Mater Dei: gratia tua, & virtus sit ā dextris meis Gloria. Psl. 38.

Dixi, custodiam vias meas: cum per te Christi gratia fuerit mihi data.

Dulcore tuo liquefactum est cor meum: amore tuo inflamata sunt viscera mea.

Exaudi orationem meam. Dña, & deprecationem meam: vt contabescant aduersarij mej.

Miserere de cælis, & de altitudine throni tui: & ne permittas me in valle miseriæ conturbari.

Custodi pedem meum ne labatur, & corruat: & in fine meo sit mihi præsens gratia tua. Psl. 39

Expectans expectaui gratiam tuam Virgo MARIA: et fecisti mihi secundum multitudinem misericordiæ nominis sancti tui.

Exaudisti preces meas: & eduxisti me de lacu mi-
seriæ, & de fouea inimici.

Multa & mirabilia sunt dona tua Domina: incom-
parabilia sunt tuarum munera gratiarum.

Exultent, & lætentur super te omnes qui diligunt
te: & qui oderunt nomen tuum corruant in infernum.

Benedicta sis in æternum Virgo benigna: in sæcu-
lum sæculi, & in sæculum sæculi. Gloria. Psl: 40.

Beata mater intelligit super egenum, & pauperem:
in eius iugiter laudibus permanentem.

Domina Angelorum, & Regina mundi: munda cor
meum igne amoris, & charitatis tuæ.

Tv es mater illuminationis cordis mei: tu es nu-
trix refouens mentem meam.

Te cupit os meum collaudare: te affectat mens
mea affectuosissime venerari.

Te desiderat anima mea exorare: tuitionigß
tuæ se commendat tota substantia mea. Psl. 41.

Qvemadmodum desiderat ceruus ad fontes aqua-
rum: ita ad amorem tuum anhelat anima mea Virgo
Sancta

Qvia tu es genitrix vitæ animæ meæ: & altrix re-
parationis carnis meæ.

Et quia tu es lactrix at: Saluatoris animæ meæ: ini-
tium, & finis totius salutis meæ.

Exaudi me Domina ut mundentur sordes meæ:

illumina me ut illustrentur tenebræ meæ.

Accendatur amore tuo tepor meus: gratia tua expergiscatur torpor meus Gloria. Psl: 42.

Judica me Domina, & discerne causam meam de gente peruersa: ā serpente maligno, & ā dracone pestifero libera me.

Sancta foecunditas tua disperdat eum: beata virginitas tua conterat caput eius.

Sanctæ preces tuæ corroborent nos contra eum: sancta merita tua exinanient virtutem eig.

Persecutorem animæ meæ mitte in abyssum: puteg infernalis deglutiat eum viuentem.

Ego autem in terra captiuitatis meæ benedicam nomen tuum: & glorificabo te in sæcula sæculor.

Gloria Psl: 43.

Domina auribus nostris audiuimus: patres nostri annunciauerunt nobis.

Quam ineffabilia sunt merita tua: & quam stupenda sunt miracula tua.

Quam innumerabiles sunt virtutes tuæ: & inæstimabiles misericordiæ tuæ.

Exulta anima mea, & lætare in illa: quia multa bona sunt eius laudatoribus præparata.

Benedicta sis Regina Angelorum: & ā Deo benedicantur laudatores magnificentiæ tuæ. Gloria.

Feria tertia. Psl: 44.

Eructauit cor meum verbum bonum Domina: tuo rore mellifluo exilit dulcoratum.

Per tuam Sanctitatem peccata mea purgentur: & per tuam integritatem mihi incorruptibilitas condonetur.

Per tuam virginitatem anima mea ā Christo: & sibi amoris vinculo societur.

Per tuam foecunditatem captiuus sum redemptus: per tuum partum Virgineum de morte perpetua sum erectus.

Per tuam prolem dignissimā, perditꝰ sum restitutus: & de exilio miseriæ in patriam beatitudinis reductꝰ. Psl. 45.

Domina refugium nostrum tu es in omni necessitate nostra: & virtus potentior conterens inimicum.

Beneficijs tuis plenus est mundus: superant cælestia, terrena, & infernalia.

Per plenitudinem gratiæ tuæ: quæ in inferno erant se lætantur liberata.

Obtentu foecunditatis tuæ Virgineæ: quæ in sunt, se gaudent restaurata.

Per gloriosum tuæ sacræ virginitatis partum: homines socij fiunt & conciues Angelorum. Gloria. Psl. 46.

Omnes gentes plaudite manibus: in jubilo psallite virgini gloriosæ.

Quoniam ipsa est porta vitæ: Janua salutis, & via nostræ reconciliationis.

Spes pœnitentium, solamen lugentium: beata pax,

atq; iè Salus cordium.

Miserere mei Domina, miserere mei: tu enim es lux, & Spes omnium confidentium in te.

Per tuam Salutarem Foecunditatem: placeat ut peccatorum venia mihi concedatur. Gloria. Ps. 47.

Magna es Domina, & laudabilis valde: in Ciuitate Dei Coli, & in vniuersa Ecclesia electorum eius.

Ascendisti alternantibus hymnidicis Angelorum choris: Angelicis constipata rosis, & lilijs coronata.

Occurrite illi principatus, & potestates: obuiate ei virtutes, & Dominationes:

Cherubim, throni, & Seraphim exaltate eam: & constituite eam à dextris Sponsi, & amantis filij eius.

O quam læto animo, & sereno aspectu suscepisti eam Angelorum & hominum Deus.

Et dedisti ei principatum: super omnem locum dominationis tuæ. Gloria. Ps. 48.

Audite hæc omnes gentes: auribus percipite qui ingredi cupitis regnum Dei.

Virginem Mariam honorate: & vitam invenietis, & Salutem perpetuam.

Pauperes Seruos tuos Virgo mansuata: indissolubili confœderatione coniunge filio tuo.

Esuriem parúulorum tuorum: fructu benedicto ventris tui refice, & sustenta.

Permansisti enim inuiolata post partum: & integra
post filium. Gloria. Psl: 49.

DEus Deorum, Mariae locutus est: per Gabrie-
lem nuntium suum dicentem

Ave gratia plena Dominus tecum: per te salus mu-
ndo perdito reparatur.

Speciem tuam, & decorem tuum: altissimi filius con-
cupiuit

Adorna thalamum tuum filia Sion: prapara te in
occursum Dei tui.

Per Spiritum enim Sanctum concipies: qui tuum
partum faciet iucundum & virgineum. Psl: 50.

Miserere mei Domina: qua mater misericordiae nun-
cuparis.

Et secundum viscera misericordiarum tuarum: mun-
da me ab iniquitatibus meis.

Effunde gratiam tuam super me: & solitam clementia
tuam ne subtrahas a me.

Quoniam peccata mea confitebor tibi: & coram te
me accusabo de sceleribus meis.

Fructui ventris tui me reconcilia: & pacifica me ei
qui me creauit. Gloria. Psl: 51.

Quid gloriaris in malitia: o maligne serpens, &
draco tortuose infernalis.

Submitte caput tuum mulieri: cuius fructu demerge=

=ris in profundum.

Contere eum Domina pede virtutis tuæ: Exurge, & dissipa malitiam illius.

Extingue potentiam eius: & virtutem illius redige in fauillam.

Et viuentes exultemus in nomine Sancto tuo: & læto animo dicamus tibi laudem. Gloria. Ps. 52.

Dixit insipiens inimicus in corde suo: hominem éjiciam de tabernaculo filiorum Dei.

Egrediar, & ero Spiritus mendax in ore Serpentis: & per fœminam déjiciam virum eius.

Sicut exaltantur ō miser Cœli ā terra: Sic exaltatæ sunt cogitationes Dei ā cogitationibus tuis.

Noli exiolli de casu mulieris: mulier conteret caput tuum.

Tu illi foueam præparasti: Sed in laqueo humilitatis illig capieris. Gloria. Ps. 53.

Domina in nomine tuo Sancto saluum me fac: & ab iniustitijs meis libera me.

Et non noceat mihi calliditas inimici: Sub vmbra alarum protege me.

Domina mea adiuua mea: & gratiam tuam largire animæ meæ.

Voluntariè offeram tibi Sacrificium laudis: & confitebor nomini Sancto tuo, quoniam bonum est.

Quoniam ex omni tribulatione liberabis me: & inimi-
cos meos despiciet oculus meus. Gloria. Psl. 54.

Exaudi Domina orationem meam: & ne contemnas
deprecationem meam.

Contristatus sum in cogitatione mea: quia iudicia
Dei perterruerunt me.

Tenebræ mortis venerunt super me: & pauor inser-
ni horribiliter inuasit me.

Ego autem in sollitudine expecto consolationem
meam: & in cubili meo præstolor misericordiam tuam.

Glorifica manum, & dextrum brachium tuum: & proster-
nantur â nobis inimici nostri. Gloria. Psl. 55.

Miserere mei Domina, quoniam conculcauerunt me ho-
stes mei: tota die cogitationes eor in malum contra me.

Excita furorem, & memento belli: & super eos iram
tuam effunde.

Innoua signa, & immuta mirabilia: sentiamus adi-
tutorium filij Dei.

Magnifica nomen sanctum tuum super nos: vt cogno-
camus quoniam in sæculum misericordia tua.

Stilla nobis guttam suauitatis tuæ: quia tu es fincer-
na gratia, & dulcoris. Gloria. Psl. 56.

Miserere mei Domina, miserere mei: quia paratum
est cor meum exquirere voluntatem tuam.

Et in vmbra alarum tuarum requiescam: quia delect-

-abile est mihi Mater Dei refrigerium tuum.

Manus tuæ distillant myrrham primam: & digiti tui vnguenta gratiarum.

Vt fragmen mali punici est guttur tuum: & Spiramen oris tui Suaue, compositum thymiama.

Tv es Mater pulchræ dilectionis: anchora Spei, portus Indulgentiæ, & ianua Salutis. Gloria. Psl: 57.

Si verè utiquè Iustitiam loquimini: Iustitiæ, & misericordiæ honorate Reginam.

Ad laudem enim, & gloriam pertinet Saluatoris: quicquid honorificum Suæ impensum fuerit genitrici.

Rosæ martyrum te circumdant Regina Cælorum: Lilia virginea ambiunt thronum tuum.

Laudate eam Simul astra matutina: concentum illi facite omnes filij Dei.

Glorificate eam Coeli, & terra: flumina ac fundamenta orbis. Gloria. Psl. 58.

Exspe me de inimicis meis Domina mundi: Exurge in occursum meum Regina pietatis.

Aurum obryzum in ornamentis tuis: Sardius, & topazius in diademate tuo.

Jaspis, & amethystus in dextera tua: beryllus, & chrysolitus in Sinistra tua.

Hyacinthus, & achates in S: pectore tuo: Carbunculi Scintillantes in monilibus tuis.

. Myrrha, thus, & balsamum in manibus tuis: Sapphirus, & Smaragdus in digitis tuis. Gloria. Psl. 59.

DEus repulisti nos propter peccata nostra: & misertus es nobis propter Virginem Mariam.

Intercede pro nobis Salutifera mater Dei: quæ Angelorum, & hominum Salutem peperisti.

Tu enim mœstis consolationem infundis: & mœrentibus lætitiam, & dulcorem.

Lætifica nos dulcifluo sono oris tui: & liquore tuo roseo perfunde corda nostra.

Tonate Cœli desuper, & date illi laudem: glorifica illam terra cum omnibus habitatoribus eius. Gloria. Psl. 60

Exaudi Domina deprecationem meam: & supra firmā petram stabilias mentem meam.

Esto mihi turris fortissima: me contuens ā facie crudelis vastatoris.

Vt castrorum acies sis illi terribilis: & uiuus corruat in profundum inferni.

Tu enim rutilans es, & decora: nubes rorifera ut consurgens aurora. Gloria. ℣ Psl. 61. ℟

Pulchra es, & clara ut luna plenissima: & tanquā sol refulget sacratissimus aspectus tuus. ℣ ℟

Nonne tibi subiecta erit anima mea virgo clementissima: quæ Saluatorem omnium genuisti.

. Memento filiorum Eua: perditorum: Exaudi Salua=

=trix planetus cordis nostri.

Infunde nobis gratiam de thesauris suis: & suauis-
simis vnguentis tuis placa dolorem nostrum.

Da nobis gaudium, & lætitiam bonam: vt confundam
omnes bonorum inimicos.

Ablue omnia peccata nostra: sana cunctas iniquitates nras.

Gloria. Psl: 62.

Deus deus meus: pro matre tua glorificabo te.

Virginaliter enim te concepit: & sine angustia te partu-
riuit.

Benedicta sis ō domina nostra: & pro nobis assiste ante
thronum dei.

Species, & charitas in conspectu tuo: misericordia, &
charitas in ~~conspectu~~ animo tuo.

Custodi animam meam Virgo benigna: vt nunquam cor-
ruam in peccatum. Gloria. Psl: 63.

Exaudi domina orationem meam cum deprecor: ā pa-
uore crudelis inimici libera animam meam:

Impetra quoque nobis pacem, & securitatem: in trem-
endo iudicio.

Benedicta tu super omnes mulieres: & benedictus
fructus virginalis uteri tui.

Illumina domina oculos meos: & illustra cæcitatē
meam.

Da mihi in te confidentiam bonam: in vitae & in fine tu meo.

Gloria. Psl. 64.

TE decet hymnus Domina in Sion: laus, & iubilatio in Ierusalem.

Benedictionem omnium gentium dedit tibi Dominus: laudem, & gloriam ante conspectum Omnium populor.

Benedixit te Dominus in misericordia sua: & thronū tuum constituit super Ordines Angelorum.

Gratiam, & decorem posuit in labijs tuis: & pallio glor,, ia induit purissimum corpus tuum.

Coronam radiantem posuit in capite tuo: & virtu,, tum monilibꝫ te decenter ornauit. Gloria. Psl. 65.

IVbilate Domina nostra omnis terra: psalite hymnum nomini sancto eius, date honorificentiam maiestati eius.

Benedictum sit cor tuum Domina: quæ sinceriter, & ardenter tuum, ac Dei filium dilexisti.

Respice paupertatem meam Virgo gloriosa: miseriam, & angustiam meam ne tardes auferre.

Auser quoquè tribulationem meam: & eluciſica lan,, guorem meum.

Benedicat te omnis caro: & glorificet te ōis lingua.

Gloria. Psl. 66. Feria Quarta.

DEVS misereatur nostri, & benedicat nobis: per illa quæ genuit eum.

Miserere nostri Domina, & ora pro nobis: In sanctam lætitiam conuerte moestitiam nostram.

Illumina me stella maris: clarifica me virgo clarissima
Extingue ardorem noxium cordis mei: refrigera me gratia tua.

Protegat me semper gratia tua: præsentia tua illustret finem meum. Gloria. Ps. 67.

Exurgat Maria, & dissipentur inimici eius: conterantur omnes qui fugiunt eum.

Impetum inimicorum nostrum dissipa: & destrue omnem malignitatem eorum.

Ad te Domina clamaui in tribulatione: & serenasti conscientiam meam.

Non deficiet laus tua de ore meo: nec amor tuus de visceribus meis.

Pax multa diligentibus te Domina: anima eorum non videbit mortem in æternum. Gloria. Ps. 68.

Saluum fac me Domina: quoniam intrauerunt aquæ concupiscentiæ usq; ad animam meam.

Infixus sum in limo peccati: & aquæ voluptatum circumdederunt me.

Plorans ploraui in nocte: & dies lætitiæ subortus est mihi

Saluia animam meam genitrix saluatoris: quia per te vera salus data est omni mundo.

Dum nunciante Angelo fuisti obumbrata: & sapientia patris pregnans, & grauidata Gloria. Ps. 69.

Domina in adiutorium meum intende: & luce mi-
sericordiæ tuæ, illustra mentem meam.

Doce nos exquirere bonitatem tuam: vt enarrem
mirabilia tua.

Ostende potentiam tuam contra inimicos nostros:
vt Sanctificeris in nationibus procul.

In ira flāmæ tuæ mergantur in infernum: & qui con-
turbant Seruos tuos inueniant perditionem.

Miserere Seruorum tuorum Super quos inuocatum est
nomen Sanctum tuū: & ne Sinas eos angustiari in tentatio-
nibus Suis. Gloria. Psl. 70.

In te Domina Speraui, non confundar in æternum: in
tua misericordia libera me, & erue me.

Propter multitudinem iniquitatum mearum: oppres-
sus vehementer.

Ascenderunt hostes mei Super caput meum: & Subsā-
nauerunt me, & deriserunt tota die.

Attende benigna Domina quoniam tribulor: expande
manus tuas, & Succurre pereunti.

Ne moreris propter gratiam nominis Sancti tui: vt
efficiaris mihi in gaudium, & Salutem Gloria. Psl. 71.

Deus Iudicium tuum Regi da: & misericordiam tuā
Reginæ matri eius.

In manu tua Domina Salus, & vita consistunt: læti-
tia perpetua, & æternitas gloriosa.

Resperge cor meum ducedine tua: fac me obliuisci miserias huius vitæ.

Trahe me post te vinculis misericordiæ tuæ: & fomentis pietatis tuæ sana dolorem meum.

Concupiscentias æternorum bonorum excita in animā meā: & inebria de gaudijs paradisi mentem meam Gloria

Psl: 72. Quam bonus Israël Deus: his qui dilectam matrem tuam colunt & venerantur.

Ipsa est enim solatium vitæ nostræ: & in laboribus subventio opportuna.

Obtexit caligne hostis animam meam: in visceribus meis domina fac lumen oriri.

Avertatur ā me ira dei per te: placa eum meritis, & precibus tuis.

In Iudicio dei assiste pro me coram eo: suscipe causam meam, & mea sis aduocata. Gloria. Psl. 73.

Vt quid domina repulisti nos: nec subvenis nobis in die tribulationis?

Intret oratio nostra in conspectu tuo: & voces gementium nè despexeris.

Tetendit arcum suum contra nos inimicus: firmauit dexteram suam, & non est consolator.

Disrumpe in nobis ligaturam malitiarum suarum: & libera nos dextera tua.

Repelle eum in loco perditionis: sempiterna damnatio su=

scipiat eum. Gloria tibi sit o Orphanor Mr: Ps: 74.

Confitebimur tibi Domina, & laudabimus nomen sanctum tuum: fac nos in tuis laudibus occupari.

Cantate ei habitatores terræ: & laudem ei, in populis nuntiate.

Confessio, & magnificentia coram illa: fortitudo & exaltatio in throno illius.

Adorate eam in decore illius: glorificate opificem pulchritudinis eius.

Recordamini in sempiternum misericordiæ illius: & retinete in mente Virtutes & mirabilia eius. Gloria. Ps: 75.

Notus in Judea Deus: in Israël honorificentia matris eius.

Dulcis est memoria eius super mel & fauum: & amor eius super omnia aromata.

Salus, & vita in domo illius: & in tabernaculo eius pax & gloria sempiterna.

Honorificate illam cæli, & terra: quia fumus artifex hanc mirabiliter honorauit.

Date illi omnes, 2. laudem, 3. creaturæ,: & stupendam misericordiã eius extollite gratulanter.

Gloria tibi sit o Orphanor nr: fac nobis prop: Ps: 76:

Voce mea ad Dominam clamaui: & solita sua dulcedine intendit mihi.

Abstulit ã corde meo mœstitiam, & mœrorem: & suauitate sua cor meum dulcorauit.

Formidinem meam erexit in confidentiam bonam: ã suo conspectu columbino mentem meam stabiliuit.

Adiutorio Sancto Suo euasi pericula mortis: & de manu ferocis, & crudelis subterfugi.

Gratias ago Deo, & tibi Mater pia: de omnibus quæ assecutus sum mi-
:sericordia, & pietate tua. Gloria tibi sit &c. Psl. 77.

Attendite populi Dei præcepta eius: & Reginæ gratiae nolite obliuisci.

Aperite cor ad inuestigandum eam: & labia ad glorificandum illa-
Descendat amor eius in cordibus vestris: & concupiscite pla-
:cere illi.

Pulchritudo eius vincit Solem & Lunam: compositio decoris eius adornamenta virtutum.

Miserere mei Regina gloriæ & honoris: & ab omni periculo custodi mentem meam.

Gloria tibi sit O Orphanor nr: fac nobis prop: &c. Psl. 78.

Domina venerunt gentes in hæreditatem Dei: quas tu (hro
meritis tuis confoederasti.

Sit eloquium tuum dulce pro me coram ipso: & coniunge me illi, qui me redemit.

Extende brachium tuum contra hostem crudelem: & denuda mihi verutiam eius.

Vox tua dulcis super omnem melodiam: Harmonia Angelica ei non valet comparari.

Distilla mihi suauitatem gratiarum tuarum: & tuorum charis-
:matum fragrantiam, & odorem.

Gloria tibi sit O Orphanor nr: fac nobis sit prop: &c. Psl. 79.

Qui regis Israël, intende ad me: fac me digne Matrem
tuam

tuam collaudare.

Expergiscere de puluere anima mea: surge in occursum Reginæ Cœli.

Solue vincula colli tui paupercula anima mea: & glo„ riosis laudibus excipe illam.

Odor vitæ de illa progreditur: & omnis salus de cor„ de eius scaturizat.

Charismatum illius fragrantia suaui: animæ mor„ tuæ suscitantur. Gloria. Psl. 80.

Exultate Dominæ nostræ adiutrici: Iubilate illi in lætitia cordis vestri.

Accendantur affectus vestri in illam: & inimicos vestros inducet confusione.

Imitemur hymilitatem eius: obedientiam & man„ suetudinem illius.

Omnes gratiæ Dei radiant in illa: capacissima en„ im fuit bonitas illius.

Currite ad illam cum deuotione sancta: & de bonis suis participabit vobis. Gloria. Psl: 81.

DEvs stetit in Synagoga Iudæorum: de qua ut rosa de sentibus progressa est mater Dei.

Terge hæreditatem meam sanctissima Virgo: quæ sem„ per rutilas puritate.

Fontem vitæ influe in os meum: ex quo viuentes aquæ profluunt, & emanant.

Omnes sitientes venite ad illam: & de fonte suo gra-
tanter uos potabit.

Ex quo qui haurit, saliet in vitam æternam: & qui ex eo bibit non sitiet vnquam. Gloria. Psl. 82.

Domina mea quis similis erit tibi? quæ gratia, & glori-
a superemines vniuersis.

Sicunt exaltantur cæli à terra,: sic præcelsior cun-
ctis rutilas exaltata.

Vulnera cor meum charitate tua: & fac me dignum gra-
tia, & muneribus tuis.

Liquefiat anima mea amore tuo: & concupiscentia tua cor meum inflammetur.

Fac me desiderare honorificentiam, & gloriam tuam: vt certe recipiar ad pacem Iesu Christi. Gloria. Psl. 83.

Qvam dilecta tabernacula tua Domina virtutum: quam amabilia tentoria requietionis tuæ.

Honorate illam peccatores: & impetrabit vobis salutē & pacem.

Super thus, & balsamum orationis eius incensum: pre-
ces eius non reuertentur vacuæ, nec inanes.

Intercede pro me Domina apud Christum filium tuum: & ne derelinquas me in vita, nec in morte.

Benignus est enim Spiritus tuus: & gratia tua replet orbem terrarum. Gloria. Psl. 84.

Benedixisti Domina domum tuam: consecrasti habita-

tionem tuam.

Hæc est Speciosa inter filias Ierusalem: cuius me
moria est in benedictione.

Beatissimam prædicate illam Angeli Sancti: glorifi
cate illam virtutes, & dominationes:

Populi gentium exquirite prudentiam eius: inue
stigate thesauros misericordiæ illius

Sentite de illa in bonitate: & in simplicitate cor
dis quærite illam. Gloria. Psl. 85.

Inclina Domina aurem tuam, & exaudi me: conver
te vultum tuum, & miserere mei.

Distillatio dulcoris tui oblectat animam Sanctam:
& infusio charitatis tuæ super mel, & fauum.

Irradiatio gratiæ tuæ dilucidat intellectum: & lux
miserationum tuarum perducit ad salutem.

Fons bonitatis tuæ inebriat sitientes: & aspectus fa
ciei tuæ retrahit ā peccato.

Scire, & cognoscere te est radix imortalitatis: &
enarrare virtutes tuas, est via salutis. Gloria. Psl 86.

Fundamenta vitæ, in anima iusti: perseuerantis in
charitate tua vsque in finem.

Misericordia tua releuat pauperem in aduersitate:
& inuocatio melliflui nominis tui immittit ei confidentiam
bonam.

Miserationibus tuis repletur paradisus: ā terrore

tuo hostis confunditur infernalis.

Qui sperant in te, inuenient thesauros pacis: & qui re
in hac vita non inuocant, non pervenient ad regnum dei.

Fac domina ut viuamus in gratia spiritus sancti: & per
duc animas nostras ad beatum finem. Gloria. Ps. 87.

Domina auxiliatrix animæ meæ: in die clamaui, & nocte
coram te.

Feria Quinta.

Ingrediatur oratio mea in conspectu tuo: Consolare in fa
cie tua mœstitiam meam.

Multiplicata sunt mala in anima mea: expurga eam ã sor
dibus, & peccatis.

Virtus tua perseguatur inimicos nostros: né nos impediant
ad salutem.

Confer gratiam animæ ad resistendum eis: conforta cor
nostrum aduers9 concupiscentias carnis. Gloria. Ps. 88.

Misericordias tuas domina: in æternum cantabo.

Vnguento pietatis tuæ medere contritos corde: & oleo
misericordiæ refoue dolores nostros.

Gratiosus vultus tuus mihi appareat in extremis: formo
sitas faciei tuæ lætificet egredientem spiritum meum.

Excita spiritum meum ad amandum bonitatem tuam: excita
mentem, ad extollendum nobilitatẽ, & excellentiam tuam.

Libera me ab omni tribulatione mala: & ab omni peccato
custodi animam meam. Gloria. Ps. 89.

Domina refugium facta es nobis: in cunctis necessitatib9 nr̃is.

Diffusio gratiæ tuæ producit operationes sanctas: & stil-
licidium dulcoris tui affectiones fouet castissmas.

Miserationum tuarum hominis recordabor: sacrificiū
laudis, & carmen lætitiæ psallam tibi.

Qvi honorant te, coronam pro cinere obtinebunt: & pal-
lium laudis pro spiritu mœroris.

Qvi sperant in te, amictu luminis induentur: gaudi-
um, & perpetuā lætitiam sortientur. Gloria. Ps. 90.

Qvi habitat in adiutorio Matris Dei: in protectione
ipsius commorabitur.

Concursus hostium non nocebit ei: & sagitta volans non
tanget eum.

Qvoniam liberabit eum de laqueo insidiantis: & sub pa-
nnis suis proteget eum.

Clamate ad illam in periculis uestris: & flagellum
non appropinquabit tabernaculo vestro.

Fructus gratiæ inueniet qui speraverit in illa: por-
ta paradisi reserabitur ei. Gloria. Ps. 91.

Bonum est confiteri Virgini Mariæ: & Dei gloriam
psallere, est prosperitas mentis

Annunciare merita eius lætificat intellectum: & imi-
tari opera eius exhilerat Angelos Dei.

Qvi acquirit gratiam eius, agnoscetur ā ciuibus para-
disi: & qui habuerit characterem melliflui nominis
eius, annotabitur in libro vitæ.

Excurge Domina, & iudica causam meam: & ab insurgentibus in me, libera me.

Ne retrahas protegentem dexteram tuam: & accipe clypeo tuo jacula vastatoris. Gloria. Psl. 92.

Dominus regnauit, decorem induit: matremq; suam ornamento decorauit virtutum.

Adimpleat propitiationem suam in nobis mater pacis: & viam æquitatis doceat seruos suos.

Qui desideratis Sapientiam Christi: Seruite matri eius animo reuerenti.

Quis sufficiet enarrare opera tua Domina: aut quis inuestigabit thesauros misericordiæ tuæ.

Sustine, & adiuua deficientes intentationibus suis: destina illos in sortem veritatis. Gloria. Psl. 93.

Deus vltionum Dominus: Sed tu benigna mater misericordiæ ad miserandum inflectis illum.

Magnificentia tua Domina prædicatur in sæculum: qui autem colunt te, inuenient viam pacis.

Seruite illi reuerenter exultantes: & sanabit vos benedictus fructus castissimi ventris eius.

Respice Domina humilitatem seruorum tuorum: & laudabunt te in generationibus sæculorum. Gloria. Psl. 94.

Magnifica nomen sanctum in multiplicatione gratiarum: & ne sinas seruos tuos in periculis subiacere. † Gloria. Psal: 94.

Venite exultemus Dominæ nostræ. Iubilemq; virginis salu=

tari nostræ:

Præoccupemus faciem eius in iubilatione: & in canticis lætitiæ collaudemus eam.

Venite adoremus, & procidamus ante eam: confiteamur illi cum fletibus peccata nostra. Psl. 94.

Impetra nobis indulgentiam plenam: assiste pro nobis ante tribunal Dei.

Suscipe in fine animas nostras: & introduc nos in requiem tuam. Gloria. Psl. 95.

Cantate plenæ gratiæ canticum nouum: Cantate Maria omnes orbis terrigenæ.

Quoniam omnes Angelos, ac natos mulierum sanctitate præcellit: virtutibus mirabilibus, & signis.

Formositas, & gloria in vultu illius: & gratia in oculis eius

Afferte illi gloriam patriæ gentium: exultate in ea omnes creaturæ Dei. Psl. 95.

Admirabile commertium habetis per eam: in eo quod vocati estis filij Dei excelsi. Gloria. Psl. 96.

Dominus regnauit exultet Maria: in omni Imperio dominationis eius.

Adorate eam ciues curiæ Paradisi: exaltate eam Virgines Sponsæ filij eius.

Quoniam eleuata est super Principatus, & Dominationes: & exaltata est super Angelor, & Archangelorum legiones.

Patriarchæ, & Prophetæ concrepate illi laudem: concentum illi facite Apostoli, & martyres Christi.

Confessores cum virginibus de canticis Sion dicite canticu ei: & ei gratias dicite monachi Sancti de acceptis tryumphis.

Gloria. Psl 97.

Cantate domino nostræ canticum nouum: quia mirabilia fecit.

In conspectu Angelorum & gentium reuelauit misericordiam suam: & in extremis terræ auditum est nomen S: eius.

Recordare domina pauperum, & miserorum: & sustenta eos qne refrigerij tui Sancti.

Tv autem domina suauis, & verax: patiens nimis, & miseratione plena.

Conculca hostes animar nostrarum: & contumaciam illor elide brachio tuo Sancto. Gloria. Psl. 98.

Dominus regnauit, irascantur populi: Maria super cherubim sedet ā dextris eius

Magna est in Sion gloria tua domina: & in Ierusalem magnificentia tua.

Cantate ante eam chori virginales: & adorate thronum eius, quoniam Sanctum est.

In dextera eig ignea lex: & in circuitu eig Sanctor milia.

Mandata dei ante oculos eig: & Iustitiæ regula in corde illius. Gloria. Psl. 99.

Ivbilate domina nostræ omnes homines terræ: seruite

illi in lætitia, & iucunditate.

In toto animo vestro accedite ad illam: & in omni virtute vestra conseruate vias eius.

Inuestigate illam, & manifestabit se vobis: estote mundi corde, & apprehendetis eam.

Qvibus auxiliata fueris, erit refugium pacis; & à quibus auerteris vultum tuum, non erit spes ad salutem.

Recordare nostri Domina, & non apprehendent nos mala: succurre nobis in fine, & inueniemus vitam æternã.

Gloria. Psl. 100.

Misericordiam & iudicium cantabo tibi Domina: psallam tibi in exultatione cordis cum lætificaueris animam meam.

Laudabo nomen sanctum tuum, & gloriam tuam: & præstabis refrigerium animæ meæ.

Zelatus sum amorem tuum, & honorem: ideo defende causam meam ante iudicem sæculorum.

Allectus sum gratia, & bonitate tua: oro ne frauder à te, & confidentia bona.

Conforta animam meam in nouissimis meis: & in carne ista fac me meum conspicere saluatorem.

Gloria. Psl. 101.

Domina exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat.

Non auertas sacrum aspectum tuum à me: neqs abom-

ineris me propter immunditiam meam.

Ne derelinquas me in cogitatu, & consilio inimicorũ meorum: & né sinas me cadere in exprobratione illorum pessima.

Qvi confidunt in te non timebunt colubrum tortuosum: & qui exaltent te præconijs, euadent manus Acherontis.

Per Virginalem conceptum tuum da mihi in te confidentiam: & per admirabilem partum lætifica animam meam.

Gloria. Ps. 102.

BEnedic anima mea Matri Jesu Christi: & omnia præcordia mea glorificate nomen Sanctum eius.

Ne obliuiscaris beneficia eius: neq; gratias, & consolationes illius.

Gratia eius peccata relaxantur: & misericordia illius ægritudines reparantur.

Benedicite ei omnes virtutes Cælorum: glorificate eam chori Apostolorum, & Prophetarum.

Benedicite ei mare, & Insulæ gentium: benedicite ei cæli, & habitatores eorum. Gloria. Ps. 103.

BEnedic anima mea Virgini Mariæ: honor, & magnificentia eius in perpetuum.

Formositatem, & pulchritudinem induisti ō dulcis Maria: amicta es fulgenti, ac splendenti vestimento.

Ate procedit peccatorum medela: pacis disciplina, & feruor charitatis.

Imple seruos tuos virtutibus sanctis: & ira dei non
appropinquet nobis.

Da brauium victoriæ sperantibus in te: & noli eos obliui,
sci in certamine mortis. Gloria. Psl. 104.

Confitemini dominæ nostræ, & inuocate nomen sanctū
eius: cantate ei gloriosè, enarrantes virtutes eius.

Laudate, & exaltate eam virgines filiæ Sion: quia despon
sabit vobis regem Angelorum.

Honorate reginam plenam gratiarum: & contemplam,
ini cum reuerentia sanctum cultum eius.

Salus sempiterna in manu tua domina: qui te digne hono,
rauerit, suscipiet illam.

Clementia tua non deficiet ā sæculis æternis: & misericor,
dia tua ā generatione in generationem. Gloria. Psl. 105.

Confitemini dominæ nostræ, quoniam bona est: per cun,
ctas tribus terræ disseminate misericordias eius.

Longe est ab impijs conuersatio eius: nam ā mandatis altis
simi non declinauit pes eius.

Fons irrigantis gratiæ procedit de ore eius: & de corde
eius emanatio virginalis sanctificans animas castas.

Spes de gloria paradisi in corde illius: qui deuoto animo
honorauerit illam.

Miserere nostri fulgentissima regina cæli: & præsta con,
solationem de gratia tua. Gloria. Psl. 106.

Confitemini domino, quoniam bonus: confitemini patri

eius; quoniam in saeculum misericordia eius.

Innocentiam, & viam prudentiae ostende nobis Domina: & semitam indulgentiae indica seruis tuis.

Timor dei illustrat intellectum: & amor tuus exhilerat illum

Beatus vir cuius obsequium est tibi gratum: illius ossa impinguabuntur adipe, & pinguedine gratiarum.

Eloquium tuum sustentat animam imbecillem: & labia tua animam esurientem resocillant. Gloria. Psl. 107.

Paratum cor meum Domina, paratum cor meum: laudes tibi psallere, & cantare.

Melior est charitas tua cunctis diuitijs: & gratia tua super aurum, & lapidem pretiosum.

Beatitudo, & iustitia donantur ā deo: qui autem de peccatis ad te conuersi fuerint poenitentiae remedium consequentur.

Emissiones tuae gratia & pax: qui autem tibi placuerit, proficient ā perditione.

Esto vmbraculum protectionis in tentationibus nostris: expansio alarum tuarum defendat nos ā deuorante. Glora. Psl. 105. Domina laudem meam ne despexeris: & hoc dedicatum tibi psalterium digneris acceptare.

Respice voluntatem cordis mei: & affectionem meam fac tibi beneplacentem.

Propera ad visitandum seruos tuos: sub tegumento manus tuae illaesi conseruentur.

Illuminationem Spiritus Sancti per te Suscipiant: & refrigerium contra cupiditas æstum.

Mœdere contritos corde Domina: & respice eos vnguento pietatis. Gloria. Psl. 109. Feria Sexta.

Dixit Dominus Dominæ: Sede mater mea à dextris meis.

Bonitas, & Sanctitas placuerunt tibi: ideo regnabis mecum in æternum.

Corona immortalitatis in capite Sancto tuo: cuius fulgor, & claritas non extinguetur.

Miserere nostri Mater luminis, & Splendoris: illumina nos Domina veritatis, & virtutis.

De thesauris tuis infunde nobis Sapientiam Dei: Intellectu prudentiæ, & formā disciplinæ. Gloria. Psl. 110.

Confitebor tibi Domina in toto animo meo: & glorificabo te in tota mente mea:

Opera gratiæ tuæ commemorabuntur: & testamentū misericordiæ tuæ ante thronum Dei.

Per te missa est redemptio à Deo: populus pœnitēs habebit Spem Salutis.

Intellectus bonus omnibus honorantibus te: & Sors illorum ante Angelos Dei.

Gloriosum, & admirabile est nomen tuum: qui illud in corde retinent non expauescent in puncto mortis. Psl. 111.

Beatus vir qui timet Dominam: & beatum cor eius, qui diligit eam.

Iucundus homo qui non Satiatur ā laude tua Virgo: &

ā relatu virtutum tuarum non fatigatur.

Excortum est in corde illius lumen Dei: Spiritus Sanctus illustrat intelligentiam eius.

Dispergę Domina gratiam pauperibus tuis: esurientes reficę, & egentes.

In memoria æterna per te fiant nomina nostra: ab auditu terribili non trepidet cor nostrum. Gloria. Psl. iiz.

Laudate pueri matrem Domini: glorificate Deus nomen sanctum eius.

Benedicta sit Maria Mater Christi: ipsa enim est via ad patriam salutis.

Excelsus super Cherubim thronus eius: & sedes eius super cardines cæli.

Super humiles vultus eius: & super confidentes in ea aspectus illius.

Misericordia eius super omnem carnem: & eleemosyna illius vsqꝫ ad extremum terræ. Gloria. Psl. iiz.

In exitu animæ meæ de hoc mundo: occurre illi Domina, & suscipe illam.

Consolare eam vultu sancto tuo: aspectus dæmonis non conturbet eam.

Esto illi scala ad regnum Cœlorum: & iter rectum ad paradisum Dei.

Impetra ei ā patre indulgentiam pacis: & sedem lucis inter seruulos tuos.

Instrue deuotos tuos ante tribunal Christi: Suscipe causam eorum in manibus tuis. Gloria. Psl. 114.

Dilexi Matrem Domini Dei mei: & lux miseratio-
num eius infulsit mihi.

Circumdederunt me dolores mortis: Sed visitatio Mariæ lætificauit me.

Dolorem & periculum incurri: & recreatus sum gra-
tia illius.

Nomen eius, & memoriale illius sit in medio cordis no-
stri: & nobis non nocebit ictus malignantis

Conuertere anima mea in laudem ipsius: & refrige-
rium inuenies in nouissimis tuis. Gloria. Psl. 115.

Credidi, propter quod locutus sum: laudem & gloriam tuam Domina orbis terræ.

Compatere animæ meæ, & dirige eam: dignare bene-
placitum tuum insinuare illi.

Statue illi testamentum dilectionis, & pacis: Præbe illi iugem memoriam nominis Sancti tui.

De benedictione ventris tui da mihi sustentionem: &
de pinguedine gratiæ tuæ dulcora animam meam.

Disrumpe vincula peccatorum meorum: & de virtutibus tuis exorna faciem animæ meæ. Gloria. Psl. 116.

Laudate Dominam nostram omnes gentes: glorifica-
te eam omnes populi.

Quoniam confirmata est super nos gratia & misericor-

dia eius: & veritas illius permanet in æternum.
Qui digne coluerit eam, iustificabitur: qui autem neglexerit illam, morietur in peccatis suis.
Labia Angelorum enarrabunt sapientiam eius: & omnes Paradisi ciues cantabunt ei laudem.
Bono animo qui accedit ad illam: non capietur ab Angelo deuastante. Gloria. Psl. 117.
Confitemini Domino quoniam bonus: confitemini matri eius; quoniam in sæculum misericordia eius.
Amor illius expellit ā corde peccatum: & gratia illius expiat conscientiam peccatoris.
Via veniendi ad Christum est appropinquare ad illam: qui autem fugerit eam; non inueniet viam pacis.
Qui obduratus est in peccatis, sæpe inuocet illam: & lux in tenebris suis orietur.
Qui tristatur in corde, clamet ad illam: & dulcoranti stillicidio inebriabitur. Gloria. Psl. 118.
Beati immaculati in via: qui matrem Dni imitantur.
Beati imitatores humilitatis eius: beati participes charitatis illius.
Beati sectatores virtutum illius: beati conformes imaginis illius.
Beati qui conceptum, & partum illius venerantur: beati qui ei deuote famulantur.
Beati qui in ea habent spem & confidentiam: beati

.qui per illam suscipiunt felicitatē æternam. Psl: 119.

Ad Dominam Mariam cum tribularer clamaui: & exaudiuit me:

Domina libera nos ab omni malo: cunctis diebus vitæ nostræ:

Contere caput draconis inimici nostri: pede insuperabilis virtutis tuæ.

Quemadmodum exultauit Spiritus tuus in Deo Salutari tuo: sic ueram digneris infundere lætitiam cordi meo.

Ad Dominum accede rogatum pro nobis: vt per te nostra peccamina deleantur. Gloria. Psl: 120.

Leuaui oculos meos ad te mater Christi: per quem venit solatium omni carni.

Auxilium tuum, & gratiam tuam nobis impende: In omni tribulatione nostra.

Custodi nos iugiter Virgo sancta: ne peccatorum laqueo capiamur.

Non dormitet, neq; dormiat pupilla oculi tui: vt tua semper custodia protegamur

Angelorum, & hominum te laudat omnis lingua: & ante te omnia genua incurruentur. Gloria Psl: 121.

Lætatus sum in te Regina Cœli: quia te duce in domum Domini ibimus.

Jerusalem cœlestis ciuitas: ad te (Maria conducente) deueniamus

Pacem, & indulgentiam Virgo nobis impetra: & palmam de hostibus & triumphvm.

Conforta, & consolare cor nostrum: tua dulcedine pietatis.

Sic homina tuam nobis infunde clementiam: vt devote in homine moriamvr. Gloria. Psl. izz.

Ad te levavi ocvlos meos mansveta Regina: qvæ cvm filio tuo regnas in coelis.

Adiutorium nostrum in virtute sit nominis sancti tui: per te omnia opera nostra dirigantur.

Benedicta sis in coelo, & in terra: in mari & in omnibus abyssis.

Benedicta sit foecunditas tua: benedicta sit virginitas, & munditia tua:

Benedictum sit corpvs tuum sanctum: benedicta sit anima tua sanctissima G Psl. izz.

Nisi homina nostra erat in nobis: invenissent nos pericvla mvlta.

Esto virgo defensatrix nostra: & ante Deum advocata propitia.

Ostende nobis homina misericordiam tuam: & conforta nos in seruitio tuo.

Benedicant te sancti Angeli in coelo: benedicant te homines super terram.

Ne tradas bestijs animas confitentium tibi: nec ora te cantium obturentur. Gloria. Psl. izz.

Qui confidunt in te Mater Dei: Non timebunt à facie inimici.

Gaudete, & exultate omnes qui diligitis Mariam: quia adiuuabit vos in die tribulationis vestræ.

Reminiscere miserationum tuarum Domina: & redemptionem peregrinationem incolatus nostri.

Converte amabilem vultum tuum super nos: confunde, & destrue omnes inimicos nostros.

Benedicta sint omnia opera manuum tuarum; benedicta sint omnia miracula sancta tua. Gloria. Psl. 135.

In convertendo serenissimam faciem tuam super nos: latificabis nos Virginea Mater Dei.

Benedicta sis ô Sacrarium Jesv Christi: præ cunctis mulieribvs super terram.

Benedictum sit gloriosum nomen tuum: quod os Domini mirabiliter nominauit.

Non deficiat laus tua de labijs nostris: nec charitas tua de præcordijs nostris.

Qui te diligunt, benedicentur à Deo: & qui te diligere volunt, non fraudabuntur à desiderio suo. Gloria. Psl. 126.

Nisi Domina ædificauerit domvm cordis nostri: non permanebit ædificium eius.

Ædifica nos gratia tua, & virtute tua: Vt maneamvs firmi in perpetuum.

Benedictum sit eloqvium sanctum tuum: & benedicta

sint omnia verba oris tui.
Benedicantur à Deo qui te benedicunt: & in iustorum numero computentur.
Benedic Domina te benedicentes: & ne vnquam auertas ab eis gloriosum vultum tuum. Gloria. Psl. 127.
Beati omnes qui timent te Domina nostra: & beati qui sciunt, & volunt facere beneplacitum tuum.
Benedicti sint Pater, & Mater qui genuerunt: quorum memoria permanebit in sacula.
Beatus est venter qui te portauit: & beata sunt vbera quæ te lactauerunt.
Conuerte faciem tuam super nos mitissima Virgo: & deprecabilis esto super seruos tuos
Intuere, & considera opprobrium nostrum: auser à nobis cunctas iniquitates nostras. Gloria. Psl. 128.
Sæpe expugnauerunt me à Iuuentute+mea inimici mei: libera me Domina, & vindica me de ipsis.
Ne des illis potestatem in animam meam: custodi omnia interioria, & exterioria mea.
Obtine nobis Veniam peccatorum: & per te Spiritus Sancti gratia nobis detur.
Fac nos digne, & laudabiliter poenitere: vt beato fine ad Deum veniamus.
Placatum tunc, & Serenissimum nobis ostende: gloriosum fructum ventris tui. Gloria.

Sabbatho Psl. 129.

De profundis clamaui ad te Domina: Domina exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes: in vocem laudis, & glorificationis tuæ.

Libera me de manv adversariorum meorum: confunde, & dissipa ingenia, & conatus eorum contra me.

Erue me in die mala: & in die mortis nè obliuiscaris animæ meæ.

Educ me ad portum salutis: & inter iustos scribatur nomen meum. Gloria. Psl. 130.

Domina non est exaltatum cor meum: neq; sublimati sunt oculi mei.

Benedixit te Dominvs virtute sua: qui per te ad nihilum redegit inimicos nostros.

Benedictus sit qui te sanctificauit: & mundam de matris vtero te produxit.

Benedictus sit qui obvmbrauit: & sua gratia te fœcunda vit.

Benedic nos Domina, & confortа nos in gratia tua: Vt per te ante conspectum Domini præsentemvr. G Psl. 131.

Memento Domina Dauid: & omnium inuocantivm nomen sanctum tuum.

Da nobis in nomine sancto tuo fiduciam: vt confundantur omnes aduersarij nostri.

Consolare nos in terra peregrinationis nostræ: & reue-

la paupertatem nostram

Da nobis panem Lachrymarum virgo Sancta: & dolorem peccatorum in terra incolatus nostri.

Redde nobis propitium benedictum fructum ventris tui: Vt Spiritus Sancti gratia repleamvr. Gloria. Psl. 132.

Ecce qvam bonum, & jucundum dulcis Maria: diligere nomen Sanctum tuum.

Vnguentum effusum, & odor aromatum: Nomen Sanctum tuum omnibvs diligentibvs ipsum.

Qvam magna multitudo dvlcedinis tuæ Domina: quam præparasti diligentibvs, & Sperantibvs in te.

Esto refugium paupervm in tribvlatione: quia tu es bacvlus pauperum, & miserorum.

Inveniant qvæso gratiam apud Deum: qui te in suis necessitatibus invocabunt. Gloria. Psl. 133.

Ecce nunc benedicite Dominam: Omnes qui Speratis in nomine Sancto eius.

Gaudete gaudio magno, qui exaltatis, & glorificatis eam: quia Satiabimini ab vberibus consolationis eius.

Ecce enim inundans vbertas declinabit in vos: ad consolandum, & confortandum corda vestra.

Benedicite illam omnes Serui eius: & memoriale vobis sit in desiderio anima vestra.

Benedicite illam omnes Angeli, & Sancti Dei: laudate in Sæculum mirabilia eius. Gloria. Psl. 134.

Laudate nomen Domini: & benedicite Mariæ Sanctum nomen Matris eius.

Mariæ præconia & laudes annuntiate: & suscitabit in uobis uoluntates bonas.

In anima contrita ueniamus ad illam: & non prævalebit aduersum nos cupiditas peccati.

Qui cogitat de illa in tranquillitate mentis: inueniet dulcorem, & requiem pacis.

Rèspiremus ad illam in omni actione nostra: & reserabit nobis atria triumphantium. Gloria. Psl. 135.

Confitemini Domino quoniam bonus: quoniam per dulcissimam Mariam distribuitur misericordia eius.

Impetra nobis amicitiam Jesu Christi: custodi nos ne perdamus innocentiam nostram.

Comprime hostem nostrum Imperio tuo: ne feriat in nobis uirtutem charitatis.

Bona naturalia conserua, & augmenta in nobis: & bona gratiæ per te multiplicentur.

Illumina uias, & semitas nostras: ut cognoscamus quæ placita sunt Deo. Gloria. Psl. 136.

Super flumina Babylonis fleuerunt Hebræi: nos autè super iniquitates nostras lugeamus.

Clamemus humiles ad puerperam Virginem: offeramus ei planctus, & suspiria nostra.

Non inuenitur propitiatio sine illa: nec salus sine fructu illius

Per illam peccata purgantur: & per fructum illius animæ de-
albantur.
Per illam fit vera satisfactio de peccatis: & per fructum illius
sanitas animæ condonatur. G Psl. 137.

Confitebor tibi Domine in toto corde meo: quia per te
expertus sum Clementiam Jesv Christi.
Audi Domine verba mea, & preces meas: & in conspectu
Angelorum cantabo tibi laudes.
In quacunq; die invocauero te, exaudi me: & multiplica
virtutem in anima mea.
Confiteantur tibi omnes tribvs, & linguæ: quia per te sa-
lus restituta est nobis.
Ab omni perturbatione libera servos tuos: & fac nos viuere sub
pace, & protectione tua. G Psl. 138.

Domine probasti me, & cognovisti me: tu cognouisti ru-
inam, & transgressionem meam.
Copiosa facta est super me misericordia tua: & dilata
est super me Clementia tua.
Imperfectum meum aspexit oculus tuus: & palpebræ tuæ
noverunt vias meas.
Affluentiam desiderij sancti per te habeamvs à Spiritu
Sancto: & macula peccati non turbet conscientiam nostra.
Serenet corda nostra lux misericordiæ tuæ: & recreet
nos tuæ pacis dulcedo. Gloria. Psl. 139.
. Eripe me Domine ab homine malo: & ab horte infernali

defende me.

Contra me tetendit arcum suum: & in fraude sua insi,, diatur mihi.

Confringe vires eius malignas: & obtunde potenter astu,, tias eius.

Conuerte iniquitatem eius in verticem illius: & in fouea quam fecit corruat festinanter.

Nos autem exultemus in seruitio tuo: & in laudibus tuis gloriemur. G Psl: 140.

Domina Clamaui ad te, exaudi me: intende orationi meæ, & postulationi meæ.

Dirigatur obsecratio mea velut incensum coram facie tua: in tempore serotini sacrificij, & matutini.

Non declinet cor meum in verbis malignantibus: & negui,, tiæ cogitatus non subvertant sensum meum

Fac me assentire beneplacito cordis tui: & tuis actioni,, bus conformari.

Gladio intelligentiæ reuerba cor meum: & igniculo charita tis inflamma mentem meam. Gloria. ſ. Psl: 141.

Voce mea ad Dominam clamaui: Ipsamꝫ ſ humiliter depre,, catus sum

Effudi in conspectu eius lachrymas meas: & dolorem meum illi exposui.

Insidiatur hostis calcaneo meo: & extendit contra me rete suum.

Adiuua me Domina ne corruam coram eo: fac ut conteratur sub pedibus meis.

Educ de carcere animam meam, vt confiteatur tibi: & psallam Domino Deo sorti in perpetuum. Gloria. Psl. 142.

Domina exaudi orationem meam: percipe tuis auribus supplicationem meam.

Persecutus est malignus vitam meam: deposuit in terra conversationem meam.

Denigravit me caligine sua: & anxiatus est nimis spiritus meus.

Ne auertas faciem tuam à me: vt non corruam cum descendentibus in lacum.

Emitte lucem tuam, & gratiam tuam: & repara denuo vitam meam, & conscientiam meam. Gloria. Psl. 143.

Benedicta sis Domina, quæ instruis seruos tuos ad prælium: & eos corroboras contra inimicum.

Fulgure & coruscatione dissipa illum: mitte jacula tua, vt confodias illum.

Clarifica de alto manum tuam: vt cantent serui tui laudem, & gloriam tuam.

Eleua de terrenis affectionem nostram: de sempiternis deliciis refice viscera nostra

Concupiscentiam supernorum accende in cordibus nostris: & de gaudijs paradisi velis nos recreare Gloria. Psl. 144.

Exaltabo te Mater filij Dei: & per singulos dies can-

tabo Laudes tuas
Generatio, & populi laudabunt opera tua: & misericordia tuam Insulæ expectabunt.
Abundantiam dulcoris tui Angeli eructabunt: & suauitatē tuam Sancti pronuntiabunt.
Oculi nostri in te Sperant Domina: mitte nobis cibum, & escam delectantem.
Laudationem tuam loqvetur lingua mea: & benedicam te in Sæculum, & in Sæculum Sæculi. Gloria. Psl. 145
Lauda anima mea Dominam: glorificabo eam quam diu vixero.
Nolite cessare ā Laudibvs illius: & per singula momenta recogitate illam.
Cum exierit Spiritus mevs Domina, sit tibi commendatꝰ. & in terram ignotam præsta illi dvcatum.
Non conturbent eum culpæ privs commissæ: necingvient ipsvm occursus malignantis.
Perduc eum ad portum Salutarem: ibi secure præstoletur ad ventum Redemptoris. G Psl. 146.
Laudate Dominam quoniam bonvs est Psalmvs: Iucunda, & decora sit illi nostra laudatio.
Ipsa enim medetur contritos corde: & resouet eos vngvento pietatis.
Magna est virtus, & gratia illius: & clementia eius nullū habebit finem.

Præcinite ei in Iubilatione: & in confessione psalmvm can-
ite illi.
Beneplacitum est ei super timentes Devm: & in eis qui sper-
ant de misericordia eius. Gloria. ℣. Psl. 147.
Lauda Ierusalem Dominam: glorifica illam ex corde
Sion.
Ipsa enim construxit muros tuos: & filios tuos benedixit.
Gratia sua te fouet, & impinguat: pacemqué ponit termi-
nis tuis.
Leuemvs corda nostra cum manibvs ad illam: vt eius in-
fluentiam sentiamvs.
Glorificemvs omnes misericordias eius: & benedicamvs om-
nes bonitates illius. Gloria. Psl. 148.
Laudate Dominam de cœlis: glorificate eã in excelsis
Laudate eam omnes homines, & iumenta: Volucres cœli &
pisces maris.
Laudate eam Sol & Luna: Stellæ, & circuli planetarum.
Laudate eam Cherubim, & Seraphim: throni: Dominationes,
& potestates.
Laudate eam õẽs legiones Angelorum: Laudate eam omnes
Ordines Spirituum Supernorum. Gloria. ℣. Psl. 149.
Cantate Dominæ nostræ canticum nouum: Laus eius in
congregatione Iustorum.
Lætentur cœli de gloria eius: insulæ maris & totus Orbis.
Agua, & ignis laudent eam: frigus & æstus, Splendor, & lumen.

Exultationes eius in gutture Iustorum: & laudes eius in coetu triumphantium.

Ciuitas Dei iucundare in illa: & proinclitis tuis fregven, ta illi carmen. Gloria. Psl. 150.

Laudate Dominam in Sanctis eius: Laudate eam in vir, tutibus eius, & in miraculis illius.

Laudate eam coetus Apostolorum: Laudate eam chori Patri, archarum, & Prophetarum.

Laudate eam exercitus Martyrum: Laudate eam turmæ Do, ctorum, & confessorum.

Laudate eam collegia Virginum, & continentium: Laudate eã ordines Anachoritarum, & monachorum.

Laudate eam Conuentus omnium Religiosorum: Laudate eam eam omnes animæ ciuium Supernor, oꝝ Spiritus laudet Do, minam nostram.

Gloria tibi sit ō Orphanorum Mater: fac nobis propitius sit Omnipotens pater. Amen.

Salue Regina, dicitur. deinde Canticum sequens. de Beata Virg:

Te Matrem Dei Laudamus: te Mariam Virginē profitem, Te æterni Patris Sponsam: omnis terra veneratur.

Tibi omnes Angeli: & Archangeli, tibi omnes principatus hu, militer seruiunt.

Tibi omnes potestates, & Supernæ virtutes: Coeli Cœlorum, & vniuersæ Dominationes obediunt.

Tibi omnes throni, tibi Cherubim, & Seraphim: exultantes

assistunt.

Tibi omnes Angelicæ creaturæ: Incessabili voce proclamant.
Sancta, Sancta, Sancta Maria Dei Genitrix, Mater et Virgo
Pleni sunt Cœli, et terra: Maiestatis gloriæ fructus Ventris tui
Te glorios9 Apostolór chor9: Sui Creatoris Matrem collaudat.
Te Martyrum coet9 candidat9: Christi genitricem glorificat.
Te gloriosvs Confessór exercitus: Trinitatis templum appellat.
Te amabilis chorus Virginum: Suæ Virginitatis exemplu prædicat.
Te tota Cœlestis curia: Cœlorum Reginam honorat.
Te per vniuersum orbem Ecclesia Sancta inuocando concelebrat.
Matrem Diuinæ maiestatis.
Venerandam te veram: Regis cœlestis puerperam.
Sanctam quoque dulcem, et piam.
Tu Angelorum Domina.
Tu Paradisi Ianua.
Tu Scala Regni Cœlestis.
Tu Regis gloriæ thalamus.
Tu archa pietatis, et gratiæ.
Tu vena misericordiæ.
Tu refugium peccatoris.
Tu es Mater Saluatoris.
Tu ad liberandum exulem hominem: filium Dei Suscepisti in vterum.
Per te expugnato hoste antiquo: Sunt aperta fidelibus Regna Cœlorum.

Tu cum filio tuo: sedes ad dextram patris.
Tu ipsum pro nobis roga virgo Maria: quem ad nos iudicandū
credimus esse venturum.
Te ergo poscimus nobis famulis tuis subveni: qui pretioso san-
guine filij tui sumus redempti.
Æterna fac virgo serena: cum seruis tuis in gloria præmiarj.
Saluum fac populum tuum domina: vt simus participes hære-
ditatis tuæ.
Et rege nos, & extolle nos vsquè in æternum.
Per singulos dies: ō pia te salutamus.
Et laudare te cupimus in æternum deuota mente, & voce.
Dignare dulcis Maria: & nunc, & semper nos sine delicto
conseruare.
Miserere nobis pia: miserere nobis.
Fiat misericordia tua magna nobiscum: quia in te dulcis Maria
confidimus.
In te Clementissima domina speramus: defende nos in æternū. Amen

Litaniæ Beatæ virginis Mariæ.

Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.
Christe audi nos, Christe exaudi nos.
Pater de cælis; Mariæ virginis gloriose conditor.
Fili redemptor mundi deus; Mariæ nobilis fœcundator.
Spiritus sancte deus; Mariæ mirabilis obumbrator.
Sancta Trinitas vnus deus; qui Mariam glorificas.
Sancta Maria quæ totum mundum illuminas. Ora pro nobis.


Miserere nobis.

Sancta Maria quæ pro peccatorib⁹ supplicas.
Sancta Maria luminare cordium.
Sancta Maria consolatrix flentium.
Sancta Maria salvatrix pereuntium.
Sancta Maria fons misericordiæ
Sancta Maria splendor sanctæ Ecclesiæ.
Sancta Maria lumen sapientiæ.
Sancta Maria ab Angelo salutata.
Sancta Maria Spiritu Sancto obumbrata
Sancta Maria in Cœlis glorificata.
Sancta Maria Virga Jesse Christifera.
Sancta Maria arbor vitæ fructifera.
Sancta Maria fœminarum pulcherrima.
Sancta Maria ancilla Sanctæ Trinitatis humillima
Sancta Maria præelecta Dei Patris sanctissima.
Sancta Maria sponsa Spiritus Sancti amabilissima.
Sancta Maria mater Dñi nr̄i Jesu Christi dignissima.
Sancta Maria soror Angelorum venustissima.
Sancta Maria promissio Prophetarum desideratissima.
Sancta Maria magistra Evangelistarum veracissima.
Sancta Maria doctrix Apostolorum prudentissima.
Sancta Maria consortatrix Martyrum validissima.
Sancta Maria fons & pulchritudo Confessor̄ suavissima.
Sancta Maria salus & consolatrix viuor̄ & mortuor̄ prompt^ma
Sancta Maria decus & corona Virginum jucundissima.

Ora

Pro

Nobis




S. MARIA MAGDALENA.
I. Toussyn in: M.V. somer. f: Gerh: Altzen bach ex

Sancta Maria cui omnes Sancti congloriantur. Ora pro nobis.
Sancta Maria quam omnes laudant & venerantur. Ora pronobis.
Propitia esto Seruis tuis Domina aduocata nostra.
A cunctis periculis
Ab imundis, impijs, obscoenis, Inuidiosis & nefandis cogitationib,
Ab omni mala voluntate
A lepra proprij consilij
Ab omni peccandi occasione, & ab omni peccato.
Ab aterna damnatione.
Per tuæ misericordiæ viscera
Per immaculatam conceptionem tuam.
Per Sanctissimam Natiuitatem tuam
Per intemeritatem Virginitatem tuam.
Per tuam mentis & corporis integritatem.
Per admirabilem annuntiationem tuam.
Per humilem visitationem tuam.
Per dulcorem & gaudium tuum in Christi Natiuitate.
Per mundissimam purificationem tuam.
Per dolorem, & amaritudinē in dilecti filij tui passione.
Per gaudiū ineffabile de eiꝰ resurrect: Ascens: & Spꝰ Sti missione.
Per gloriosam Assumptionem tuam.
Peccatores. Te rogamus audi nos Domina Aduocata nra.
Vt integram animi corporisq; puritatem nobis impetrare digneris.
Vt in omni necessitate, tentatione, persecutione & angustia actribu,,
latione nostra succurrere digneris. E rogamus audi nos Dna.
Vt omnes peculiari tibi obsequio deuotos fouere & conseruare digneris.
Vt ueram pœnitentiam nobis impetrare digneris. E rogamꝰ audi:
Vt Eccliam Sctam per te donis, gratijsq; cælestibus abundet. E rogamꝰ

Libera nos Domina Aduocata nostra

Vt tuos misericordes oculos ad omnes infirmos afflictos q̃ convertas.
Vt Spiritum cui B: Benedict⁹ & Bernhard⁹ seruierunt, in nobis tu-
is precibus excitare digneris Te rogam⁹ audi nos bña aduo:
Vt eodem tuo interuentu nos replente, studeam⁹ amare quod amaue-
runt, & opere exercere quod docuerunt. Te rogam⁹ audi: bña aduo:
Vt Ordinem nostrum Cistercien. reformare, ac reformatū in puritate re-
ligionis conseruare digneris. Te rogam⁹ audi nos bña aduocata nra.
Vt benedicto fructu ventris tui nos frui facias. Te rogam⁹ audi nos bña ad:
Vt omnib⁹ fidelibus viuis & defunctis veram pacem & requiem sem-
piternam impetrare digneris. Te rogamus audi nos bña aduo: nea.
Vt famulos tuos tibi deuotè famulantes consolari digneris. Te rogam⁹:
Vt preces nras attendere digneris Te rogam⁹ audi nos bña adu: nra.
Mater Dei & misericordiæ. Te rogam⁹ audi nos bña aduocata nra.
Mater Dei Charissima & bña Clem: ma : miserere nobis, & impetra no-
bis perpetuam pacem
Kyrie eleison. Christe ℣ Pater nr̃. Aue Maria. ℣. Ỹ.
Ostende nobis Domina misericordiam tuam. ℟.
Et Salutare tuum da nobis. Ỹ:
Fiat misericordia tua Domina Super nos. ℟:
Et Salutare tuum da nobis. Ỹ: Quemadmodum Speraũimus in te.
Ora pro nobis Sancta Dei Genitrix. ℟
Vt digni efficiamur promissionibus Christi. Ỹ. Dñe exaudi ℣ Oratio:
Auxilium tuum Domine nobis propitius impende, & interceden-
te pro nobis beata Dei Genitrice Semper Virgine Maria cum omni-
bus Sanctis; sic nos ab omni malo liberari; & in æterna beati-
tudine cum Angelis gloriari.
Oramus etiam te pissima Virgo Maria, mundi Regina & Ange-
lorum Domina, ut eis quos purgatorius ignis examinat impe-

tres refrigerium; peccatoribus indulgentiam, & iustis perseuer-
antiam in bono: nos quoq; fragiles ab omnibus instantib⁹ defende
periculis. Defende quæsumus Domine, Beata Maria semp
Virgine intercedente; istam ab omni aduersitate familiam: &
toto corde tibi prostratam, ab hostium propitius tuere clemente insidijs.

Oratio alia ad Beatam Virginem.

O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei virgo Maria:
virgo dei mater benedicta: Quam quæso lætitiam & cordis iubilati-
onem habere potuisti: quando ex virginali tuo vtero deum deperisti
& hominem, nobisq; seruulis tuis tam nobile pignus, tanquam pretiosū
iocale effudisti dominum Iesum Christum, ō singulariter decorum,
procerum ac delicatum corp⁹ humilis virginis; ō quam venusta
decoraq; facies; ō columbini oculi; ō aspectus supra quam expri-
mi posset dulciss.mq, mitiss.mq, manss.mq. ō decora ac rubentia labia,
quæ dulciss.mum paruulum Iesum tam frequenter osculari meru-
erunt. ō flaui ac deaurati capilli. ō dentes niuei, collumq; eburneū.
& cum hæc vniuersa tua ss.na membra intus & foris ad rectam lin-
eam, æqualem mensuram; ac perfectis.orum decus formata sint: tua
tamen candentia vbera virginea quib⁹ dei filium inexcogitabili
charitatis dulcedine lactasti, suauiorem, delicatioremq; nobis reddūt
saporem: quoniam ex ipsis nobis est reddita perdita, & ex eis pro-
cedit suauis dulcor, suauiss.maq; medela, vnde ægroti quiq; sanantur.
Etenim hæc veraciter beata nimis, ac super omnes benedicta dignoscitur:
de qua felix illud prædicatur elogium: beatus venter qui te porta-
uit: & vbera quæ suxisti dulciss.me Iesu Christe. Ex tui odor-
iferi lactis exuberantia Virgo sacrata tota gaudet & lætatur
cælestis curia: ac vniuersa Christi militans Eccl̃ia; & quidem
merito. Ex fonte namq; ab ipsis tuis vberib⁹ manante, omnes nos

poti, pasti & recreati sum⁹. Mamillæ tuæ virgo benigna iunioribus assimilantur capreolis, qui bini inter lilia pascuntur donec inclinent⁹ vmbræ. Sunt autem pulcher.mæ duæ oliuæ á quib⁹ manat oleum grǽ, de quo so, uentur vniuersi cœlestes & terrigenæ. Sunt insuper duo fœcundi ramus, culi, ex quibus fluit odoriferum balsamum, á quo cuncti exules filij Euæ inunguntur, fouentur & sanantur. Sunt quóq⁹ duo poma niue candidi, ora: quæ gratiæ succo superfluunt & redundant: quæ dulciorem nobis super mel & fauum gratiam & misericordiam tribuunt: quippe quæ de ligno quod est in medio paradisi collecta fuerunt: ex quór dulcedine qui suxerit, non morietur morte secunda. Sunt insuper deaurata mala granata ex Aaron vestimento dependentia. Sunt rursus rosæ rubentes, candentiaq⁹ lilia ad veri Salomonis templum ꝓ ornandum. Sunt etiam odorantes mandragoræ in horto deliciár plantatæ. Sunt denique botri vinear Engaddi, qui pauper peccatór corda maxime con, solantur & confortant, & ab eis cunctam tristitiæ materiam poten, ter tollunt. Quid plura? Tui namq⁹ sacra.mi pectoris lac virginale longe sapit dulci⁹ omni nectare, pretiosoue pigmento, super mel dulce, superq⁹ balsamum odoriferum, & super vniuersa vnguentór genera suaue. Eia ergo mater misericordiæ, virgo clemens, virgo mitis, vir, go benigna, pia mater, nutrix dulciss.ma monstra te obsecro esse matrē: & mihi (quamvis indigno filio) tuo mammillam porrige: vt vel guttula ex ea sugam, ad miniam mei pectoris ariditatem irrigandam. & quamdiu vixero tibi seruiam: meóq⁹ ꝓ modulo te laudabo, glorificabo & semper amabo. Gloria igitur laus & honor sit tibi ô virgo su, perpera. Et benedictus fruct⁹ virginalis ventris tui dominus no, ster Jesus Christ⁹, cum ei⁹ benedicto patre, & spiritu sancto, sit in æternum & per sæcula cuncta benedict⁹. Amen——.

Oratio S. Bernardi ad Beatam Virginem.

Per te ō Maria accessum habem⁹ ad filium ō benedicta inuen⁊
trix gratiæ, genitrix vitæ, Mater Salutis: vt per te nos sus⁊
cipiat, qui per te dat⁹ est nobis. Excuset apud ipsum integritas tua
culpam nostræ corruptionis, & humilitas Deo grata nostræ veniam
impetret vanitati. Copiosa charitas tua nostrorū cooperiat multitu⁊
dinem peccatorū, & fœcunditas gloriosa fœcunditatem nobis confe⁊
rat meritorū. Domina nra, mediatrix nra, aduocata nra apud tuo fi
lio commenda, tuo filio nos repræsenta. Fac ō benedicta per gratia
quam inueniſti, per prærogatiuam quam meruisti, per misericordiam
quam peperisti, vt qui te mediante fieri dignat⁹ est particeps infirmi⁊
tatis & miseriæ nostræ: te quoq; ſ intercedente participes nos faciat
gloriæ & beatitudinis suæ Iesvs Christ⁹ filiꝰ tuus Dominꝰ noſter qui
est super omnia Devs benedict⁹ in sæcula. Amen.

Mariale continens .bz. salutationes ad B:
Virginem Mariam, annis quib⁹ in terris gloriosa Mater vix⁊
it correspondere desiderantes . . I.

Aue Maria, Virgo Domina mea præcellentissima, Ss.ma Mater
Dei & misericordiæ, & inter Sanctos post Deum Ss.ma nra
aduocata quæ virginea fœcunditate fœcundaq; ſ virginitate
admirabilis Iesum Christum mundi Saluatorem genuisti: gratiſ⊃⁊
simum Dei templum; & Spiritus Sancti Sacrarium venerandum.
Inclina quæso Ss.ma Mr Dei & Mia aures tuæ pietatis indignis
precibvs meis, & caliginem vitiorū meorū tuæ Sanctitatis radijs
dissipa, vt tibi placeam in æternum. O Ss.ma, & in æternū bene⊃⁊
dicta, atq; ſ admirabilis Virgo Maria Mr Dei & Mia. Amen. Z.

Aue Maria, Virgo benignissima Mr. Dei & Mia, Salue veniæ
gratiæq; ſ conciliatrix optatiss.ma Maria nostrum in rebus du⊃⁊
bijs solamen, in tentationibus refugium. Tuæ maternæ pietati

commendo animam meam, & corpus meum, dirige Ss.ma mr. doce magistra prud.ma; & protege gubernatrix glor.s. me singulis horis atq3 momentis vitæ meæ. O. 3.

Aue Maria, virgo Summæ Clementiæ, Summæq3 lætitiæ beat.ma Mater Dei & Miæ; per te enim cœlestis benedictio & felicitas ad nos æterna dimanauit, cuiq3 memoria exhilarat mœstos, cuiq3 contemplatio Sanctos demulcet. Impetra mihi quaso perfectam cordis puritatem, vt ex eorum sim numero, qui vnigenitum, teq3 Cœli Reginam contueri, ac laudare merentur in Sæcula Sæculor. O. 4.

Aue Maria, virgo magnifica Aula, & Splendidum Palatium Imperatoris æterni: aue odoriferum Deitatis reclinatorium Ss.ma Mr Dei & Miæ. Præsta ut inter procellas huius vitæ semper te attendam; & contemptis rebus visibilibus, amœnas illas pulchritudines, pulchras amœnitates paradisi contemplari valeam ⊙ Ss.ma, & in æternū benedicta; atq3 admir: s. 5.

Aue Maria; virgo ornatis.ma Mr Dei & Miæ. virgo Sole Serenior, astris lucidior & Balsamo Suauior: virgo rosis rubicundior, & Liliis candidior; quam Deus in humilem elegit, & Sponsam amabilem. Ne auerseris me indignum peccatorem: Sed exsordido fac mundum, ex iniquo iustum, ex remisso alacrem, ex ardo deuotum, ut tibi seruire, teq3 laudare valeam in æternū. O Ss.ma, & in æternum benedicta, atq3 admirab.s. 6.

Aue Maria, virgo desperantium Spes opportuna, & auxilio destitutorum adiutrix præsentissima, ac Sanct.ma Mr. Dei & Miæ. cuius honori tantum tribuit filius, ut quicquid petieris mox impetres; quicquid volueris mox fiat, cuiq3 abundantiam pietatis omnis lingua confitetur, quam sicut lies verni circumdant flores & lilia Conuallium. Sana me obsecro & Sanabor; Saluum

me fac & saluus ero, tibiq3 benedicam in æternum. ⊙. 7.

Aue Maria, virgo intemerata & in æternum benedicta Sin-
gularis atq3 incomparabilis virgo Dei genitrix Maria gra-
tissimum Dei templum, Spûs Scti Sacrarium, ianua regni cœle-
stis, per quam post Deum totũ uiuit orbis terrar. Inclina quæso
Ss.ma Mr Dei & Mia aures tuæ pietatis indignis supplicationibus
meis, & esto mihi miserrimo peccatori pia & propitia in omni-
bus auxiliatrix. ⊙ Ss.ma & in æternum benedicta. 8.

Aue Maria, virgo iucundis.ma Cæli exultatio, & terræ gaudiũ
perpetuum, Ss.ma Mr. Dei & Miæ, tu enim mentes te diligentium
amanter illustras: tu fideles tui cultores feliciter transfers
ad amœnas paradisi mansiones. Ad te Domina sese erigit vul-
tus meus, te respiciunt oculi cordis mei, in te confidit anima
mea: miserere mei, & perduc me ad patriam Claritatis æter-
næ. ⊙ Ss.ma & in æternum benedicta. 9.

Aue Maria, virgo incorrupta, & ab omni illuuie immunis: aue
omnium ad te recurrentium certissimum profugium Ss.ma Mr. Dei
& Miæ, tota speciosa, tota amœna, tota fulgens, tota benigna; suc-
curre mihi o dulcis.ma aduocata, & post huius vitæ fluctũ, facut
perueniam ad portum sempiternæ felicitatis ⊙. 10.

Aue Maria, virgo eximiæ puritatis ac admiranda Mr. Dei, &
Miæ; sola sancta & vere humilis, tamen cæteris sanctis sublimior;
repurga quæso cor meum ã peccatorum sordibũ: tolle ã me quic-
quid sordidum est, & quicqd virgineis oculis minũ placet; seg-
rega mentem meam ã terrenis desideriis, & eam in amore rerũ
cœlestium fige ad laudem Vnigeniti sempiternam. ⊙. 11.

Aue Maria, virgo pretiosissima margarita, & humanæ na-
turæ gemma singularis: Ss.ma Mr. Dei, & Miæ: tuæ namq3 sanctæ.

animæ nihil unquam inhæsit turpitudinis, nihil unquam defuit spiritualis decoris. Ecce ego miserrim9 peccator pedibus tuis aduolu-
tus, humiliter agnosco ipsam meam iniquitatem. Ne despicias me quæ-
so ō spes suauis, sed magnam miseriam meam subleuet augens mi-
seratio tua O pyssima & in æternū bnd: .17.

Aue Maria, virgo sacratis.ma, & inter omnes mulieres bene-
dictas, peculiari benedictione singulariter insignis Excellenti.má
mr dei & mia; totius elegantiæ, totiusq3 sanctimoniæ foemina, quæ
supra choros Angelor resides; assessum deo proximum sortita, meas
quæso calamitates, meosq3 gemit9 attende. Visita me, & consola
inutilem seruum tuum, atq3 ā peccatis absolutum redde tibi per
omnia placentem. O ss: ma & in æternū bened: .13.

Aue Maria, virgo singulare cæli ornamentum, singulareq3
terræ præsidium: aue regis æterni mater gloriosa: aue gratiæ
perditæ instauratrix optatissima regina mia; vita dulcedo, ad
te clamo miserabilis euæ filius, & exul paradiso, ne me precor
auerseris, sed laborantem adiuua, pugnantem protege, vacillan-
tem confirma, & benedictum fructum ventris tui nobis post
hoc exilium ostende. O clemens, ō pia, ō dulcis & in æter: .14.

Aue Maria; virgo purissima spūs scti officina, & immacula-
tum dei sacrarium: aue ss: ma mr dei & mia virgo Maria tu eni
gaudium Angelorum pariter & hominum peperisti Jesum Christū,
eundemq3 puerulum pannis inuoluisti, fasciolis strinxisti, ulnis
gestasti, gremio confouisti, amplexibus & osculis delinisti. Rogo
te sña mr dei & mia, ut mei patrocinium apud eundem filiū tuum
suscipias, gratiam impetres, lumen infundas, & ad uitam æternā
me perducas O ss: ma & in æternum benedicta. .15.

Aue Maria; virgo virginū omnium pulcherrima. redemptoris

nostri Mater purissima, fons mīæ, Sanctitate & dignitate Sanctas
omnes Supergrediens, vero Salomoni in Cœlesti throno regnanti pro-
xima, potens mortalium auxiliatrix: tuæ maternæ pietati cōmen-
do animam meam hanc immundam, & corpus meum mundi carnis
; què illecebris, multorumq; hostiumq; insidijs expositum, ut te assi-
stente patrona, omnes meos actus, cogitationes, & locutiones ad
filij tui gloriam & salutem meam sincerè referantur O. 16.

Ave Maria, virgo serenis:ma, suauis:ma q; Regis messiæ Genitrix
millies desiderata Regina mīæ; ejice è cordis mei penetralib9 quic-
quid sordidum minusq; decorum est. Illumina tenebras meas interi-
ores radio Splendoris tui: ut vitijs dissipatis atq; deletis pulchri-
tudinem tuam purè contempler. Attende Bna, attende Mr Dei &
Mīæ suspiria animæ anhelantis ad te: & ex plenitudine gratiar
aliquid cordi meo infunde, ut intime te diligam O. 17.

Ave Maria, virgo fœminarum pulcherrima ac Speciosissima Mr
Dei & Mīæ, ostende mihi precor faciem tuam, sonet vox tua dulcis
in auribus meis, cuius auditu reuiuiscat, resurgatq; Spūs meus
à morte peccati, & somno tepidæ conuersationis. Concede mihi
obsecro, ut amor tui ingrediatur in thalamum pectoris mei, & om-
nia interiora mea feliciter occupet, ut mundāa prorsus fastidiam O
SS:ma & in æternum benedicta. 18.

Ave Maria, virgo saluatrix omnium languentium, ad te
confugio salutis indigens SS:ma Mr Dei & Mīæ, peccatorū meorum
agnoscens multitudinem. Visita ægrotantem animam meam,
& pete à filio tuo, & Deo meo dari mihi malorū quæ feci remissi-
onem. Sola Scta, sola benedicta, omnem spem meam in te repo-
no, serua me sub protectione tua. O SS:ma & in æter. 19.

Ave Maria, virgo immaculata filia Dauidis & Abrahæ, incli-

na aurem tuam ad preces nr̃as, & nè obliuiscaris populi tui, neq́
nostri, qui sumvs de familia & domo patris tui. Ad te clamamvs,
recordare nostri SS.ma virgo Maria mr̃ Dei & Mĩæ. Tibi nos
commendamus; esto mediatrix nostra ante conspectum filij tui
domini nostri Jesu Christi O SS.ma & in æternũ. ℣. Zo.

Ave Maria, virgo glorios.ma Mater Dei & Mĩæ; te enim matrem
misericordiæ, & Reginam pietatis vocat & agnoscit omnis Ecclia
sanctorum. Noli denegare interpellationis tuæ gratiam miseris
nobis peccatoribus apud Benedictũ filium tuum. Tu quæ nunquã
repulsam pateris, cuius misericordia nulli vnquam defuit; esto
nobis aduocata, & veniam nobis obtine, nunc & in hora mortis
nostræ O SS.ma & in æternum benedc. ℣. Z1.

Ave Maria, virgo incomparabilis, ac aula Regis immensa, & vn
ica porta cæli, Regina Angeloŕ, gaudium omnium hominum atq́e
consolatio desolatorum, te in suis necessitatibvs invocantium
miserere mihi misero peccatori apud bnum nostrũ Jesũ Christũ,
& impetra mihi dulcis.ma mr̃ Dei & Mĩæ; ut omni vetustate deposita,
in nouitate vitæ, cum vera cordis contritione & humilitate non
ficta, in cæca obedientia corã filio tuo Deo meo, eidem tot9 intentus,
feruenter & caste oĩb9 dieb9 meis ambulem; Sed & in hora mortis
meæ mihi adesse digneris O clement.ma & in æternũ. ℣. Z2.

Ave maria, virgo via errantium tutiss.ma, vera mr̃ Dei &
Mĩæ; bna mea glorios.ma; bna gloria, fons pietatis, splendor cæli.
Angeloŕ gloria, SS.rum omnium lætitia, Reclinatorium Jesv Christi:
adesto mihi in omnibus tentationibus, angustijs, tribulationib9,
persecutionib9, necessitatib9, calamitatib9 et infirmitatibus
meis; & impetra mihi veniam omniũ delictoŕ meoŕ, ut post huius
vitæ terminum; merear ingredi Regna cæloŕ. O. ℣. Z3.

Aue maria; virgo praclarissima mr dei & mia, refugium peccator, aduocata pauperum, salus infirmor, consolatrix afflictor, immarcessibilis vitis pietatis: da tut vnguentor tuor iucundissimis odor currere me faciat post te; & cor meum erga te dulciter afficiatur, anima mea te amore diligat intimo, & lingua mea in laudibus tuis occupetur die ac nocte sine vllo fastidio O: Z4.

Ave Maria; virgo splendor inextinguibilis mediatrix dei & hominum, Ss.ma mr dei & mia, indesinenter effundens munera copiosa gratiæ tuæ, tibi sese offert anima mea, multis vitior morbis languida; tu eam benig.ma tuis meritis & precibus sanare; & vlcera peccator meor curare digneris: quatenꝰ tibi gratum obsequiu in hoc exilio præstare, & gaudia beator te semper laudatura intrare mereatur, O Ss.ma & in aternum bened: Z5.

Ave Maria, virgo uua germinans virgines, ac inter omnes mulieres inuiolata mr dei & mia; port vnigenitum tuum certa fidelium salꝰ, & in angustijs & periculis leuamen: impetra mihi ā filio tuo Christo Jesv veram animæ & corporis salutem & puritatē, ut nulli delectationi sensuali assensum præbeam: sed spretis omnibus blanditijs, & carnis cupiditatibꝰ in te, & filio tuo semper conquiescam ⊙ Ss.ma, & in æternū bened: Z6.

Ave Maria, virgo fons signatꝰ sed Ss.ma mr dei & mia, ex te enim, rex cœli & terræ, ut genus humanum redimeret, carnem assumere voluit; mediatrix inter deum & hominem, cuiꝰ intercessione cælum terræ iungitur, impetra mihi peccator meor remissionē, vt toto corde diligam & honorē filium tuum dnum nrum Jesū Christū, tēqꝫ simul misericordiar genitricem nunc & in æternum. ⊙ Ss.ma & in æternum bened: Z7.

Ave Maria, virgo cœli terræqꝫ regina Ss.ma mr dei & mia

Virgo cui non est, nec erit similis quæ procedis quasi aurora con-
surgens, pulchra ut luna, electa vt sol, terribilis dæmonib9 ut ca-
stror acies ordinata; largire mihi obsecro, ut continuum tibi obse-
quium gratumq3 deferam; nihil in me inveniatur, quod oculos tuos
castissimos offendat, oculos inquam Angelor oculis puriores. O. 28.
Ave Maria, virgo vnica Dei filia, ac Ss.ma Mr Dei & Miæ, cui9 sua-
uis odor aromatum læficat iustos, cui9 benedict9 fruct9 vteri satiat
sanctos; laudo te & glorifico Virgo aquæ viuæ puteus: colo & vene-
ror humillme intemerata & intacta tua viscera, atq3 obsecro, vt
donum puritatis in anima mea crescat & augeatur. O. 29.
Ave Maria, virgo paradisus cum gratiar fructib9 Ss.ma Mr
Dei, & Miæ, ac immaculata Beatæ Trinitatis amica: Aue fœmina
mente & corpore purissima Maria arca Dei. Irradia quæso in-
tima meæ mentis serenissimo vult9 tui splendore, ut in te delecte-
tur & exultet cor meum. Lætifica cor meum, ut hilariter tibi
seruiam, & ex intimis viscerib9 meis te diligam in æternum, O
Ss.ma & in æternum benedicta, atq3 admirabilis. 30.
Ave Maria, virgo Ss.ma Mr Dei & Miæ, virgo puritatis plusquã
Angelicæ; virgo ante partum, virgo in partu, virgo post partũ.
Circumvesti obsecro & exorna animam meam gratia cælestis
decoris, intuere pauperculum è sublimi solio gloriæ tuæ, consola-
re me optata tui præsentia O beatiss.ma & in æternv. 31.
Ave Maria, virgo consolatio desolator ac Ss.ma Mr Dei, &
Miæ, tu enim omnibus misericordiæ tuæ sinum aperis, ut de plenitu-
dine tua accipiant vniuersi, accipe clem.ma hanc meam supplicatio-
nem, quam licet ore polluto coram te effundo: & ostende mihi faci-
em miserationum tuar, & ora pro me vnigenitũ filium tuum, ut
post hanc vitam te stola immortalitatis indutam, videam regnantẽ

cum Patre, filio & Spu Scto ○ SSma & in æternū. „32„

Ave Maria, virgo Stella Semper rutilans SSma Mr dei & Mīæ, illumina quæso tenebras cæcitatis meæ claritate aduentꝰ tui. Attende gemitus animæ meæ cupientis diligere te; reple cor meum atq; omnes Sensus meos gratia Cœlesti: & me ad prægustandas micas aliquas æternæ lætitiæ misericorditer admitte, ubi laudem nomen Sanctum tuū in æternum. ○ SSma & in. „33„

Ave Maria, virgo hortus conclusus ac Solitudinis amatrix, & internæ quietis cultrix mitissima, ac Virgo inter filias Hierusalem Speciosissima Maria Mr dei & Mīæ; dispersas quæso Seruuli tui indigmi cogitationes recollige, & Spiritum dissipatū redintegra; ac cor meū multis nefandis impijs, obscœnis ac inuidiosis cogitationibꝰ ac phantasmatibꝰ inordinate repletū, emunda, ac ad te virgo Spiritꝰ Sancti habitaculū rapias, ut te matrem dei & Mīæ puro Semper corde Suspirem, & deuota in perpetuum venerer mente ○ SSma, & in æternū benedicta &c. „34„

Ave Maria, Virgo Dei vmbraculum, ac uiola redolens humilitatis altissimæ, & rubens rosa ardentissimæ charitatis vera Mr filij dei, ac fons Mīæ; præueniat obsecro me fragrantia aromatum tuorꝰ, te Sentiat Spiritꝰ meꝰ in nocte, te exoptent præcordia mea per diem, tibi Suauiter afficiatur cor meum, te medullitꝰ diligant intima mea, hilariter in tuis laudibꝰ occupetur mens mea di tempore, ○ SSma & in æternum benedicta, atq; admirabilis: „35„

Ave Maria, virgo candidum lilium fulgidæ, Semperq; tranquillæ Trinitatis: aue fragrantissima viola diuinæ Suauitatis: aue uernans rosa cœlestis amœnitatis SSma Mr dei & Mīæ. Adesto propitia fragilitati meæ in omni tentatione, tribulatione, necessitate, persecutione, angustia, & in omni periculo peccati, ac in hora

mortis mea: vt te auxiliante atq3 protegente merear semper in
bño esse secur9 O Ssma:, & in æternum benedicta atq3 „36„

Ave Maria, virgo æternitatis dom9 ac beatma Mater bei &
miæ, rogo te per sacratissimã passionem & mortem filij tui bni mei
Jesv Christi: esto mihi pia gubernatrix, quam diu in periculoso ma-
:ri sæculi hui9 nauigo, & præcipuè in vitæ præsentis termino, ut te
perducente feliciter perueniam ad portum cœlestis Jerusalem, ubi te
diligam, laudem & glorificem in omnia sæcula sæculor. O Ssma: s. „37„

Ave Maria, virgo sidus claris:mum, vnde ortus est sol iustitiæ
& rex gloriæ, amator ac redemptor animar nrar. Nos te ō Virgo
amabilis, nos te matrẽ dei; matrem miæ; matrem pietatis & indul-
gentiæ, ac matrem luminis æterni; qua possum9 deuotione veneramur:
tu mentes nras diuinis influxib9 pasce, ad gloriam ipsi9 vnigeniti
tui. O Ssma: & in aternũ benedicta, atq3 admirab: s. „38„

Ave Maria, virgo uera nr quæ filium dei genuisti, verum
deum & hominẽ, qui (Angelo nunciante) concept9 est, ō bna mea clem:ma
miserere mei; miserere bna mea, quia miseratio tecũ creuit ab
infantia, magnam miseriam indigmi peccatoris subleuet magna atq3
ingens miseratio tua ō pijssima & in æternum benedicta, atq3 admira-
:bilis Virgo Maria nr dei & miæ. Largire ō benigna, ut illis annu-
:merer, quos tanquam filios amas, doces, dirigis, foues & protegis, ac
ut amore tui terrenas omnes consolationes spernens, cælestibus sem-
per inhæream O Ssma: & in æternum benedicta, atq3 s. „39„

Ave Maria, virgo uera nr quæ filium dei genuisti, verũ deũ,
& uerum hominem: qui pro nobis inter vlnas Simeonis Ssmi in templo
recept9, Ssma: es igitur nr dei & miæ ac spes omnium in te confidentiũ,
speculũ sanctor, quam beatã dicunt omnes generationes, humili-
ter te rogo, ut omnes inordinatos appetit9, tentationesq3 carnis in-

me occidas, nè ego iniquitate mea perdam, quod filiꝰ tuꝰ pretiosissimo
suo sanguine acquisiuit. Emenda ergo vitam meam, omnia opera me-
a dirige, dum adhuc mortali corpore detineor, & da sic plangere
peccata, quatenus dignus habere videar gloriam tuam in futuro
sæculo. O SSma & in æternum benedicta, atq; adm: „40.

Ave Maria, virgo uera Mr qua filium Dei genuisti, verū
Deum & uerum hominem, qui pro nobis cæsus est; SSma es igr mater
Dei & Mia, ac Dna mea clem: ecce in tuam benedictā fidē ac sin-
gularem custodiam, & in sinum misericordiæ tuæ, hodie & quo-
tidie, & in hora exitꝰ mei, animam meā & corpus meum tibi
commendo; omnem spem meam & consolationem meam, omnes
angustias & miserias meas, vitam & finem vitæ meæ tibi cōmitto;
ut per tuam SSmam intercessionem, & per tua merita, omnia mea
dirigantur & disponantur opera secundum tuam, tuiq; dilecti
filij voluntatem O SSma & in aternū benedicta, atq; s. „41.

Ave Maria, virgo uera Mr qua filium Dei genuisti, verū
Deum, & uerū hominem, qui pro nobis spinis coronatus est: ō SSma
Mr Dei & Mia, quæ rerum omnium imperium cum filio communē
obtines, cui omnis ætas & sexus merito verticem inclinat, cuius
pedibus totus orbis iure prouoluitur: accipe quæso tui amantem;
& serua in te sperantē. Esto propitia mihi misero peccatori, ut
per te mediatricem gratiam inueniam apud eundem qui te matrē
elegit Jesum Christum, O SSma & in aternū bened. „42.

Ave Maria, virgo uera Mr qua filium Dei genuisti, verum
Deum, & uerum hominem, qui pro nobis clauis crucifixus est; ō
pulcherrima Mr Dei & Mia, ad nomen enim sanctum tuum dæmo-
nes contremiscunt; ad fulgorem tuum potestates tenebrarum diffu-
giunt; ad nutum tuum portæ paradisi reserantur. Veni quæso, &

visita animam meam, concede benignissima virgo, & mr dei & Mia, quæ filium dei genuisti, verum deum & hominē; qui pro nobis in cruce pendens te virginem matrem virgini cōmendauit; ita dic-
-ens, Mulier, ecce filius tuus; deinde ad discipulū tuū Ecce mr tua, in hui⁹ amoris dulcedine concede, inquā, ut cunctis diebus vitæ meæ fideliter tibi seruiam, ut de potestate principum tenebrarum harum erui valeā. O SSma & in æternū benedicta atq3 admirabilis &. 43.

Ave maria, virgo uera mater dei & mia, tu enim filium dei genuisti verum deum; & uerum hominē, qui pro nobis in cruce pen-
-dens exclamauit dicens; Hely, Hely, lammazabathani. & inclinato capi-
-te, tradidit Spiritum; tu enim es turtur pudicissima cuius uox omnipo-
-tentis aures mirifice demulcet, columba SSma cuius gemitus Spui Sto maxime placuerit, animæ meæ inordinatos affectus moderare, ut ni-
-hil uitiosē diligam, nullum peccatum mihi dominetur: Sed tanquam ho-
-spes & peregrinus semper ad æternam patriam anhelem, multisque suspirijs aspirem per Jesum Christū filium. O SSma & in. 44.

Ave Maria, virgo & uera mr. quæ filium dei genuisti, verum deum, & uerum hominem, qui pro nobis immolatus est: tu es stillans melle alueariū; diuini verbi sacrum tabernaculum, deitatis recep-
-tacalum; singulare cæli ornamentum. Sulcherma mr dei & mia pul-
-chritudinē enim tuam Sol & Luna mirantur: purifica obsecro cor meum, & munda illud ab omnibus peccator sordib⁹. Expelle à me, quicquid displicet, animamq3 meam ab omnibus terrenis affectib⁹ emunda; rerumq3 Cœlestium amore inflamma ad gloriam tuam & Jesu filij tui honorem perpetuum O SSmá & in æternū &. 45.

Ave Maria, virgo uera mr dei & mia, qua filium dei genu-
-isti uerum deum, & uerum hominem; cuius latus lancea perforatum est, & continuo exiuit sanguis & agua, in redemptionem animar nostrar

pro Salute mundi ad vitam æternam; foeminaꝝ enim omnium
pulcherrima es; cuiꝰ veneratio peccatores emundat, cuiꝰ fragra
:ntia suauitatis, & virgineꝰ odor puritatis fidelium mentes reere
;at; imple cor meum, omnesꝙꝫ sensus meos diuina gratia, ut tua in
tercessione renouatus uitam degam tibi, filioꝙꝫ tuo gratiſnam O
Sſma & in aternum benedicta atꝙꝫ admirabilis ſ. „ 46.

Ave Maria, virgo & uera mr Dei & mia, quæ filiu Dei
genuisti verum Deum & verum hominem, cuiꝰ corpus de cruce de
positum per Joseph est; & in sindone munda inuolutum, tues or
:natissimꝰ hortoꝝ vernantium fons, puteus aquaꝝ viuentium, throꝰ
aureus veri Salomonis, & totiꝰ orbis singulare miraculum, da mihi
obsecro, ut amor tui cor meum sic occuper, & pulchritudo tua, sic ani
:mam meam exornet; ne qua in me labes peccati inueniatur, sed
tuis beneficijs reficii merear in sempiternu. O Sſma ſ. „ 47.

Ave Maria virgo uera mr Dei & mia quæ filiu Dei genu,
:isti verum Deum, & uerum hominem; cuiꝰ corpus in linteis cum
aromatibus in monumento nouo positum est, tues Cherubim hono,
:ratior, Seraphim Deo proximior, cuius gloriam nominis, digni,
:tatis splendorem, & pietatis abundantiam omnis lingua confitetꝫ,
super choros Angeloꝝ exaltata, concede mihi tribulationibus, per,
:secutionibꝰ, tentantionibꝰ infirmitatibꝰ, angustijs & necessitatibꝰ
huiꝰ vitæ oppresso, & ad materna pietatis tuæ sinu recurrenti
spiritualis consolationis lacte consolari. O Sſma & ſ. „ 48.

Ave Maria, virgo & uera mr Dei & mia, quæ filium
Dei genuisti, verū Deum, & verū hominem, qui pro nobis sepultꝰ
est; ac tertia die uerus Deus & homo ā mortuis resurrexit: ad
nomen enim sanctū tuū flectitur omne genu cælestium, terrestriū
& infernoꝝ, quam laudant & benedicunt exercitus superiorum

ciuium, da ut anima mea ligue facta amore tui; omnes vani et
falacis huiꝰ mundi consolationes despiciam ac toto corde con-
temnam. O SSma & in æternum benedicta, atqꝫ adꝰ. 49.

Ave Maria, virgo & uera nr Dei & mia, quæ filium Dei
genuisti, verum Deum & uerum hominem, qui Deus, & homo primo
beatæ mariæ Magdalenæ, postea discipulis apparuit, o odoriferum
lilium inter spinas, flos conuallium, palma iustitiæ & nardus
puditiæ cœlestibus deliciis affluens, illumina me in tenebris mor-
tis constitum radiꝰ misericordiæ tuæ, & in tribulationibus; tenta
tionibus ac angustijs uarijs uolutantem me deuotionis tuæ suauitate
recrea ac reuocila: & impetra mihi omnium virtutum exercitiũ
cum animæ meæ tranquillitate, quamdiu habito in hac regione vm
bræ mortis, ut tandem perueniam te iuuante ad patriam clari
tatis æternæ. O SSma & in aternũ benedicta atqꝫ admir: 50.

Ave Maria, virgo & uera nr Dei & mia; quæ filium Dei genuisti,
uerum Deum, & uerum hominẽ; qui Deus & homo, cum peregrinis cœnauit;
tu vitæ nostræ dux certissima, porta diuinæ gratiæ, & maris mun-
di huius procellosi portus securissmꝰ veneraris: gratiam ergo no
bis; qua in tuo, filijqꝫ tui seruitio Sanctmo perseuerem, impetra, ut pro
tectionis tuæ muniti præsidꝰ, quod eodem filio tuo donante promisi
mus impleamus: & nostræ professionis executores effecti, ad ea quæ
perseuerantibus promissa sunt, feliciter pertingam. O. 51.

Ave Maria, virgo & uera nr Dei & mia; quæ filium Dei genu
isti, verum Deum, & verum hominẽ, qui Deus & homo (videntibus
Galilæis) ad cælos ascendit, & tibi castissimæ matri suæ præparauit
immortalitatis locum: tu es abyssus omnium gratiarum, & speculũ
omnium virtutum misericordissima atqꝫ dulcissima Dna mea Scta
Maria, impetra igr mihi ã Deo, cuiꝰ es nr & filia, ut propter suam

pietatem; ac tuam benignitatem auferat ā me omnem odibilem
ingratitudinem, omnemq; cordis duritiam: ut beneficia ei9, scilicet,
creationis, redemptionis, misericordissimæ vocationis, protectionis, &
cætera cum summa animi magnitudine recolere valeam; ipsum indesin
:enter laudem & honorem, ipsi cum castissimo cordis jubilo gratias agam,
ipsum continenter cum profundissima humilitate, filiali timore, summaq;
reuerentia magnificem & adorem; ipsiusq; mandatis perfecte obtem
:perem. Rogo te pratera ō mr suauissima, quæ reuera meritis es po
:tentissima; pietate affluentissima, miserationibus exuberantissima;
fac ut tuarum pariter in me misericordiarum, & beneficior sine cessa
:tione memor sim, tibiq; uel aliquam fidelitatis, & amoris vicissitudi
:nem pro omnibus, quæ hactenus mihi tribuisti rependere non cessem: qua
:tenus ā tua, & filij tui bni mei Jesv Chri gra non excidam O. 5 Z.

Ave Maria, virgo & uera Mater Dei & mia; quæ filium Dei genuisti
verum Deum, & uerum hominem; qui Deus & homo ad dextram Dei
sedens, spiritum paracletum discipulis suis misit: te rogo ō clemens,
ō pia, ō dulcis virgo maria, ut ego totus tuus, & tu tota sis mea, me cu
:stodiens, gubernans, possidens: & ab omni peccato, ab omni malo; ab
omni tentatione diabolica & carnis; ab omni impedimento, ab om
:ni quoq; medio inter me, & Deum liberans me, atq; præseruans, ne
ā tua, filijq; tui gra excidam O Ssma & in æternū bened: .5 3.

Aue Maria, virgo & uera mr Dei & mia; quæ filium Deige
:nuisti, verum Deum, & uerum hominem, qui Deus & homo venturus
est iudicare viuos & mortuos, & sæculum per ignem; te rogo virgo gr
:atiosa, quæ es omnium desolator ad te clamantium consolatrix ue
:ra, per illud magnum gaudium quo consolata es, quando cognouisti
bnum Jesum Chrum die tertia ā mortuis impassibile resurrexis
se; sis consolatrix animæ meæ: & apund eundem filium tuum &

Dei natū Vnigenitum in die nouissimo, quando cum anima & corpore ero
resurrecturꝰ, & de singulis meis factis rationem redditurꝰ sum, me dig-
:neris iuuare, ut perpetuæ damnationis sententiam per te pia Mater,
& Virgo ualeam euadare, & cum electis Dei omnibus ad æterna gau-
dia feliciter peruenire O. SSmâ & in æternū benedicta, atqꝫ: 54

Ave Maria virgo & uera mr Dei ac mia, Regina Virginum (lem:, Sma
atqꝫ amantissima mr mea; ecce Jesus benignissimꝰ filius tuus Virgo,
Joannem Virginem; & me indignissimum tibi Virgini in filium ador-
:tauit. Obsecro te igr matrem Dei, græ & miæ per amorem, sanguinē
& mortem filij tui Dni nri Jesu Chri: Suscipe me in filium, quia filium
tuum, & te ex toto corde diligo, atqꝫ eligo in matrem, imo si placet
tibi cum Bernardino & Edmundo tuo in Sponsam animæ meæ. Malo si-
:quidem mori, quam cogitatione, verbo uel opere alicuius amore inqui-
:nari. Sequi te cupio, & Jesum agnum quocunqꝫ ierit in æternum, & cum
Angelo custode puritatem seruare Angelicam iuxta statum meum in
æternum. Accipe & serua ō dulcis: Sma mr Dei & miæ cor, animam & cor-
:pus meum tibi toto corde dicata O. SSmâ & in æternum benedicta. 55

Ave Maria, Virgo Immaculatissima Mater Jesu Saluatoris mei, ac
Regina Miæ Augustissima, rogo te per immaculatam conceptionem &
purissimam Virginitatem tuam: & per intercessionem Castissimi
Sponsi tui Joseph conserua cor & corpus meum purum & imma-
:culatum O. SSmâ & in æternum benedicta atqꝫ admirab:. 56

Ave Maria, Virgo Pulcherrima misericordissimaqꝫ Mater Dei
& miæ, post Deum Spes mea vnica; oro te per misericordissimum cor
tuum, ut me in filium tuum suscipias, mei curam habeas, ab omni pecca-
:to me protegas ac liberes. Castitatis quoqꝫ, ac omnium virtutum obser-
:uantiam, in quibꝫ tu filio tuo Dnō nostro Jesu Chrō summè placuisti,
mihi impetres, custodias, conseruesqꝫ me in statu hoc filio tuo, ac ti-

:bi gratissimo, & mihi saluberrimo O Ssmâ & in aternum benedicta;
Jesus Maria mei dulcissimi amores: patiar ego, moriar ego vestri
amore, vester sim totus, & nullatenus meus, ac si nihil prorsus essem.
Ave Maria, virgo mater Domini mei, Dña mea mi, 57.
:serere mei, in manus tuas Dña commendo spiritum meum. Aue Maria, vir,
:go Dña mea mater gloriæ, mater misericordiæ, mater Ecclesiæ, pietatis
& indulgentiæ: Aue Maria, virgo Dña mea, mater luminis & honoris, signũ
serenitatis. Aue Maria, virgo Dña mea, aula Dei, porta cæli, sacrarium
spiritus sancti, Aue Maria, virgo Dña mea, vrna aurea, templum diuini,
:tatis, speculum Trinitatis, Reclinatorium æternæ pietatis. Aue Mrã
virgo Dña mea, decus virginum, Domina gentium, Regina Angelorum.
Aue Maria, virgo Dña mea, fons hortorum, obliuio peccatorum, lauacrũ
animarum. Salue sancta parens, salue sancta & immaculata virgi,
:nitas; assistens vultui Dei, memento fragilitatis meæ. Salue benigsma,
Salue suauis: Dñma, Salue nobilis: Dñma, Salue glorios: ma Salue misericordis,
:sima propitiabilis Virgo Maria, da mihi miserrimo peccatori virtutem
contra hostes meos visibiles & inuisibiles. Deprecor te ō beatis: Dñma,
ō lucidis: Dñma, ō sanctis: Dñma virgo maria mr Dei & mia per illam san,
:ctissimam humilitatem tuam, in qua Ōipotntis Dei filium creatorem &
Redemptorem mundi genuisti. Vtinam sis mihi miseratrix pia hic &
ubiqz. & per illam sanctis: Dñmam crucem, in qua Dñus noster Jesus
Christ9 filius tuus pependit, & te commendauit dilecto discipulo suo
Joanni dicens. Ecce Mater tua. Precor te Dña dilect: Dña per nomen
& amorem filij tui Dñi nri Jesu Christi succurre mihi in omnibus tenta,
:tionib9, angustijs, tribulationibus, persecutionib9, necessitatibus & infir,
:mitatib9 meis, nunc & in æuum, atqz periculis mortis. O 58.
Ave Maria, virgo Dña mea, Ssmâ mr Dei & mia, humilis ancilla
Sanctis: Dñmæ Trinitatis. Aue Maria Virgo sponsa spiritus sancti

Aue Maria, virgo & Mater Dñi nostri Jesu Christi. Aue Maria virgo So=
:ror Angelorum. Aue Maria, virgo promissio Prophetarum. Aue Maria, Vir=
:go Regina Patriarcharum. Aue Maria, virgo magistra Evangelistarum.
Aue Maria virgo Doctrix Apostolorum. Aue Maria virgo confortatrix
martyrum Aue Maria virgo fons & pulchritudo confessorum Ave Mra,
virgo decus & corona virginum. Aue Maria virgo salus & consolatrix
viuorum & mortuorum. Mecum sis in omnibus tentationibus, tribulatio,,
:nibus, angustijs, persecutionibus, necessitatibus, infirmitatib9 & miserijs
meis. Et impetra mihi veniam omnium delictor meorum; & maxime in
hora exitus mei non desis mihi O Pijssima & in aternum. ℣. 59.

Aue Maria, virgo vera Mr Dei & mia gratia plena domin9 tecum;
est enim Sma ac pijssima & in aternum benedicta atqz admirabilis
virgo Maria Mr Dei & mia, quasi osculum tibi imprimere, hunc au=
:dire versiculum. Aue maria gratia plena Dominus tecum. Quoties
enim tu inter omnes benedicta virgo Maria, per Aue Maria Salutaris,
toties tu in aternum benedicta atqz admirabilis virgo Maria Mr Dei
& mia oscularis. Ergo ad eius imaginem omnes accedite, genua flect,,
:ite; oscula imprimite, Aue maria dicite, Aue ergo Maria gratia plena,
Dominus tecum: Aue maria gra plena, Dn9 tecum, ac virgo gratiosa, quae
verbo Verbum concepisti. Aue Maria gra plena, Dn9 tecum, virgo tellus
fructuosa; quae fructum vitae protulisti. Aue maria gra plena, Dn9 tecu,
virgo rosa speciosa, vernans Christo resurgente. Aue Maria, gratia
plena, Dn9 tecum, virgo & Mater gloriosa Christo Cælos ascendente. Aue
maria gra plena, Dn9 tecum, virgo fruens delicijs, nunc rosa iuncta li=
lijs, munda nos a vitio, & tuo iunge filio O Sma & in aternum ℣. 60.

Aue Maria, virgo pijssima ac glorios: Sma Mr Jesu Saluatoris mei: &
memorare mei Mr mia & totius consolationis, a Saculo non est audi,,
:tum, quenquam ad tua currentem praesidia, aut tua implorantem auxi=

:lia, aue tua petentem suffragia, ā te virgo Maria derelictum. Idcirco
tali animatus fiducia, ego ad te virgo virginum: Regina cælorum, &
Domina Angelorum, Maria Mr Dni nri Jesu Chri confugio; ad te venio,
ad te Stella maris curro, coram te miser, gemens, & tremens assisto; no-
:li õ dna mundi, noli æterni Mr verbi, uerba mea despicere, sed exaudi-
me miserum, ad te in hac lacrymarum valle clamantem, nunc & semp;
maximè uerò in hora mortis meæ, O clemens, õ pia, õ dulcis & inæt,
:ernum benedicta, atq; admirabilis virgo. s. 61.

Aue Maria, virgo Immaculata; impolluta, incorrupta, Judica Mr
Dei & miæ, dna nra, unica spes desperator, oppressorum subsidiu,
sponsa Dei Sanct: ma, & ad te currentium auxilium præsentissimum,
omnium deniq; Christianor refugium; meam sordidissimam, indignis,
:que labijs expressam orationem admitte, nec non tuum filium guidē,
meum autem herum & Deum, materna tua libertate, volens exora, ut
mihi quoq; mitissima illa suæ pietatis viscera reseret, & posthabitis
innumerabilis peccatis, ad pœnitentiam me conuertat, probeq; sua com-
mandata
:plere: & professionis meæ uota benignus concedat. Adsis mihi semper
Virgo misericors, clemens, & benigna, in præsenti quidem vita fer,,
:uens protectrix & auxiliatrix, hostiles impetus repellens, & me de,,
:ducens ad salutem, ac in supremo vitæ meæ momento, miseram ani,,
:mam meam conseruans, & tenebrosos malor dæmonum aspectus ab
ea procul abigens; in terribili autem die iudicij, ab æterna damnatio,,
:ne me liberans; postremo inaccessæ tui filij & Dei gloriæ me hærede
efficiens: quam per intercessionem fauoremq; tuum, dna mea Sanct: ma
Dei Mr, te etiam, atq; etiam oro, assequi valeam, gratia, miseratione,
& humilitate Vnigeniti tui filij Dni & Dei ac Saluatoris nostri Jesu
Chri: cui conuenit oīs glā, honos & veneratio; cum æterno eiq; Patre, &
SSmõ: optimoq; uitæ autore Spũ Scto nunc & semper; tibi uerò sit laus O.

62. Aue Maria virgo SSma: Mr Dei & Mia, ac dulcissima inter Deum & homines mediatrix; miserere mei; O pia, O clemens, O benigna Mr; O Spes mea, refugium meum, consolatrix mea. O virgo suauis, gloriosa amabilis. O foemina formosa, præcellens, sanctissima. O Genitrix Dei, Regina cæli, gaudium Angelor. O sidus rutilans, lilium candens, rosa uenusta. O Paradise voluptatis; charissima mea; intende mihi. Peto veniam, peto Mr Dei & Mia Spiritum bonum, peto gratiam. Doce, illumina, dirige me; Adiuua, protege, salua me. Dele culpas O Maria, placa natum prece pia: quia per te patet via ad æterna gaudia. Laus tibi, benedictio tibi, honor, gloria, ac gratiarum actio perennis O SSma & in æternum benedicta atqz admirab: 63.

Aue Maria, Virgo sanctissima Mr Dei, & Mia, ac Dna mea clementissima, uisceribus misericordiæ plena, succurre mihi peccatori, anteguam mors subitanea & improuisa superueniat, ne subito & imparatus de hoc mundo transeam; ora prome virgo Maria benedicta Mr Dei & Mia, ob vnigeniti filij tui Dni nri Jesu Christi mortem amarissimam, ut peccator detestatione; diaboli & operu eiq abrenuntiatione; vera contritione; pura & humili confessione, poenitentia & satisfactione congrua, digna Dei acceptione, ac casta proximi dilectione filio tuo dulcissimo Jesu Chro reconciliatus de hoc mundo transeam. Fac meum misericordiam tuam O beata & in æternum benedicta virgo Maria Mr Dei & Mia, in illa tremenda hora, quando spiritus vitales deficient, & mortua lingua mea se nequierit, ad inuocandum nomen Sctm, mouere; neqz oculi mei lucem capere poterunt; auresqz meæ nulli voce patescent. Memor esto tunc SSma Mr Dei & Mia virgo Maria pietatis & Mia tuæ, ac harū precum, orationumqz mearum; & subueni mihi miserr: Seruo tuo

in illa ultima hora necessitatis meæ, ut liberer ā ministris diaboli, & collocer cum Chri fidelib⁹ filij tui seruis & amicis in cœlesti gloria O Ssᵐᵃ & in æternum benedicta, atq; admirabilis virgo Maria Mater dei & misecordiæ. Amen.

Seqũntur aliæ deuotæ Orationes ad B: Virginẽ Mariã,

Honor B: Virginis, quotidie dicendus.

O Domina gloriæ, ō regina lætitiæ, ō fons pietatis, ō vena misericordiæ, ō sanctitatis libertas; ō iucunditatis amœnitas, ō splendor cœli, ō dulcedo paradisi, ō domina Angelorum, ō sanctorum lætitia; ō virginum gemma, ō felix & beata, tibi domina mea virgo Maria, hodie commendo totum corpus meum & animam meam, acto tam vitam meam, quinquè sensus corporis mei, omnia facta mea, mortem meam, cum sis benedicta in æternum, cum filio tuo domino nostro Jesu Christo. Qui cum patre & Spũ Scõ uiuit &c.

Reccommendatio sui ipsius ad B: Virginem &c.

Spes animæ meæ post deum vnica virgo Maria, illa commendatione, & illa fide, qua te dilectus filius tuus dñus nr Jesus Christus, præelecto discipulo suo Joanni commendauit: commendo tibi hodie, & quotidie omnes defectus & miserias corporis mei, ipsum etiam corpus & animam meam, honorem meum, & horam exitus animæ meæ ā corpore, & omnes actus meos; ac precor te ut serues me ā peccatis, ā scandalis, ab omni confusione humana, ab ira iudicij tremendi, ab immundis, vanis, impijs, obscœnis cogitationibus; ab omni mortali peccato, ā subitanea † & improuisa morte, ab omnibus periculis tam corporalib⁹ quam spiritualibus animæ & corporis mei, honoris & rerum mearum, nec unquam me tale permittas facere peccatum, quo gratiam tuam amittam. Dami, hi ergo de præteritis emendationem, de præsentibus custodiam, de

futuris cautelam. Ba mihi in hac misera vita existenti promptum adiutorium, esto mihi in tremendo iudicio prælocutrix apud filium tuum Dominum nostrum Jesum Christum. Amen.

Alia oratio ad B. virginem Mariam.

Inuiolata, integra, & casta es Virgo Maria, quæ effecta es fulgida porta cæli; Ō Mater alma Christi charissima, suscipe pia laudium præconia, nostra ut pura pectora sint & corpora, quæ nunc devotè flagitant corda & ora; tua per precata dulcisona, nobis concedas veniam per sæcula. O benigna, ō benigna, ō benigna, quæ sola inuiolata permansisti Virgo Maria Mr Dei & mia. Ba post hanc miseram vitam te deuotè & pie uenerantibus in cælesti patria præmia æterna. Amen.

Alia oratio ad B. Virginem Mariam.

Obsecro te Domina Sancta Maria, mater Dei pietate plenissima, Summi Regis filia, mater gloriosissima, mater orphanor, consolatio desolator, via errantium, salus omnium in te sperantium, virgo ante partum, virgo in partu, & virgo post partum. Fons misericordiæ, fons salutis, & gratiæ, fons consolationis & indulgentiæ; fons pietatis & lætitiæ, fons vitæ & veniæ. Per illam Sanctam & ineffabilem lætitiam, qua exultauit Spiritus in illa hora, in qua, tibi per Gabrielem Archangelum annuntiatus, & conceptus filij Dei fuit. Et per illam Sanctā ac sublimem humilitatē, in qua respondisti Archangelo Gabrieli: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Et per illud diuinum mysterium quod tunc operatus est in te Spiritus Sanctus. Et per ineffabilem gratiam, pietatem, misericordiam, amorem, & humilitatem, per quas filius tuus Dnꝰ nrꝰ Jesus Chrꝰ descendit accipere humanā carnem in venerabili 3mo utero tuo. Et per glorios 3ā quindecim

gaudia, quæ habuisti de filio tuo Dño nro Jesu Chro. Et per illam
sanctam, & maximam compassionem, & acerbissimum cordis dolorē
quem habuisti, quando filium tuum Dominum nostrum Jesum Chrm
ante Crucem nudatum, & in ipsa leuatum, pendentem, crucifixū,
vulneratum, sitientem, amarissimum potum, fel & acetum lori ei
apponi vidisti: Cli clamantem audisti, & morientem vidisti. Et
per quinquè vulnera eiusdem filij tui, & per contractionem viscer
:rum tuorum, præ nimio dolore vulnerum suor, & per dolorem quem
habuisti, quando vidisti eum vulnerari. Et per fontes sanguinis
sui: & per omnem passionem eius, & dolorem cordis tui, & per fontes
lacrymarum tuarum, ut cum omnibus sanctis, & electis Dei venias,
& festines in auxilium, & consilium meum, & in orationibus, &
petitionibus meis, in omnibus angustijs, tribulationibus & necessita,
:tibus meis; in omnib tentationib, persecutionib & miserijs meis.
Et in omnibus illis rebus, in quib ego sum aliquid facturus, loqun,
:turus, aut cogitaturus omnibus diebus ac noctibus, horis atq; mo,
:mentis vitæ meæ. Et mihi famulo tuo N impetres à dilecto filio
Domino nostro Jesu Chro virtutū omnium complementum, cum
omni misericordia, & consolatione, omni consilio & adiuto,
:rio, omni benedictione & sanctificatione, omni saluatione, pace &
prosperitate, omni gaudio & alacritate: etiam abundantiam om,
:nium bonorum spiritualium & corporalium; & grām Scti Spirit
qui me bene ad omnia disponat, animam meam custodiat, corpus
meum regat & protegat, mentem erigat, mores componat, act
probet, cogitationes sanctas instituat, præterita mala indulge,
:at; præsentia emendet, & futura moderetur: vitam honestam &
castam mihi tribuat; fidem, spem, & charitatem mihi præstet: ar,
:ticulos fidei firmiter credere, & præcepta legis obseruare me faciat:

Sensus corporis mei regat, & protegat, & ā peccatis mortalib9
me semper liberet, & defendat usq3 in finem meum, & hanc ora,,
:tionem suppliciter exaudiat, & suscipiat, & vitam æternam mihi tri,,
:buat. Audi, exaudi & intercede pro me o dulcissima & in æternum be,,
:nedicta, atq3 admirabilis virgo Maria Mr̃ Dei & Mia. Amen.

Alia ad B: Virginem, & ad S: Joannem ~~Bapt~~ Euang:

O Intemerata, & in æternum benedicta, singularis atque
incomparabilis virgo Dei Genitrix maria, gratissimum
Dei templum, Spiritus Sancti sacrarium, ianua Regni Cœlorum,
per quam post Deum totus viuit Orbis terrar̃. Inclina SS:ma Mater
Dei & Mia aures tuæ pietatis indignis supplicationibus meis, & e,,
:sto mihi miserrimo peccatori pia, & propitia in omnib9 auxiliatrix.
O Joannes beat:me Christi familiaris & amice, qui ab eodem Dn̄o nr̄o
Jesu Chr̄o virgo es electus, & inter cæteros magis, atq3 in misteriis
cælestibus ultra omnes imbutus, Apostol9 enim, & Euangelista sa,,
:ctus es præclarissim9. Te etiam inuoco cum Maria Mr̃e eius,,
:dem nr̄i Jesu Chr̄i Saluatoris, ut mihi Opem tuam cum ipsa ferre
digneris. O duæ cœlestes gemmæ Maria & Joannes: o duo luminar,,
:ia diuinitus ante Deum lucentia, vestris radijs scelerum meorum
effugate nubila; vos enim estis illi duo, in quibus Vnigenit9 Dei fili9
ob sincerum summæ Virginitatis meritum dilectionis suæ confir,,
:mauit priuilegium, in Cruce pendens, vni vestrum ita dicens: Muli,,
:er, ecce filius tuus, deinde ad alium. Ecce Mr̃ tua. In hui9 ergo
tam sacrat:mi amoris dulcedine, qua tunc ore Dominico, velut Mr̃,
& fili9 adinuicem coniuncti estis: vobis duob9 ego miserrimus pec,,
:cator commendo hodie corpus, & animam meam, ut in oīb9 horis,
atq3 momentis, interi9 & exteri9 firmi custodes, & pij apud Deum
intercessores mihi existere dignemini: porcite mihi quæso, corpo-
:ris


S. CÆCILIA.
Ant. van. Dyck. pinxit.
M. V. fouvr. f.
Gerhardt Altzenbach excud.



ris, & animæ salutem. Agite quaso, agite vestris gloriosis precibus, ut cor meum inuisere, & inhabitare dignetur Spiritus almus, grar largitor optimus, qui me ā cunctis vitior sordibus expurget, virtutibus sacris illustret, & exornet: in dilectione Dei & proximi mei perseverete stare, & perseuerare me faciat, & post huius vitæ cursum ad gaudia ducat elector suor benignissimus Paraclitus. Qui Deo Patre & filio uiuit, & regnat in sacula sæculor. Amen.

Orationes S: Anselmi, de quinq; doloribus B: Virginis, singulæ ā singulis literis, SSmi nominis Mariæ, incipientes, deuote singulis diebus dicentibus, diuæ grāe omnibus promittuntur. I.

Mediatrix Dei & hominum, fons misericordiæ indesinenter effundens riuos copiosæ gratiæ. Maria te rogo dulcis: ma Mater Domini nostri Jesu Chri per illam perturbationem, quam habuisti in corde tuo pijssimo tunc & deinceps, cum Symeon sanctus & senex prophetando diceret, tuam ipsi animam pertransibit gladius, vt petas, quatenus idem benedict, filius tuus, de largissima clementia sua mihi donet per eandem perturbationem tuam, indulgentiam omnium peccatorum meor: & ut me liberet ab oib malis, præteritis, præsentibus & futuris. Amen. Pr nr. Aue. Da

Auxiliatrix Dei & hominum, ac pacis æternæ condimentum. Maria, te interpello Speciosissima Regina Cœli: per illam dolorosam perturbationem, quam habuisti in corde tuo benignissimo, pro eo, qd filium tuum amantissimum per triduum amiseras, ut roges eum, quatenus ipse propter eandem turbationem tuam, mihi dignetur dare plenam cognitionem, perfectam contritionem, puram confessionem peccator meor omnium: impetra mihi spem firmam, fidem rectam, charitatem perfectam ac certam securitatem ā Deo nunquam separandum. Excita in me perfectum & uerum amorem, ut cum illo.

amore tantam merear habere mercedem in cælo, ac si tibi pijssima
Mr, filioq3 tuo dulcis^{mo}: multis annis cum perfectione sanctis^{mæ}: uitæ
feruentissime seruiuissem. Amen_ Pr^{r} & Aue. 3^{ia}

Reparatrix debilium, & uulneratæ animæ efficacissima medicina
Maria, te peto glorios^{ma} Hna per illam perturbationem quam habu-
:isti in corde tuo clement^{mo}, pro eo, quod perfidi Judæi captiuauerunt
& detinuerunt desiderabilem vnigenitum uteri tui filium: de quo cogno-
:uisti in spiritu quod uolebat, & quod pati debebat pro salute humani ge=
:neris: quatenq3 depreceris eundem filium tuum propitiatorem sæculi;
ut ipse propter eandem turbationem tuam de omni captiuitate, & à
tribulatione, ac corporis & animæ angustiar, & periculor meorum_
vna cum amicis, parentibq3, fratribq3, gnis, sororibq3, consanguineis,
familiaribus, benefactoribus ac superioribus meis clementer^{me}, eripiat,
& ab omnibq3 malis in perpetuum nos tueatur. Amen_ Pr^{r} & Aue. 4th

Illuminatrix cæcorum, & lucerna salutiferæ gratiæ Maria, te
flagito dulcis^{ma} Hna mea, ac Mr Dei, per illam turbationem tuã, quã
habuisti in corde tuo propitiatissimo; pro eo, quod amantissimus filiq3
tuus à Judæis crudelis^{mis}, in conspectu tuo cum clauis acutissimis,
sine omni miseratione, uiuifica crucis patibulo fuit affixus, ut po-
:stules ab eodem filio tuo; quatenus per eandem turbationem tuam ig-
:neum ueri amoris cor meum frigidum accendat, quõ me ipse summus
sacerdos ligno crucis subijciat, nutriat, & in altari cordis mei iugiter
ardeat & flamescat in commemoratione suæ SS^{mæ} Passionis & mortis,
ut eiusdem amaris^{mæ} ac sacratis^{mæ} passionis suæ nunquam obliuiscar.
Et si ex infirmitate ualida, uel ex alia causa, quacunq3 impediente
memor sanct^{mæ} eiq3 passionis esse neguiero, fac ut per eundem acerbis^{mæ}
passionis suæ dolorem, in hora mortis meæ, ac ex multiplici misericordia
sua, tantam mercedem in cælis percipere merear: ac si omnes dies uitæ

consumpsissem in memoria sacratissimæ passionis suæ. Amen. 5ta

Aduocatrix omnium peccatorum, quos damnabiliter moles viti-
orum deprimit, finisq; vitæ meæ miserrimæ, ō Maria: te deprecor ve-
nerabilissima mundi dna; per illam intolerabilem turbationem, quā
habuisti in corde tuo benignissimo, in illa hora: cum filiꝰ tuus cunctis de-
sideratus gentibꝰ, ac omnibꝰ vere amabilis de cruce depositus cum
recentibꝰ vulneribꝰ, & proprio sanguine rubricatꝰ, datus fuit ā Jo-
seph in sinum tuum, qui est corona iucunditatis omnium beatorum
in cœlesti solio; ut propter eandem perturbationem tuam, ipse me prę-
venire dignetur abundantia gratiar̄ suar̄ ac copiosæ misericor-
diæ suæ; ut det corpus meum & animam meam in potestatem
tuam; & in sinum pyssimæ misericordiæ tuæ, quam cunctis deuotè
postulantibus clementer aperis in æternum, & ad illum sinum gem-
ebundum sic recipi affectuosis. me deprecor, propter illum dulcissimum in-
fantulum tuum candidū & rubicundum electum ex millibus: qui the-
saurus totiꝰ felicitatis tuæ extitit & est; quem in sinu tuo delicatis-
simo proprijs lactasti vberibus, ut in præsenti vita, & præcipue in extre-
mis meis te videre merear cum gaudio, & tuæ miserationi regratia-
ri valeam in sæcula sæculor̄. Amen. Pr̄ & Aue.

Alia oratio ad B: Virginē. 300. dies indulgentiar̄ dans, toties,
quoties, deuotè recitanti. Bonifaciꝰ PP:

Aue Maria alta stirps, lilij castitatis radix profundis-
ma aue viola suauis-
ma: aue vallis humilitatis; aue lata rvia campi di-
uinæ charitatis: aue abyssialis fons omnis gratiæ & misericordiæ.
cali ros fructifer omnis diuinæ suauitatis & deuotionis. Amen.

Alia, ad B: Virginem, dans Sixtꝰ 4us similia annor̄ indulg:
coram Imagine B: virginis, deuotè recitanti.

Aue Sanctissima Maria, Mater Dei & miæ, Regina cæli, porta

paradÿsi, Domina mundi, tu es singularis Virgo puerpera: tu concep-
:pta sine peccato, concepisti Jesum sine macula; tu peperisti Creatorē
& Saluatorem mundi, in quo ego non dubito; ora pro me Jesum dilectū
filium tuum; & libera me omnibus tam præsentibus, quam præteritis,
& futuris malis, & perducat me ad vitam æternam. Amen.

Alia ad B: Virg: dicenda coram imaginib⁹ S: Annæ, B: Virg: &
filio eiꝰ. habens Indulgen: mortaliū, vndecim millium, venialium
uerò peccatorū 20. milliū annorū. Alexander. 6tus dedit anno 1440.

Aue Maria gratia plena, Dominus tecum, tua gratia sit: mecū,
benedicta tu in mulieribus, & benedicta sit Sancta Anna mater
tua, ex qua sine macula & peccato processit tua caro virginea, ō be-
:atissima Virgo Maria; ex te autem natus est Jesus Christus filius
Dei viui. Amen.

Alia coram ÿsdem Imaginib⁹ deuotè dicenda, habens 100. dierum In-
dulgen: s. Raymundꝰ Cardinalis & Legatꝰ Aplicus concessit.

Quotquot maris sunt gutte, & arena terræ, grana & gramina,
arborum fructus & folia, stellæ cæli, & Angelici Spiritus: toties cum fi-
:lio tuo aue castissima Mater Dei: fœcundissimaꝙ Virgo Maria, gra-
:tia plena, Dnus tecum: benedicta tu in mulieribus, & benedictus fruc-
ventris tui Jesus Christus filius Dei viui, splendor Paternæ gloriæ &
charitatis. Benedicti sunt honestissimi parentes tui Joachim & Anna,
ex quibus sine macula caro tua nobilissima & virginea processit. Ora-
:te pro nobis miseris peccatoribus, nunc & in hora mortis nostræ. Amen.

Alia Oratio ad B: Virginem Mariam.

Aue rosa sine spinis, te, quam pater in: diuinis: maiestate sublimauit,
& ab omni væ seruauit.

Maria stella dicta maris, tu à nato illuminaris: luce clara Dei,
:tatis, quæ præfulges cunctis datis.

Gratia plena te perfecit: Spiritus Sanctus dum te fecit: vas diuinæ bonitatis, & totius pietatis.

Dominus tecum miro pacto, verbo in te carne facto: ope trini conditoris, ō quam dulce vas amoris.

Benedicta tu in mulieribus, hoc testatur omnis tribus: Coeli dicunt te beatam, & super omnes exaltatam.

Et benedictus fructus ventris tui, quo nos semper dona frui: per prægustum hic internum, & post mortem in æternum. Amen.

Sanctus Bē Virginis. Quicunq; hunc quotidie deuotè dixerit; septem annorum Indulgentias consequitz, & 40 Caren:

Stabat Mater dolorosa,
Iuxta Crucem lacrymosa,
Dum pendebat filius.

Cuius animam gementem,
Contristantem, & dolentem
Pertransiuit gladius.

O quam tristis & afflicta,
Fuit illa benedicta,
Mater vnigeniti.

Quæ mœrebat, & dolebat,
Et tremebat, cum videbat
Nati pœnas incliti.

Quis est homo qui non fleret?
Christi matrem si uideret
In tanto supplicio?

Quis posset non contristari
Piam Matrem contemplari
Dolentem cum filio?

Pro peccatis suæ gentis,
Vidit Iesum in tormentis,
Et flagellis subditum.

Vidit suum dulcem Natum
Morientem, desolatum
Dum emisit Spiritum.

Eia Mater fons amoris,
Me sentire vim doloris,
Fac, ut tecum lugeam.

Fac ut ardeat cor meum,
In amando Christum Deum,
Vt sibi complaceam.

Sancta Mater istud agas,
Crucifixi fige plagas
Cordi meo valide.

Tui nati uulnerati,
Iam dignati pro me pati
Pœnas mecum diuide.

Fac me vere tecum flere,
Crucifixo condolere,
Donec ego uixero.
Iuxta crucem tecum stare,
Te libenter sociare,
In planctu desidero.
Virgo virginum præclara,
Mihi iam non sis amara,
Fac me tecum plangere.
Fac ut portem Christi morte,
Passionis eius sortem,
Et plagas recolere.
Fac me plagis vulnerari,
Cruce hac inebriari,
Ob amorem filij.
Inflammatus, & accensus,
Per te Virgo sim defensus
In die Iudicij.

Fac me Cruce custodiri,
Morte Christi præmuniri,
Confoueri gratia.
Quando corpus morietur,
Fac ut animæ donetur,
Paradisi gloria. Amen.
℣. Tuam ipsius aiam doloris gladius per-
:transiuit. ℟. Vt reuelentur ex mul-
:tis cordib⁹ cogitationes. Oratio
Interueniat pro nobis, quæsum⁹
dne Iesu Christe, nunc & in hora mo-
:rtis nostræ apud tuam clementiā be-
:ata Virgo Maria Mater tua, cuius
sacratissimam animam in hora tuæ
passionis, doloris gladius pertran-
:siuit. Per te Iesu Christe Salua-
:tor mundi. Qui cum Patre, & Spiritu
Sancto viuis & regnas Deus. ℣.

Oratio de amore & Laude B: Virg: Mariæ.

Deprecor te, benigᵐᵃ Dei Genitrix Virgo Maria, ut pietatem tuam & dulcisᵐᵃᵐ charitatē, qua semper existis plena, mihi seruo tuo pau-
:peri & infirmo aperire nunc & in perpetuū digneris, atq⁹ instillare intimis cordis mei scrinijs dulcedinem tuā, quā geris in pectore tuo, & habes absconditā in uteribus tuis sanctᵐⁱˢ, quatenus te matrē super om-
:nes benedictā, & vnicū filiū tuum dnum nrum Iesu Chrum, puro & integro corde amare, & deuotᵉᵐᵉ laudare valeā: & vita mihi ex hoc bene fiat super terrā, cunctis diebus vitæ meæ, in amore, & spiritus feruore tibi & filio tuo seruiendo.

O auerea rosa, tota suauis & formosa, virgo Maria, perueniant,
quaeso ad te preces meæ instanter effusæ, quib⁹ pulso ante ostium ta
:bernaculi tui, quod est in domo Dñi in hac præsenti hora, confidens de
tua affluenti misericordia in quacunq⁹ fuero tribulatione & angus,
:tia. Nam tu Mater es miæ, & per te suscipitur peccator in maximā
spem veniæ. Sed & maior est bonitas & pietas tua, quam rumor, quem
audiui in terra mea. Quia vincis omnē laudē & gloriā sanctorum,
& præcedis propterea virgo beata & Dña veneranda in virtute dul
:cedinis & mansuetudinis, Angelicā & iam creaturā. At nisi sic esset,
vnde miseris & reis tanta infundi consolationis dulcedo, tantaq⁹ al
:acritas veniæ posset ingeri? Nam tu exhauriri non poteris, quia in te
requieuit nouem mensibus infinitæ bonitatis fons Jesus Christ⁹. Tu
es ornamentū Cœli cælor. Tu gaudium & jubilatio omnium sanctor.
Tu es reclinatorium sancti sanctor. Tu tripudium & expectatio pa
:trum antiquor. Per te Matrē benedictā virginē singulariter præele
:ctam, datur omnib⁹, & promittitur cunctis diuinam misericordiam
exorantib⁹, Indulgentia peccator, & sors inter filios dei, & beati
:tudo sine fine mansura in regno utiq⁹ Cœlorum.

O Clarissima stella renitens in cœlo, Cœli regina, o Dña mundi,
nulla potest comparari tuæ virgineæ pulchritudini, qualiscunq⁹ virgo
ornata virtute Cœlesti. Quia tu es, post vnicū filiū tuum Jesū Christū,
prima, inter omnes sanctos & sanctas, nobilissimaq⁹ creatura: quā de⁹
Pater prasciuit ante sæcula, & creauit in plenitudine temporis, ut esses
vnigeniti filij eius mater intacta. Quem quidem peperisti cum ineffabi
:li gaudio & stupendo æternoq⁹ miraculo in salutem omniū credentiū.
Te igr̄ o beatissima, omniumq⁹ virginū regina pulcherima, totiq⁹ uerò
iam orbis mediatrix effecta: Te o perpetua virgo Maria, cum iucun
:dissimo cordis iubilo, affectuq⁹ purissimo, laudet & glorificet summeq⁹

:veneretur, & intimè diligat omne genꝰ humanũ. Et omnis creatura
cæli & terræ, quam condidit Deꝰ in laudẽ & gloriam sui altis: mi nomi-
:nis, tibi personat gratiarꝝ dulcisonas melodias. Amen.

Oratio ad B: Virginem Mariam, pro speciali consolatione.

Suscipe, misericordissima Mr Dei & mia Maria, seruum tuum ad te, de
quacunq; tribulatione fugientem. Suscipe me virgo pijssima, sicut vnicum
non habentem consolatorem. Vide bña mea afflictionẽ meam, & sinum cle-
:mentiæ tuæ aperi mihi. Ecce pulso, clamo, peto & adoro. Non recedo, nec
te dimitto; sed tibi adhærebo, donec miserearis mei. Scio incomparabilẽ
dulcedinẽ tuã: noui maternũ affectũ cordis tui, ex abundantia diuini
amoris sic liquefactũ, ut desperare de tua consolatione impie nimis sit factũ.
Ideo frequentis: me & desideratis: me confero ad te: ut siue bene, siue male
mecũ fuerit, semper tuis gratiosis auxilijs merear amiciri, & suauissimis
consolationibꝰ oris tui refoueri. Te enim loquente consolatoria, quæ iam
poterit cordi inesse tristitia? Aut quomodo illi nocebit inimicus, cui ad te
patet semper liber recursus? Inclina nunc benigᵉ: Mr aures tuæ pietatis
indignis precibꝰ meis. Inclina illustris Virgo hydriam tuã, & da mihi pau-
:xillum bibere de copiosa grã tua, quæ in te latet & exuberat, ac ma-
:ternã mihi consolationẽ infunde. Est enim pro præsenti valde necessaria,
& omni tempore acceptabilis, nec vnquam pro paucitate fastidibilis.
Tantæ siquidẽ efficaciæ est & nobilitatis, etiam guttula stillans ex ore tuo
super labia mea: ut eiꝰ comparatione uile sit & nihilum omne delectabile
in hac vita. Propterea ô dilectª Mia Maria, diues & larga in donis, in Ver-
:bis quoq; grã mirabiliter suauis: in cuiꝰ virginali vtero summa habi-
:tauit sapientia, vt quã spus sctꝰ ab initio consecrauit, Angelꝰ custo-
:diuit, Archangelꝰ docuit; virtus Altissimi obumbrauit, reficẽ me saluta-
:ribus monitis tuis. Hic verbum tantũ, & consolabitur anima mea. Non
peto rem difficilem, nec aliquid impossibile, sed hoc tantum precor bña.

mea clem.ma, loquere mihi verbū solatij intimi, quod auditui meo det gaudium & lætitiā. In necessitate mea ad te venio: Eia suscipe me vultu benigno. In hoc cognoscet seruꝰ tuꝰ, quia inuenit gratiā coram oculis tuis: si ei aliquid amicabile protuleris: si consolationem, quam expectat ā te, non diu tardaueris.

Veni char.ma Maria, cum melliflua vnctione tua, ad visitandū cor meum in tribulatione sua. Quia tu optime nosti lenire dolores cordis mei, & ad pacem pristinā reformare: veni pijssima Bna, cum noua Chri gra: & iacentē seruū tuū erige dextera tua scta. Veni electa Mr. Dei & Mia, ac solitā tua miserationis largitatem mihi reuela. Quia, ut cernis ad nihilū redactꝰ sum: sed tui oblitꝰ non sum, nec obliuiscar in æternum. Veni ergo, veni spes mea, & gaudium meum, dilecta, & dulcis Virgo Maria. Quia te veniente, & mecū sermocinante omnia pariter bona venient, mala autē longiꝰ foris stabunt. O quā desiderabile, quā ingens, & lætabile mihi erit, audire verbū Matris Bni mei Iesu Chri! Sed quale verbum! verbū utiqꝫ piū, dulce satis, & amicū: quod audiuit beat.mg Apl's Ioannes, a dilecto sibi magistro, filio tuo, quando illi dixit: Ecce mater tua. Hoc ille audiuit ā Bno, sed ego idē peto audire ā Bna mea, in spū & deuotione mentis. Dic ergo mihi: Ecce mr tua: Ecce ego sum. Ad hanc benig.mam vocē tuam, reconualescat anima mea: lateturqꝫ corā te, sicut lætari solet filiꝰ inuenta mre sua. Intret, intret amicabilis vox ista in aures cordis mei, & ex suaui alloquentia oris tui, simul insluat spirita-lis quædā consolatio Sp's Scti. Sumat cor meum fiduciam nouā, timor abscedat, ambiguitas non me moueat ampliꝰ: nec desperatio per varias tentationes frangat, sed consoletur me verbū istud, quod ā te petij audire, & cordi me attentiꝰ commendare. Ecce mr tua: amplectere nunc anima mea hanc cōmendationē: amplectere dulcis: mam

Mariam: amplectere Dei Matrem, cum paruulo filio suo Iesu, præ filijs hominū Speciosissimo, grās illi agendo semper. Quia ipsa est, quæ præces consueuit audire pauperum: nec inconsolatos dimittit, quos perseueranter ad se perspexerit. Hæc est illa Deifera Virgo, & uirga mystica, quæ ex Regali Stirpe progenita, diuini floris protulit amigdalum, ipsum Christum Regem, ac Saluatorem omnium. Cui sit honor & gloria in Sæcula Sæculorum. Amen.

Oratio ad B: Virg: Mariam, quacunq; tribulatione insurgente.

Aue Maria, grā plena, Dñs tecum, Virgo Serena. Aue singularis Spes egenor. Aue benigna mr orphanor. O Maria quando oēs cæli portæ clausæ sunt, & ad Deum vndiq; mihi accessus denegatur propter peccata mea: Quando omne consilium & robur mentis à me recedit, & nulla re me ipsum iuuare possum. Quando tædium præsentis vitæ, & anxietas cordis mei me ita constringit, ut penè nihil in hoc mundo lieat: quando Sol lætitiæ, in nocte trānsit pauoris & mœstitiæ. Quando cælestis subtrahitur consolatio: & grauis imminet desolatio. Quando venti tentationum insurgunt, & motus passionū se erigunt. Quando etiam infirmitas improuisa accedit, & alia quælibet aduersitas occurrit. Quando hæc omnia veniunt super me, vbi fugiam, & quo me vertam? nisi ad te benignissima consolatricem pauperū. Et quorsū respicia, ut portum attingam salutis, nisi ad præclarissimā maris stellā semp fulgentem; & nunquā sui luminis grām abscondentē. O Maria dilecta, & dulcis mr: tu es ista præclarissima maris stella, quæ viuentes in te respicientes, & ad te clamantes consolaris, & ad portum tranquillitatis citius perducis. Ad te ergo hodie confugio, & ā te iuuari suppliciter exposco; quia quicquid volueris, à filio tuo facile impetrabis. Si tu ō gloriosa Dña pro me fueris, quis stabit con-

:tra me? & si mecū grām feceris, quis est qui me repellere queat? Expande nunc igr brachia tua super me, ut fugiam sub eis. Hic aīæ meæ: Aduocata tua ego sum, noli timere. Sicut Mr consolatur filium suum, ita & ego te consolabor. Vox tua hæc est, ō dulcis Maria. quis det cordi meo eam semper audire? Quam dulcia faucib⁹ meis eloquia tua. Loquere, bna mea, ad cor serui tui, quia audit seruus tuus. Ser,, :tuus tuus ego sum, & filij tui. Ampli⁹ dico, Mr mea tu, & frater me⁹ Jes⁹ fili⁹ tuus: fidenter dixerim. Quia non tantū tibi, sed & totì mun,, :do ipsū genuisti. Nolo idcirco Matrē mihi vocare super terrā: recu,, :so aliam habere, præter te solā bei Genitricē. Non est similis tui virtute, & decore, in charitate & mansuetudine, in pietate & did, :cedine, in fidelitate & materno solamine, in mia & miserationi,, :bus tuis. Hodie te eligo & assumo. Hodie me tibi fiducialiter trado, & istud in æternū per te confirmari desidero. Sufficit enim mihi infirmo, si tecum bene confœderat⁹ fuero. Propterea lætabor & consolabor copiose in te, & nomini sancto tuo magnifice laudes per,, :sonabo

O quam pulchra es & amicabilis bna mea sancta Maria, om,, :ni qrā plena. Si quis potest stellas cæli numerare, poteste & virtutes tuas explicare. Sicut enim exaltati sunt cœli ā terra, sic vita tua exaltata est super vitas hominum; & splendor gloriæ tuæ, super omnes emicat choros Angelor. Ascendat igr hunc pau,, :perculā oratio mea, ad ditissimam bnā meam, & desiderium meum ad te perueniat, ut in conspectu filij tui causā pronunties; ante cuius examen nemo ex se ipso innocu⁹ inuenitur. O Vir̄ ma Clem: bna propter nimiā charitatē & singularē confidentiā, quā ad tè gero, tibi reuelaui causā meā, & amodo tuti⁹ reuelabo. Sentio enim de te exire virtutē magnā; & memoriale nominis tui solatiū

fore anima mea. O dulcis. nūm nomen Mariæ, nomen vnctionis & gratiæ
semper cogitandū, semper nominandum & venerandum. O nomen
celicū, & uere Angelicum: quod ore Euangelistæ constat fidelibus
hic commendatū: & nomen inquit, Virginis Maria. O sacrat: ma &
omni laude dig: ma Maria. Tu es porta celi, tu ianua vitæ; tu templū
dei, tu sacrarium spūs sci. Quicquid igr pulchritudinis & amoe
nitatis in creaturis cerno: quicquid magnum & virtuosū in sanctis
dei considero, totum tua genorosæ celsitudini aptare desidero. Qui
dignum est, ut me cum omnibus creaturis, ad tuā perpetuam laude
tionem transferam, quam in specialē matrē, ac fidelissimā aduo
catam mihi elegi nunc, & post hanc vitā, ad benedicti filij tui Iesu
Christi gloriam promerendam. Amen.

Oratio ad B: Virginē Mariam vt subueniat in hora mortis.

O Amantissima dei Genitrix Virgo semper Maria,
quæ superabundas dulcedine mirabili, quam capere & enarra
re non valet mens humana. Ecce adsum ego seruꝰ tuus, cum inti
ma affectione cordis mei, humiliter me inclinans ante glor: mam
sedem tuā, super oēs choros Angelor in celesti regno exaltatā.
Quam idcirco meruisti dig: ma Mr dei, quōniā inuenta es humil: ma
inter omnes filias hyerusalem, & placuisti oculis eius virgo
decora valde, nec fuit tui similis in omni terra. En iterum fle
cto me ante scabellum vestigior tuor, deuotis labijs & mundo
corde, officios: me & salutare & collaudare desiderans. Sed scio
electa Mr; quia dignꝰ non sum leuare impuros oculos meos, quos
sæpiꝰ inquinaui, concupiscentia carnis, concupiscentia oculor,
& superbia vitæ, in seren: mam faciem tuam diuino lumine radi
antem; omniúmꝫ cœlesti militiæ admirandam: quæ labijs candid: mis

& rubentib9 rosis, aureisq3 floxculis: ex omni parte decentis: ma ador
:nata es. Ideoq3 confundor ab impietate mea, triste pensans indig-
:nitatem meam: Sed rursus, propter multitudinē misericordiæ tuæ, spē
gero bonam & firmā impetrandi citiꝰ grām & plenā reconciliationem,
te mihi benigna apparente, & pro me interpellante. Quid aliud
possum de misercord: ma Mre, & de dulcis: ma virgine, nisi misericorditer
& dulciter sentire, quæ est omniū peccator. ac meū certis: mum Solatium.
Propter hanc clementiā & mansuetudinem, sub tuam protectionē con-
:fugio: vbi infirmi accipiunt virtutem, & captiui liberationē. Esto ergo
misericors mihi, & bona Mr cordi meo; ut felici experientia, nunc
sentiam, te omnium esse consolatricē, omniumq3 tibi seruientium, &
in te sperantiū fidissimum iuuamen & subleuamen.

Iterum precor te glorios: ma Mr dei & miæ virgo maria, quatenꝰ
ab hac presenti hora, vsq3 in extremā horam, propitio ac sereno vultu,
cordeq3 dulcis: mo, super me respicere non fatigeris: Sed in tua custo
:dia me accipias, atq3 sanct: ma brachia tua super me quocunq3 ambu,
:lauero expandas. Cum autē venerit dies meus, quem ignoro; & hora
mortis metuenda valde, quam non possum præterire. Oclem: ma na
mea, singularis fiducia in omni angustia, Sed in hora mortis maxime
tunc memento mei, & assiste fini vitæ meæ, consolando trepidan
:tem animā meam. Protege eam ab illis tetris & immundis spiritib9,
nè audeant ad me appropinquare: quam tua gratiosa præsentia
dignetur, cum multidune Angelor & sanctor visitare. Satage quo
:que placare mundissimis precib9 tuis, priusquam decedā ex hac lu,
:ce, diuinā faciem filij tui, quem toties & tam grauiter offendi pecca,
:tis meis. Post hæc, suscipe enauigantē ab hoc exilio inopem animam
meam; & introduc eam per portas cæli, ad amœna paradisi. Statue
me iuxta te, & loquere ad filium tuum pro me (Regem omniū sæculorū)

verbum bonum & suaue, quæ ab ore Gabrielis benedictum illud Ave
accepisti. Per cuius virtutem, me conseruare digneris viuentem
& morientem: & dona mihi hanc obsecro cum deuotione cordis sæpius re-
plicare, in laudem & gloriam melliflui & bñdicti nominis tui. Accipe itaq;
deprecationem serui tui, quam modo coram te fundo, & respice in me
misericord. Sma Mr Iesu Virgo Maria super omnes dilecta, & recordare
mei semper. Quod si aliquando obliuiscor tui, hoc utiq; est in magna displi-
centia mihi. Sed tamen tu noli mei obliuisci, quæ misericordiam omnium
speperisti. Vale iam virgo Maria: Ecce te saluto flexis genibus; tibi in-
clino deuotis ~~pot~~ nutibus, tibi gras ago coniunctis manib9, & ut oratio-
nem meam libenter audias & confirmes, adhuc una reuerenda salu-
tatione faciem tuam honoro. Aue Maria, grā plena, bñus tecum, be-
nedicta tu in mulierib9, & bñdict9 fructus ventris tui Ies9 Chr9. Amen

Rhijtmvs ad Beatam Virginem Mariam.

Aue Maria virgo gratiosa,
Virgo sole clarior.
Mater Dei gloriosa,
Fauo mellis dulcior.
Tu es illa speciosa,
Qua nulla est pulchrior.
Rubicunda plusquam rosa,
Lilio candidior.
Tu es grata lux polorum,
Grata lux Ecclesiæ.
Fulgens portus afflictorum,
Regina Clementiæ.
Bele sordes peccatorum,
Mater Indulgentiæ.
Luctum solare mœstorum,
Aurora Lætitiæ.
Veni, veni propera,
Vnge corda misera,
Charum fundens oleum.
Tua semper vbera
Nostra sanent vulnera,
Cæli iubar aureum. Amen

O florens rosa, Mater Homini speciosa.
O Virgo mitis; ō fœcundissima vitis.
Claribr aurora, pro nobis iugiter Deum ora.

Hoc sequens certissimum tentationis toedijssq3 futurum lenimentum, Cæli Regina ipsa, dilectum suum S: Godricum docere dignata est. menolog: Benedi: 21 maij

Sancta Maria Christi thalamus, Virginalis puritas, matris flos, dele mea crimina, regna in me, duc me ad felicitatem. cum solo Deo.

Alia oratio ad Beatis: mam Virginem Mariam.

Ex Liturgia Eccliæ Æthiopicæ.

O Virgo in omni tempore Mater Dei & Christi, affer sursum & in altum orationem nostram ad electum filium tuum, vt remittat nobis peccata nostra, lætare Domina quia peperisti nobis lumen verum, Jesum Christum hominum nostrum. Ora pro nobis apud Deum, vt misereatur animæ nostræ. Ora pro nobis in conspectu throni Filij tui Jesu Christi, lætare immaculata vere Regina, lætare gloria nostrorum Parentum, quia peperisti nobis Emanuelem. O vere mediatrix ante Dominum nostrum Jesum Christum, te supplices exoramus, ut memor sis nostri, ora pro nobis vt deleantur iniquitates nostræ.

Alia Beati Anselmi ad Diuam Virginem oratio.

Rogamus te Domina, per ipsam gratiam, qua te pius & Omnipotens Deus sic exaltauit, & omnia tibi secum possibilia esse donauit, quatenus id apud ipsum nobis impetres & obtineas, vt plenitudo gratiæ quam meruisti in nobis sic operetur, quo participium beati præmij eius, nobis misericorditer quandoq3 condonetur. Ad hoc quippe Dominus noster per te factus est frater noster, vt quemadmodum ipse dignatus est consors fieri nostræ humanitatis,

sic nos mereamur consortes fieri suæ diuinitatis. Subue-
ni ergo nobis domina pijssima; cogita quia non damnandu,
sed ad saluandum peccatores conditor noster ex te factꝰ
est homo. Cur itaq3 non iuuabis nos peccatores, quando
propter nos in tantam celsitudinem es leuata, vt te domi-
nam habeat, & veneretur omnis pariter creatura. Tibi
ergo nos commendamus, tu procura ne pereamus. Effice po-
tius ut salus nostra de die in diem multiplicetur, & Filio
tuo domino nostro Jesu Christo vita nostra iugi deuotione
famuletur. Qui cum deo Patre, & Spu scto viuit &c.

Alia Guil: epi Parisien. ad diuã Virg: Oratio.

Adibo te, imo etiam conueniam gloriosissima dei Genitrix,
quam Matrem misericordiæ, & Reginam pietatis vocat, imo
clamat omnis Ecclia sanctorum. An poteris denegare pecca-
toribus interpellationis tuæ gratiam apud benedictum, ac sem-
per ubiq3 benedicendum deum ac dominum nostrum Jesum
Christum Filium tuum.

Tu inquam, cuius gratiositas nunquam repulsam patitur, cuius
misericordia nulli vnquam defuit, cuius benignissima humi-
litas nullum vnquam deprecantem quantumcunq3 peccatorẽ
despexit? Totum quod habes gratiæ, & etiam hoc ipsum
quod es Mater dei, peccatoribus debes, omnia hæc propter
peccatores tibi collata sunt. Non denegabis ergo mihi quod
debes, quin potius superaddes, maiora mihi impendens quã
debeas. Moueat te gloriosa dei Genitrix misericordia
tua; quæ maior incogitabiliter est omnibus vitijs & pec-
catis meis. Absit à te dulcissima dei Mater, vt possint pl-
us apud te, contra me vitia mea & peccata, quam possit

misericordia tua pro me. Auerte igitur aueres misericordiæ tuæ ā clamore ipsorum, & inclina eas ad clamorem meum.

Consideratio, ac oratio deuota, de Septem doloribus Beatæ Virginis Mariæ.

O Beatissima Virgo Maria, ō benedicta & dilecta Mater: de te Prophetæ scripserunt & cecinerunt: Te Angelus Gabriel salutauit. Te beatam prædicauit & salutauit Elisabeth. Tu es gratiosa, imo omnis gratiæ plena, Dñus tecum est. Tu benedicta inter omnes mulieres: Benedictus fructus ventris tui. Tu peperisti nobis verum Deum & hominem, & verbum æternum, per quod Pater omnia creauit. Ipse est Dominus noster verus, qui est substantia diuina & essentia & natura, qui est omnipotens, & incomprehensibilis Deus ipse, vt Iehoua apud Hieremiam, qui est Heloym, Adonay, Emanuel, Agyos, otheos, principium & finis. Ex te ō benedicta Mater, natus est Iesus Christus, Saluator totius mundi, filius Dei, verus Messias, vnctus Domini, Redemptor, mediator, patronus & intercessor, Rex æternus, perpetuus Sacerdos, Spes nostra & consolatio; propitiatio nostra, refugium, robur, auxilium, & vita denique æterna. Tu es enim mulier illa, cuius semen caput serpentis contriuit. Quapropter te beatam prædicant omnes generationes, uerum cum esses vera & naturalis Mater nostri Redemptoris, ipse autem venisset in hunc mundum, vt pro nobis peccatoribus pateretur, impleta sunt in te verba, quæ Simeon iustus ad te locutus est. Gladius actus, inquiens, cor tuum pertransibit.

O cor nobile & innocens, ô mater Maria, quantopere fuisti perturbata, quantis in angustijs, & doloribus po-

:sita, cum prolem tuam amantissimam totum triduum amiseras,
nec scieres ubi esset, eumq3 cum dolore quæreres. Quis
eloqui potest cruciatum cordis! cum tibi indicaretur, vt sine
mora fugeres, & filium tuum tecum transferes in Egyptu,
vt rabidam Herodis iram euitares, qui puerum quærebat
vt interimeret. O fidelis & amica mater, quantum moe,
:rorem persensisti, cum tibi filius tuus dilectus valediceret in
Bethania, cumq3 tibi indicaret, horam suam aduenisse, qua
mortem acerbissimam adire vellet, & in cruce mori.
O quanta tristitia! quam amari fletus! cum â te filius
tuus digrederetur vna cum discipulis suis; cumq3 discipu,
:li summa cum perturbatione tibi nuntiarent, quomodo filius
tuus â Iuda Iscariota osculo falso esset traditus, & â Iudæ,
:is captus: cum audires qua fuga eum deseruissent sui, quo
:modo Petrus tertio etiam ipsum abnegasset; quomodo â per,
:versis & iniquis iudicibus, ad alium iudicem Pilatum mag,
:no cum furore esset traductus. O quam afflicta &
mœsta Mater tum eras, cum aspiceres filium tuum ad lo=
cum supplicij educi; cum in tergo suo sauciato crucem ponde,
:rosam gestaret vsq3 ad terminum amaræ suæ passionis & mor,
:tis. O miserabilem exitum. o quoties onere crucis depressus
concidit! O quam incredibilem dolorem in corde tuo
tum sensisti; cum audires clauos ferreos per manus & pedes
filij tui in cruce figi. Quomodo vero maternum tuum cor
affectum fuit, cum videres filium tuum in cruce suspen,
:sum; inter latrones exaltatum: minimè fuisset mirandu,
si in tantis doloribus cor tuum dissiliisset! O Mater ma,
:ter quomodo pectus tuum perculsum est; cum audires fi=

lium tuum in extremis exclamantem. Sitio. cumque
circumstantes propotu acetum cum felle porrigerent. O
Mater dolorosa, quid tibi tunc animi fuit, cum filius tuus in
cruce ad te diceret. Mulier ecce filius tuus. Et ad disci=
pulum conuersus hæc logueretur. Ecce Mater tua. Hanc,
O Ioannes, commendatam habe, ego jam morior, tuhuius
afflictæ curam suscipe & semper habe. O Mater mœ,
:stissima, quantus dolor cor tuum ferijt & penetrauit, cum
hora vesperarum ex cruce deponeretur filius tuus, & cor,
:pus eius mortuum in gremium tuum collocaretur, cumque
ipsa videres quomodo sepeliretur. Te oro, ô beata Mater
Maria, o Dei Genitrix, vt prolem tuam charissimam pro
me ores, vt particeps fiam omnis doloris & passionis, quam
filius tuus pro nobis subijt. Impetra apud illum, vt peccata
mea mihi displiceant ex animo, & vera contritione do,
:leam propter commissa, quibus grauiter & sæpe Deum meum
offendi, & ut in perturbatione mea & passionibus, patientiam
mihi donet, vt gratias agam potius, & laudem Deum meum.
Ne passio eius acerba, & mors sanctissima in me peccatore
misero ac infelici perdatur. Amen.

Oratio Sancti Ephræm Syri.

O Immaculata, impolluta, incorrupta, pudica virgo, Dei
Sponsa, Domina nostra, vnica spes desperatorum, oppressor
subsidium, & ad te currentium auxilium præsentissimū,
omnium denigz Christianorum refugium, meam sordidis,
:simam, indignisqz labijs expressam orationem admitte, nec
non tuum quidem filium, meum autem herum & Deum, ma,
:terna tua libertate, volens exora; vt mihi quogz mitissima

illa suæ pietatis viscera reseret, & posthabitis innumerabilib⁹ peccatis, ad pœnitentiam me conuertat, probeq⁹ sua complere mandata concedat. Adsis mihi Virgo semper misericors, clemens & benigna, in præsenti quidem vita seruens protectrix & auxiliatrix, hostiles impetus reppelens, & me deducens ad salutem, ac in supremo vitæ momento miseram animā meā conseruans, & tenebrosos malorum Dæmonum aspectus ab ea procul abigens; in terribili autem die Judicij, ab æterna damnatione me liberans; postremò inaccessæ tui filij & Dei gloriæ me hæredem efficiens: quam per intercessionē sanctorem⁹ tuum, Domina mea Sanctissima Dei mater, te etiam atq⁹ etiam oro, assequi valeam, q gratia, miseratione, & humilitate Vnigeniti tui filij, Domini & Dei ac Saluatoris nostri Jesu Christi: cui conuenit omnis gloria, honor & veneratio, cum æterno eius Patre, & Sanctissimo optimoq⁹ vitæ autore Spiritu, nunc & semper, & in sæcula sæculorū.

Alia Beati Joannis Chrysostomi oratio ad Beatam Virginem Mariam.

Ad Sanctitatis tuæ pedes dulcissima Virgo Maria, corpore prostratus & corde, supplex oro, vt à te aliquid postulare me doceas, quod te audire, & Filium exaudire delectet. Indignus sum q gratia, & omnibus miserationibus minor. Peccatis obstantibus meis à te Sanctissima audiri, & à filio tuo vtiq⁹ benedicto exaudiri non mereor. Noli tamen ad te clamantem, & vitam emendare cupientem, pia repellere, quæ gratiæ tuæ manum porrigere soles ad te suspiranti. Memorare pijssima, non esse auditum à sæculo, quenquam ad tua currentem præsidia, aut tua petentem suffragia, à te derelictū.

Tali animatus confidentiã, ad te Virgo Virginum con-
: fugio, ad te curro, ad te venio, coram te gaudens & tremens
assisto. Noli ergo immaculata, ã me misero peccatore fa-
: ciem tuam abscondere; sed ad me clementer respice.
Noli mater Verbi, mea despicere verba, sed audi propiti-
: a & exaudi oris meî verba. Noli mater omnium ab omni
benignitate me tua excludere, sed benigne fac mecum
propter nomen tuum. Noli mater gratiæ Filij tui mihi
gratiam denegare; sed gratificã me gratia, quam tu
gratia plena peperisti. Noli Stella maris, aberrare me ã
uia veritatis diu permittere, sed splendoris tuj directione
erue me ã peccatorum caligine. Noli porta Cœli ob scelera
mea iugiter obserari, sed reporta me ad portum gratiæ, ã
qua ingratus exiui, per quam tu mundo vitam & salutem re-
portasti. Noli Regina gloriæ ob tuæ celsitudinis gloriam
mei obliuisci, sed memor meæ esto fragilitatis, & adiuua
me propter gloriæ tuæ magnitudinem, imò noli Regina mise-
: ricordiæ in me misero peccatore, antiquæ tuæ misericordi-
: æ nomen amittere, sed secundum miserationum tuarum
multitudinem miserere mei. Noli quæso clementissima
tuæ pietatis aures ob meam ingratitudinem claudere. Noli
misericordes oculos tuos ã me, spes miserorum, auertere.
Noli solidam pietatis mansuetudinem & adiutricem manum re-
: trahere, sed tolle quod metuo, largire quo careo, ignosce quo
offendo. Salua me saluatrix, redime me redemptrix; peccata
me grauant, mundus inuoluit, caro me premit, caro me premit
& inquietat, hostis insidiatur, vt rapiat, mortis hora, & iusti iu-
: dicij sententia me terrent. Peccata habeo, merita nescio. Sed

tu adiutrix fortis in tribulationibus adesto doloribus meis, tan-
tis doloribus, atq; vitæ periculis. Aliud quandoquidem refugium
nescio præter filium tuum. O benignissima peccata mea dele, à
mundo me abstrahe, cor meum ligue facito, Spiritum humilia, car-
nem castiga, in bono propositum meum firma, hostem remoue,
redde mihi innocentiam vitæ, reduc me in sinum gratiæ tuæ.
Rege me nè ruam in mortem animæ, vel opprobrium famæ:
si recidero, me erige, mores, actus & vitam meam corrige. In
omni aduersitate adiuua me. In cunctis agendis dirige me, & eo
placita doce me. obtine mihi spatium vitæ, & locum pœnitentiæ.
In hora excitus mei, clemens mihi adesse digneris, tremendam
Judicis sententiam in mansuetudinem conuerte. Perduc
me ad beatæ visionis præmium, regnum gloriæ & almæ Trini-
tatis faciem, sine felicitatis fine perfruendam, placabilem
mihi ostende, pia Virgo Maria. Amen.

Oratio

Siue Responsorium Seraphici Doctoris Sancti Bonauenturæ ad diuum Antonium de Padua.

Si quæris miracula, mors, error, calamitas,
Dæmon, lepra fugiunt: ægri surgunt sani:
Cedunt mare, vincula, membra, resq; perditas
Petunt, & accipiunt iuuenes & cani.
℣: Pereunt pericula, cessat & necessitas:
Narrent hi, qui sentiunt, dicant Paduani.
Cedunt mare. Gloria patri: Cedunt mare, vincula. s.
℣: Ora pro nobis Beatissime Antoni,
℟: Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus

Subueniat plebi tuæ, quæsumus Domine, præclari con-
fessoris tui Beatissimi Antonij deuota, & iugis deprecatio,
quæ in præsenti nos tua gratia dignos efficiat, & in futuro
gaudia donet æterna. Per Dominum nostrum: ℟.

Hymnus
Ad Sanctum Antonium de Padua.

Aue pie, aue bone,
Aue pater, & patrone
Ciuitatis Vlyx pone
Proles, honor, gloria.
Aue decus & portentum,
Paduanorum ornamentum,
+Pax, Morum vitæ +, tormentum
Carnis, mundi, dæmonum.
Aue lapis pretiose,
Miles Christi generose,
Extirpator gratiose, Vitiorum omnium.
Prædicator Sancte rei,
(Potens, feruens) verbi Dei,
Tu iustorum, atq; rei,
Es uiuendi Regula.
Fers ægrotis sanitatem,
Et in pœnis lenitatem:
Mundi huius Vanitatem
Fugis, & persequeris.
Inuocatus es nautarum,
Vita, Salus, Spes multarum
In hoc mundo animarum,

Simul, & refugium.
Multis sæpe desperatis,
Lassis, fessis, desolatis
Larga tuæ pietatis
Præstas beneficia.
Literarum diuinarum
Præco, rerum terrenarum
Expugnator, & vanarum — Es contemptor artiū.
Vitam viuis spiritualem,
Et extinctis temporalem,
Das nunc bonam, qui carnalem
Ante cæci duxerant.
Curis magnis qui laborant
Es leuamen; qui rogant
Res amissas (vt te orant)
Habent & accipiunt.
Medicina es leprarum,
Ac flagellum Sathanarum,
Strictis mole catenarum,
Fers iuuamen maximum.
In tenebris ambulantes,
In errore aberrantes,
Inuocatus laborantes
Ducis, foues, instruis.
Qui te vident venerantur,
Qui audiunt admirantur,
Verba tua arbitrantur
Esse plena nectare.

O Antoni vir deuote,
Toti penè mundo note,
Crucifixi Iesu lote
  Sicapte dulci sanguine.
Mundi pompas contempsisti,
Vitam duram elegisti
Solum Iesum quæsiuisti:
  Quem inuentum, possides.
Carnem tuam despexisti,
Mare rubrum transiuisti:
In cinere hic vixisti,
  Atq; in cilicio.
Luxus, lusus & honores,
Res caducas, & amores
Hos terrenos, atq; mores;
  Despexisti iugiter.
Sancte pater, afflictorum
Consolator, captiuorum
Liberator: deuotorum
  Tibi, vota suscipe.
Aurem tuam huc inclina,
Adfer opem, & festina
Corda nostra vt diuina
  Protegantur gratia.
Tu qui summam maiestatem
(Vt est) vides, veritatem
Contemplaris; Bonitatem
  Habes votis congruè.

Ad te meas leuo manus;
Vt sim mente roges sanus
Nè me mundus iste vanus
Trahat ad illicita.
Vitam bonam impetrare.
Velis mihi, atq; dare
Vt peccata deuitare.
Possim & resurgere.
Hic in via ambulantem,
In peccatis sordescentem,
Hæres coeli me clientem
Foue, rege, protege.
Vt finita carnis vita
Detur mihi merces rita
Paradiso iustis sita,
Tuo patrocinio
Sic q̃ tecum sim secutus,
Et ab omni labe purus,
Vitam beo fruiturus
Per immensa sæcula . . . Am̃.

Ant̃. O lingua benedicta quæ hominum semper benedixi,
:sti: & alios benedicere fecisti; nunc manifeste appareat,
quanti meriti extitisti apud deum
℣: Ora pro nobis Beatissime Antoni
℟: Vt digni efficiamur promissionibus Christi

Oremus

Ecclesiam tuam deus Beati Antonij confessoris tui de,
:precatio votiua lætificet, vt spiritualibus semper muniatur auxi=

lijs, & gaudijs perfrui mereatur æternis.

Sanctissime famule Dei Antonij, qui inter cætera mira
:bilia, in quibus elucet meritorum tuorum efficacitas, ad
conquirendas res perditas accurris, assistis, instruis,
nobis perditam gratiam reperire studentibus benigne. Suc
:curre, vt & gratiam amissam, & gloriam promissam perci
:pere mereamur. Per Christum Dominum.

Oratio, qua Sancti Antonij patrocinium implora-
tur, ad implorandam diuinam gratiam.

Salue Antonij Beatissime, & de sede gloriæ tuæ respi
:ce in me, meisq; votis annuere nè dedigneris, qui opem
vniuersis ferre non desinis te inuocantibus. Eia, qui præ
:cipuis Supernis ades agminibus, euigila necessitatibus meis,
cum iugiter ad fores ostij tui obserio. Tu enim (licet Superna
Scandas) mortalib, tamen benefacere non cessas, qui autem a
te non dubia aliquid efflagitarit fide, inanes nequaquam dimittis,
cum diuina sic complacuerit sibi Maiestas in ærumnis positos,
etiam per te leuare, qui nouerint inuocare Antonium. Te igitur
Antoni ex fortissimis Israël Dei, humiliter appello, te supplici
:ter inuoco, tuis precibus mihi obtine à Deo indulgentiam omniu
peccatorum; nec ob facinorum meorum turpitudinem me despi
:cias; qui dum pœnitere propono, continuo Angelica turba
congaudet. Quare eum pro me deprecare, qui non iustos
venit vocare, sed peccatores iustificare. Age, vt gratiam
coram oculis Domini, atq; Sacrosancta Matre Virgine Ma
:ria inueniam, tuoq; patrocinio futurs, peccatorum remissio
:nem accipiam: Cordis mei tenebras depellas, & quid hinc
à me requirat, tu dulcissime Antoni, doceas. Non ergo confun-

dar quoniam inuocaui te; abiectionem & animæ meæ pauper-
:tatem nosti, cui si per diem & noctem non interfueris, lethalem
dabit, iacturam, cum insomnes illam inimici obseruent.

Excurge, excurge, & adiuua me, vt non confundar, quoniam
inuocaui te; qui gloria, & honore coronatus, opus fortitudinis
diuina virtute peragis, perenniter in cælis iubilans, qui deuote
à nobis miseris iugiter ex hac valle lacrymarum inuocaris. Am.

Oratio ad S: Antonium, cum quis aduersis premitur.

Aprehende arma, & scutum, & excurge in adiutorium mihi
Antoni Beatissime. Effunde virtutis tuæ frameam, & conclu-
:de aduersus eos qui persequuntur me; impetra animæ meæ
salutem à Domino. confundantur, qui quærunt animam meam.
Auertantur retrorsum, & confundantur cogitantes mihi ma-
:la. Fiant viæ illorum tenebræ, & lubricum; te inclito Christi
milite eos persequente, vt redimar à calumnijs hominum,
& custodiam mandata Dei mei. Insurrexerunt enim
aduersus me fortes absq; causa, misericordia [illegible], quo-
:niam non proposuerunt Deum ante conspectum suum. Quare
nisi Dominus custodierit me (te benigno Patre adiuuante) for-
:te viuum deglutient me. Esto in auxilium mihi, conterens ira-
:chiam eorum, vt decantare valeam. Benedictus Dominus Deus,
qui non dedit in captionem me dentibus inimicorum meorum. Ir-
:ruat super eos formido, & pauor in magnitudine brachij tui, &
consilium illorum destruatur. Fac pro, mecum signum in bonum,
vt videant, qui oderunt me gratis, & confundantur. Quoniam
tu dulcissime Antoni, adiuuisti me. porrò dicerunt inimici, per-
:sequamur, & comprehendamus. Verumtamen cum fiducia ac-
:cessi ad thronum misericordiæ Dei, cui aduersum me iniusti-

tias meas confiteor. Tu, Antoni beatissime, fac, vt dimittam impietatem peccati mei, ac incipiam bene agere. in timore Domini, custodiamq3 legem Dei, & ambulem in latitudine mandatorum eius, inclinemq3 cor meum in testimonia altissimi, vt veniat super me misericordia ac salutare omnipotentis. Offer hanc orationem meam Deo, ō Antoni pijssime, cui sic humiliter dico; peccaui Domine, peccaui super numerum arenæ maris; multiplicatæ sunt iniquitates meæ & non sum dignus intueri, & aspicere altitudinem cæli præ multitudine iniquitatum mearum: Nunc ego flecto genua cordis mei, precans bonitatem. Peccaui Domine, peccaui, & iniquitates meas ego agnosco: Vnde peto rogans te. Remitte mihi Domine, & ne simul me cum iniquitatib9 meis perdas. Hos quaeso clamores, beatissime Antoni, quos ex intimo profero pectore, diutnis admoueas auribus, cum non in sanguine hircorum aut vitulorum me Christus redemerit; Sed proprio cruore, quem oro, Antoni protector meq3, vt ad animæ meæ emundationem Deo patri offeras. Erraui enim sicut ouis, quæ perijt, quærat seruum suum precibus tuis flexus iustus Deus, cuius mandata non sum oblitus. Amen.

O proles Hispaniæ, pauor infidelium, noua lux Italiæ, nobile depositum Vrbis paduanæ, fer Antoni gratiæ christi patrocinium, ne prolapsis veniæ tempus breue creditum defluat inane.

℣: Ora pro nobis Beate Antoni

℟: Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus

Visita quæsumus Domine habitationem istam, eiq3 sanctum Antonium interesse facias, vt nulla valeat inimici fraude turbari.

Deus humilium celsitudo, qui B: Antonium confessorem sanctor tuor gla sublimasti, fosta qsumq3, vt eiq3 meritis & imitatione, promisa humilib9 præmia ōsequam3. p.

Orationes seu Meditationes variæ de passione Domini.

Oratio de singulis articulis passionis Domini.

Deus, qui pro redemptione mundi voluisti nasci, circumcidi, à Iu-
:dæis reprobari, à Iuda traditore osculo tradi, vinculis alligari, sicuti
agnus innocens ad victimam duci; atq; conspectus Annæ, Caiphæ, Pi-
:lati & Herodis indecenter offerri, à falsis testibus accusari, fla-
:gellis, & opprobrijs vexari, sputis conspui, spinis coronari, colaphis cædi,
arundine percuti, facie velari, vestibus exui, clauis affigi, in cruce leuari,
inter latrones, felle & aceto potari, & lancea vulnerari. Tu homine per
has sanctissimas poenas tuas, quas ego indignus recolo, & per sanctam
crucem, & mortem tuam, libera me à poenis inferni, & perducere dig-
:neris, quo perduxisti latronem tecum crucifixum. Qui cum patre, &
Spu Scto viuis & regnas in sæcula sæculoꝝ. Aõn

Alia Oratio.

Domine Iesu christe, in cuius ditione cuncta sunt posita, & non
est qui possit resistere voluntati tuæ, qui dignatus es nasci, mori, &
resurgere, per mysterium sacratissimi corporis tui, & per quinq; vul-
:nera, & effusionem pretiosissimi sanguinis tui, miserere nobis, sicut
tu scis necessarium esse animabus & corporibꝰ nostris; libera nos à
diaboli tentatione, & ab omnibus quibus nos angustiatos esse cognoscis,
nosq; in seruitio tuo vsq; in finem conserua, atq; corrobora, & ve-
:ram emendationem, spatiumq; veræ pœnitentiæ nobis tribue, atq;
remissionem omnium peccatorum post obitum, & fac nos fratres,
sorores, amicos & inimicos inuicem diligere, & cum sanctis om-
:nibus tuis in regno tuo sine fine gaudere: qui cum Deo patre, &
Spiritu, viuis, & regnas Deus per omnia sæcula sæculorum. Aõn.

Alia ad vulnera Christi Oratio.

Rogo te domine Jesu per illa salutifera vulnera tua, quæ pas-
sus es in cruce pro salute nostra, è quibus emanauit ille pretiosissi-
mus sanguis, quo sumus redempti: vulnera hanc animam meam pec-
catricem, pro qua etiam mori dignatus es; vulnera eam igneo, & po-
tentissimo telo tuæ nimiæ charitatis. Confige cor meum iaculo tui am-
oris, vt dicat tibi anima mea, charitate tua vulnerata sum: ita vt ex
ipso vulnere amoris tui vberrimæ fluant lacrymæ die ac nocte. Percu-
te domine, percute. obsecro hanc durissimam mentem meam pia, &
valida cuspide dilectionis tuæ, & alti, ad intima penetra potenti.
virtute. Qui viuis & regnas, in sæcula sæculorum. Amen.

Orationes de Passione Christi.

O Domine Jesu Christe, adoro te in cruce pendentem, coronā
spineam in capite portantem, deprecor te, vt me tua crux li-
beret ab Angelo percutiente. Amen Pater noster Aue Maria &c.

O Domine Jesu Christe, adoro te in cruce vulneratum, felle
& aceto potatum, deprecor te, vt vulnera tua sint remedium an-
imæ meæ. Amen Pater noster, Aue Maria.

O Domine Jesu christe, propter illam amaritudinem, quam
pro me miserrimo sustinuisti in cruce, maximè in illa hora, quan-
do nobilissima anima tua egressa est de benedicto corpore tuo:
deprecor te, miserere animæ meæ in egressu suo, & perduc eam
in vitam æternam. Amen. Pater noster Aue maria

O Domine. Jesu christe, adoro te descendentem ad inferos,
& liberantem captiuos: deprecor te, ne permittas me illuc intro
ire. Amen. Pater noster Aue maria

O Domine Jesu christe, adoro te resurgentem â mortuis,
ascendentem ad cælos, sedentemq; ad dexteram patris: depre-
cor te, vt illuc te sequi, & tibi præsentari merear. Amen Pr. nr. Aue &c.

O Domine Jesu christe, pastor bone, iustos conserua, pec-
catores iustifica, omnibus fidelibus miserere, & propitius esto
mihi miserrimo peccatori. Pín Pater ñr Aue maria

O Domine Jesu christe, adoro te in sepulchro positum,
myhrrâ, & aromatibus conditum: deprecor te, vt tua mors sit
vita mea. Pín. Pater noster Aue maria.

℣: Adoramus te christe Jesu benedicte; quia per amarissi-
mam passionem tuam redemisti mundum.

℟: Et benedicimus, & laudamus te: quia reconciliasti nos deo
in sanguine tuo.

Oratio

Obsecro te domine Jesu christe, vt passio tua sit virtus
mea, qua muniar, protegar & defendar. Vulnera tua sint mihi
cibus & potus, quibus inebrier & delecter. Aspersio sangui-
nis tui sit omnium peccatorum meorum ablutio. Mors tua,
sit mihi gloria sempiterna. In his sit mihi refectio, exulta-
tio, sanitas, studium, gaudium, desiderium corporis & ani-
mæ, nunc & in perpetuum Pín.

Oratio, de septem verbis, quæ christus in cruce pen-
dens dixit.

Domine Jesu christe fili dei viui, qui in cruce pendens di-
xisti. Pater ignosce illis, non enim sciunt quid faciunt: fac vt
ego amore tui parcam cunctis mihi malafacientibus. Et qui di-
xisti latroni; hodie mecum eris in paradiso: fac me ita viue-
re, vt in hora mortis meæ dicas mihi, hodie mecum eris in pa-
radiso. Et qui dixisti matri tuæ. Mulier ecce filius tuus: dein-
de discipulo: Ecce mater tua: fac vt matri tuæ me societ amor
tuus, & charitas tua. Et qui dixisti: Hely, Hely lamazabathani, hoc

est, Deus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? fac me dicere in
omni tribulatione, & angustia mea: Pater mi, homine mi, miser-
:rere mihi misero peccatori, & adiuua me rex meus, & Deus meus,
qui proprio tuo sanguine redemisti me. Et qui dixisti: Sitio, fac
ut semper sitiam te fontem aquæ viuæ. Et qui dixisti, Pater in
manus tuas commendo Spiritum meum. Suscipe me redeuntem ad te.
Et qui dixisti: consummatum est, fac ut audire merear illam dulcis-
:simam vocem tuam, scilicet. Veni amica mea, dilecta mea, Sion,
:sa mea, veni ut mecum conscendas, cum Angelis, & Sanctis me,
:is in regno meo, epulari, iucundari, & commorari per infinita sæ,
:culorum secula. Amen.

Salutatio ad omnia Christi membra, & sui ipsius ad eum com,
:mendatio.

Salue tremendum cunctis potestatibus caput Dni Jesu Christi
saluatoris nostri pro nobis spinis coronatum, & arundine per,
:cussum. Salue speciosissima saluatoris nostri Jesu christi fa,
:cies, pro nobis sputis, & alapis cæsa. Saluete benignissimi Dni
Jesu christi saluatoris nostri oculi, pro nobis lacrymis perfu,
:si. Salue melliflua os, gutturaq; suauissimum hominis nostri Jesu
christi pro nobis felle, & aceto potatum. Saluete aures nobiliss,
:mæ hominis Jesu Christi saluatoris nostri, pro nobis contumelijs, &
opprobrijs affectæ. Salue collum humile Jesu christi, pro nobis
colaphisatum, dorsumq; sanctissimum pro nobis flagellatum.
Saluete venerabiles hominis nostri Jesu manus, & brachia, pro
nobis in cruce extensa. Salue pectus mitissimum hominis Jesu
christi saluatoris nostri pro nobis in passione conturbatum. Salue
latus gloriosum hominis nostri Jesu christi, pro nobis lancea mili,
:tis perforatum. Saluete hominis Jesu christi saluatoris nostri sa=

cra misericordiæ genua, pro nobis in orationibus flexa. Salutete
homini Jesu Christi Salvatoris nostri pedes adorandi, pro nobis cla-
:uis affixi. Salute totum corpus Jesu Christi, pro nobis in cruce su-
:spensum, vulneratum, mortuum, & sepultum. Salute sanguis pre-
:tiosissime de corpore homini Jesu christi Salvatoris nostri, pro
nobis effuse. Salute Sanctissima homini nostri Jesu christi an-
:ima, in cruce pro nobis in manus patris commendata. In eadem
commendatione tibi commendo hodie, & quotidie animam meam,
vitam meam, cor & corpus meum, omnes sensus, & actus meos,
omnes amicos, benefactores, confratres, superiores & consangui-
:neos meos, animas parentum, fratrum, sororum, & omnium
amicorum, & inimicorum meorum: vt nos protegere, liberare, &
defendere digneris ab omnibus insidijs inimicorum nostrorum
visibilium, & invisibilium, nunc, & in perpetuum. &c in.

Deuota Oratio ad patrem cælestem, vt nos custodiat, &
protegat per amaram Filij sui passionem.

Sancte pater, omnipotens æterne deus; qui deus es omnis,
consolationis & pater misericordiæ, quandoquidem salus mea, & beatitudo omnis
dependet â meritis dilecti filij tui Jesu christi, & in his est consti-
:tuta mea felicitas: te oro ō mitissime pater, fac me eorum parti-
:cipem: subueniant mihi merita filij tui, qui propter nos ad summam
paupertatem se demisit, in Bethleem homo natus est ex intemer-
:ata Virgine Maria; deinde ab omni varietate & magnitudine per-
:iculorum versatus est; contradictiones infandas audivit, pro
fideli suo labore nullam gratiam retulit, sed omnia incommoda ex-
:pertus est, qui tanquam maleficus â Judæorum turba in horto cap-
:tus est, vinctus & ad iniquissimos iudices contumeliose tractus, ibi
derisus, conspitus, ludibrio habitus, pulsatus, irruentium manibus.

conuulsus, flagellatus, corona spinea coronatus, nudus in mon-
:te Caluariæ cruci est affixus. O quantos dolores & tormenta
filius tuus innocens pro nostris delictis pertulit? O quam alta
vulnera accepit, quam purpureum sanguinem pro nobis profu-
:dit? O angustias, O moerorem filij tui? O quantam acerbitatem
in morte sensit, cum anima è corpore emigraret, & in cruce ex-
:piaret. O diuina misericordia, coelestis ãmitis pater, adiuua me,
vt virtute acerbæ passionis filij tui ad æternam felicitatem perdu-
:car. Ita veniam omnib⁹ peccatis meis, animam meam gratia tua ex-
:purga, cor meum sanguine innocentis agni Jesu christi ablue, vt
mundus & purus ingrediar ad æterna gaudia. Commendo etiam
O clementissime pater corpus & animam meam in manus tuas, &
dirigo omnia mea opera, vt tibi placeant. Angeli tui sancti mecum
sint omni tempore, præsertim in hora mortis, vt protegant me, &
custodiant, & cruce filij tui me defendant, nè sæuus, rabid⁹
& infernalis hostis, vllam in me potestatem vel partem inuenire
possit. Per Jesum christum dominũ nostrum. Amẽ.

De amara passione domini nostri Jesu christi oratiuncula.

O Miseranda & indigna paupertas. O nuda infantia & humanitas.
O dolores & tormenta atrocia. O plagæ, & vulnera ingentia. O san-
:guis rosee. stillans è corpore. O angustiæ & consternatio. O sæ-
:ua de spinis coronatio. O calamitosa eductio. O dura crucis ba-
:iulatio. O manus transfixæ ferreis pedesq⁹ consertis eisdem
clauis. O charitas diuina & misericordia, ad regna nos perduci,
:to cælestia, vt æterna videamus gaudia. Amẽ.

Petitio deuota vt spes nostra ac fiducia in deum robore,
:tur & erigatur. Ex li: Augusti: soliloq: cap: ii.

Omnipotens æterne creator, ego creatura tua, sub vmbra

alarum tuarum in bonitate tua & misericordia spero & confido.
Adiuua creaturam tuam, quam fecit benignitas tua; nè pereat in
malitia & miseria sua quod operata est bonitas tua. Quæ enim est
vtilitas in creatione tua; si descendam in corruptionem meam?
Nunquid enim frustra aut vanè, o Deus, constituisti omnes fi-
:lios hominum? Te oro pater, vt cum dextera tua me effinxeris,
nè reijcias opus manuum tuarum. Sed rege quod creasti, & duc
vt ad te creatorem meum & redemptorem perueniam. Adiuua
me Domine vita mea, nè peream in malitia mea: si non creas-
:ses me Domine non essem: sed tam si non regis me; adhuc
ad nihilum redigar. Non equidem mea te merita cõegerunt,
vt creares me, sed bonitas tua & clementia per se ad hoc pro-
:cessit. Illa charitas tua Domine Deus meus, quæ ad creationẽ
mei te commouit, etiam nunc ad regendum & saluandum me co-
:gat & euincat: idem amor, qui fuit in creando, nunc in cre-
:ato perseueret. O clementissime pater, miserere tuæ crea-
:turæ, hanc ij3 benignè conserua, & per tuam gratiam renouta, &
aptam effice ad vitam æternam consequendam. Amẽ.

Oratio pro Cæsare. Ex missa Basilij magni.

Memento Domine pijssimi & fidelissimi Imperatoris nostri
N:, quem decreuisti regnare super terram. Da ei arma verita-
:tis, arma bonæ voluntatis; corona eum, obumbra super caput
eius in die belli, conforta brachium eius: exalta dexteram eius, cor-
:robora imperium eius; subditas illi fac omnes barbaras nation-
:es, quæ bella volunt: tribue illi profundam & inablatam pacem, loqua-
:re in cor eius bona pro Ecclesia tua, & omni populo tuo, vt in tranquil-
:litate, tranquillam vitam ac pacificam in omni pietate, veneratione
timore & amore sancto Dei peragamus. Amẽ.

Discussio Intentionis ante Missæ celebrationem utiliter facienda.

Ego

In sceleribus à iuuentute mea miser, vilis & immundus, terra & cinis, putredo & stercus, vermis & non homo, qui toties Deum meum offendi, proximum læsi, mihi ipsi non peperci.

Volo

Dei voluntate, Dei beneplacito, Dei dispositione, misericordia, gratia & benignitate.

Celebrare

Rem maximam, Angelis non concessam contrectare, de cælo Dei filium aduocare, in manibus meis velut in visceribus Matris ipsum complecti & contrectare, Spiritum Christi suscipere; diuina mysteria contemplari: Angelorum reuerentiam & obsequium admirari; Passionis memoriam recolere, futuræ gloriæ pignus accipere; viuos & mortuos adiuuare.

Missam

Passionis Christi repræsentationem, vnigeniti Dei filij Sacrificium, humani generis remedium; omnium Sacerdotum opus vltimum, Trinitatis gloriam, Angelorū lætitiam, iustorum Solatium, peccatorum veniam, viuorum subsidium, mortuorum refrigerium.

Et conficere

Transubstantiare in christi corpus panem, & in eius Sanguinem vinum, omni possibili humilitate, attentione, deuotione, puritate, innocentia, castitate, reuerentia & tremore.

Corpus

Diuinum, verum, viuum, immortale, impassibile, glorio-
:sum, viatorum firmamentum, debilium robur, animarum nu-
:trimentum, manna absconditum, cordis gaudium.

Et Sanguinem

Qui est peccatorum pretium, infirmorum lauacrum, ma-
:cularum ablutio, medicina vitiorum, refectio laborantium,
fons vitæ, salus mundi, tribulationum omnium condimen-
:tum suauissimum.

Domini nostri Jesu christi

Qui est verus Deus, & verus homo, totus in coelo, to-
:tus in terra, totus in vniuerso, omnia implens, omnia con-
:tinens, omnia potens, omnia prospiciens, omnia sciens,
omnia disponens, omnia gubernans: qui est pater noster,
frater noster, amicus noster, medicus, consolator, magis-
:ter, dominus, dux, pastor, protector & defensor noster.

Iuxta ritum Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ

Cui corde, verbo, & opere semper intendo me subijcere,
& conformare, in qua firmiter viuere, fideliter seruí-
:re, & fiduciáliter mori; pro qua (dei munere) tormenta
subire; sanguinem fundere, & si opus est, adhuc mortem
tolerare, fide, spe & charitate munitus non recusabo.

Ad laudem Omnipotentis dei

Qui est, qui fuit, & qui futurus est, in æternum ab omnibus
laudandus, benedicendus, glorificandus, gerendus & cog-
:noscendus: qui cum sit spes, amor & desiderium animæ
suspirantis; totus est delectabilis, totus amabilis, totus
desiderabilis.

Totius curiæ Triumphantis

Quæ est mater nostra, hæreditas nostra, possessio, habitatio, fœlicitas, & beatitudo nostra: vbi multitudo laudantium, psallentium, benedicentium, & glorificantium Deum sine intermissione, qui exultant, iubilant, & lætantur perennitate, iucunditate & suauitate illius gloriæ sempiternæ.

Ad vtilitatem meam

Spiritualem, & (spiritualem) corporalem secundum velle & beneplacitum diuinæ Maiestatis: de cuius misericordia omnis vtilitas & bonitas, omnis ordinatio, dispositio & perfectio vitæ meæ procedit.

Totiusq; curiæ militantis

Quæ est vallis lacrymarum, miseria, calamitas & militia nostra, vbi multitudo languentium, cæcorum, surdorum, claudorum & aridorum expectantium cœlestis miserationis motum, consolationem, fortitudinem & medicinam.

Pro omnibus qui se commendauerunt meis orationibus in genere & in specie.

Vt habeant lumen ad cognoscendum, memoriam ad recolendum, intellectum ad discernendum, voluntatem ad appetendum, & virtutem ad operandum semper quic quid bonum, quicquid æquum, quicquid sanctum & iustum est; vt liberentur à malis præsentibus, præteritis & futuris, & omni tempore colant & obseruent præcepta homini; & faciant eius veram, sanctam, & æternam voluntatem.

Et pro fœlici statu sanctæ Romanæ Ecclesiæ,

Vt Summus pontifex, sanctus, pius, iustus, prud=

ens, sapiens & discretus in suo regimine conseruetur:
vt hæresum tempestates, calumniæ & impietates pe-
nitus profligentur, eliminentur & sedentur: vt principũ
Christianorum concordia, in perpetuum seruetur; catho-
lica fides magis ac magis in dies semper augeatur, & per
vniuersum orbem propagetur: Regnorum, prouinci-
arum, ciuitatum, terrarumq; tribunalia ac regimina
omnia tam Ecclesiastica, quam sæcularia, semper can-
dore iustitiæ, rectitudine, & quâ decet fidelitate excerce-
antur. Denique vt gaudeat, iubilet & exultet omnium
hæreticorum, Turcarum, Iudæorum, infidelium, & schis-
maticorum, peccatorum, cunctorumq; perditorum ho-
minum conuersione, totiusq; orbis pace, concordia &
vnitate sempiterna. Amen.

Oremus

Gaudium cum pace, emendationem vitæ, spatium ve-
ræ pœnitentiæ, gratiam & consolationem sancti Spi-
ritus, perseuerantiam in bonis operibus, cor contritũ
& humiliatum concedat & tribuat nobis omnipotens &
misericors Dominus. Amen.

Iesus Nazarenus Rex Iudæorum; Titulus triumphalis
defendat nos ab omnibus malis. Sancte Deus, Sancte for-
tis, Sancte & immortalis, miserere nobis.

Regula, & causa Institutionis confraternitatis seu congregationis Sanctissimi patriarchæ Josephi.

Fraternitas hæc tres potissimum ob causas, à Rmo Dno Dno Matthæo Campililiorum Sacri Ordinis Cistercien. Abbate, adlicario Genera: Anno 1655.

Primo Ad augendam gloriam honoremq; Sancti patriarchæ Josephi.

Secundo Ad consequendam, per intercessionem, huius Sancti patriarchæ, felicem mortem.

Tertio Quicquid nobis, tum ad animæ, tum corporis salutem necessarium fuerit; per intercessionem, & interuentum Sancti Josephi, à Deo, cuius nutritius in terris fuerat, facilius nos impetraturos speramus. Nam sicut in terris Dei filius Sancto huic patriarchæ subditus fuerat; sic & in cælis intercessiones eius, quas pro nobis ad Deum facit, facile Deus exaudiet, nobisq; in omnibus angustijs & necessitatib. nostris precum ei interuentu propitius erit auxiliator & defensor.

Quicunq; fraternitati huic inscribi, aut incorporari desiderat: sufficit ad opus hoc perficiendum, vnica eaq; bona voluntas, & pium desiderium, ac vt sequentes obseruet regulas.

Prima, Vt certa quadam die, veram omnium peccatorum suorum faciat confessionem, sacroq; reficiatur sacramento Eucharistiæ; totumq; se sancto Joseph patriarchæ Sanctissimo devoueat, ac magnis affectibus omnimodè resignet, operibusq; bonis & pijs in eius honorem exercitijs sese exerceat.

Secunda, Prouidendum, vt quisq; sodalis imaginem Sancti Josephi in domo sua habeat, coram qua mane & vesperi deuotius adoret creatam Triadem Jesum, Mariam, Joseph. Et sæpius coram hac imagine dicat. Sancte Joseph ora pro nobis.

Tertia. Lytanias sancti Josephi quotidie, sicut & officium eius semel in hebdomada deuote recitandum.

Quarta, Singulis mensibus semel: die ipsius sancti Patri, archæ, omnibus festis Domini, & Beatissimæ Virginis, ac solemnioribus quibuscuis diebus confiteri & communicare fratres & sorores deuotius satagant.

Quinta, Diem eius festum singulari quadam deuotione, ac pijs quibusdam exercitijs, vt ieiunium spontaneum suscipiendo, eleemosynas largiendo, ac mortificationibus operam dando, quotannis celebrare studeant frēs & sorores.

Sexta, Pro defunctis fratribus & sororibus Deum assidue exorent. sicut &

Septima, Singulis annis prima Dominica post octauam Sancti Josephi, confiteri, communicare missasq; legere pro fratribus & sororibus viuis & defunctis tenentur omnes & singuli fratres & sorores.

Octaua, Qui vero legere non sciunt, lytaniarum & officij loco dicant S. Josephi Rosarium infra descripti: ac tersingulis diebus dicant. Jesus, Maria, Joseph, ac semel in hebdomada dicant, septies Pater noster & Aue Maria.

Nona, qui vero legitimè impediti, supra scripta perficere omnia non possunt, ter dicant quotidie Jesus, Maria Joseph. omniumq; quæ in confraternitate fiunt, bonorum operum, intercessione sancti Josephi participes fient.

Rosarium sancti Josephi.

Hoc Rosarium sancti Josephi continet sexaginta minora grana, ad numerum annorum, quibus secundum plurimorum opinionem sanctus Joseph super hanc terram vixit, diuidi, tumq; in quatuordecim partes in memoriam septem gaudiorum,

& dolorum septem sanctissimi huius Patriarchæ. Quælibet pars Rosarij huius continet tria minora grana, ad insinuanda creatæ Triadis, Jesus Mariæ, Josephi, magnificentiam: hæc tria grana minora, præcedit maius granum, ac in initio huius rosarij nummisma sancti Josephi, si haberi potest, loco crucis sanctæ, apponitur.

Modus orandi Rosarium sancti Josephi.

In quolibet maiori grano dicitur Salutatio Angelica, hoc, qui se, quitur, modo.

Aue Maria gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus Sponsus tuus Sanctus Josephus, nutritius benedicti fructus ventris tui Jesu Christi:

Sancta Maria Mater Dei, & Sancte Josephe, orate pro nobis peccatoribus nunc, & in hora mortis nostræ. Amen.

In quolibet uerò minori grano, semel hæc Sanctissima tria nomina Jesus, Maria, Josepho pronuntiantur.

Oratio ad Sanctum Josephum.

Sanctissime Josephe Sponse Sanctissimæ & immaculatæ virginis Mariæ Matris Omnipotentis Dei. Ego N: N: eligo te hodie in meum Patronum & aduocatum, & propono firmiter me nunquam te dereliciturum: neq; permissurum ut quicquam contra tuum honorem à me, meisq; subditis, seu mihi commissis, agatur. Quare rogo te, suscipe me hodie tibi in seruitum perpetuum; & adesto mihi in omnibus negotijs, necessitatibus, tentationibus & tribulationibus meis; neq; deseras me in hora mortis meæ. Amen.

Vrbanus octauus Summus pontifex concessit omnibus & singulis Rosarium hoc Sancti Josephi recitantibus, toties quoties. 300. annorum indulgentiam.

Officium

De Sancto Josepho Sponso Beatæ Mariæ Virginis.

Ad Matutinum.

Jesus, Maria, Joseph

Domine labia mea aperies: & os meum annuntiabit laudem tuam.

℣: Deus in adiutorium meum intende:

℟. Domine ad adiuuandum me festina.

Gloria patri & filio etc: Hymnus.

Ioseph Dauid filius, clara stirpe natus; Jesu christi homini
pater nuncupatus, Matris Dei Sponsus, cælitus vocatus, Virtus,
quæ custos cælo destinatus.

Antiph: Salue Patriarcharum decus, & Ecclesiæ sanctæ Dei oeco-
nome: qui panem vitæ, & frumentum electorum conseruasti.

℣: Ora pro nobis Sancte Josephe,

℟: Vt digni efficiamur promissionibus christi.

Oremus.

Sanctissimæ Genitricis tuæ Sponsi, quæsumus domine, meri-
tis adiuuemur; vt quod possibilitas nostra non obtinet, eius
nobis intercessione donetur. Qui viuis & regnas cum Deo P. in
s.

Ad primam, vt supra in matutino. Jesus; Maria, Joseph.

℣: Deus in adiutorium &c. & reliqua ut in matutino &c. Hymnus

Tu qui Sponsam grauidam dolens cum videres, cogitabas arcti
an eam retineres: Sed cælestis monitor, nè amplius timeres,
In somnis admonuit, sed potius gauderes.

Antiph: Versus & oratio vt in matutino supra

Ad Tertiam vt supra in matutino &c. Jesus, Maria, Joseph

Hymnus. Bethlehem es profectus censum soluturus; cum
prægnante virgine, vbi nasciturus, erat mundi Dominus, quique
mox facturus, vt ipsum infantulum esses amplexurus,

Reliqua omnia vt supra in matutino, & sic in reliquis horis.

Ad Sextam omnia vt supra in matutino p̃. Hymnus

Cum Herodes impius in pueros sæuiret, Gabrielis monitu
nè amplius dormiret, Retulisti Sponsæ, sed tecum veniret;
Et accepto paruulo in Ægyptum iret. Reliqua vt dictum est.

Ad Nonam, omnia vt supra in matutino p̃ Hymnus

Hostibus defunctis inde recessisti, Et in Galilæam tecum
reduxisti puerum & Sponsam, sicut didicisti cælitus, & in
Nazareth humilis vixisti Reliqua vt supra.

Ad Vesperas vt supra omnia p̃. Hymnus.

O qui Jesum factum duodecim annorum perdidisti, tuum
lumen oculorum; Sed inuentum postea in medio doctorum
custodisti sedulus Regem Angelorum p̃. Reliqua vt supra,

Ad completorium. Jesus, Maria, Joseph.

℣: Conuerte nos Deus salutaris noster

℟: Et auerte iram tuam à nobis. reliqua vt supra.

Hymnus. Felix quem in vnis Jesus cum Maria tenuit
cubantem, dum in agonia Spiritum efflares; vt directa
via Tenderes ad Patres functus vita pia. reliqua vt supra,

Commendatio

Has horas canonicas cum attentione bibi, Sancte Joseph
tui ratione, Vt sis memor mei in oratione, Et viuamus simul
in cæli regione. Amen.

Litaniæ de Sancto Josepho Sponso B: Virg: Mariæ.
Approbatæ ab Episcopo Gandensi Anno jbis.

Kyrie eleyson. Christe eleyson Kyrie eleyson.
Christe audi nos, Christe exaudi nos
Pater de cælis Deus. Miserere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus. Miserere nobis

Spiritus Sancte Deus — Miserere nobis.
Sancta Trinitas vnus Deus — Miserere nobis

Sancta Maria.
Sancta Dei Genitrix.
Sancta virgo virginum.
Mater Jesu.
Sponsa Joseph.
Sancte Joseph
Sponse Mariæ,
Nutritie Jesu,
Vir secundum cor Dei,
Fidelis seruus & prudens,
Custos puditiæ Mariæ.
Testis puditeitiæ Mariæ.
Adiutorium simile Mariæ,
Comes & solatium Mariæ
Summam gratiam adepte per Mariam /
In virginitate mundissime.
In humilitate profundissime
In charitate ardentissime

Ora Pro Nobis

Qui vir iustus ipso Spiritus Sancti testimonio compro„
:batus es:.
Qui de sacro Verbi incarnati mysterio cælitus
edoctus es,
Qui in Bethleem cum Maria desponsata, tibi vxore
prægnante profectus es,
Qui locum non inveniens in diuersorio ad stabu„
:lum diuertisti,
Qui Christo nascenti:, positoq3 in præsepio adesse meruisti.

Qui Christo circumciso nomen eius Jesum nominasti.
Qui puerum Jesum cum Maria in templo homino præsentasti.
Qui Angeli monitu, accepto puero & Matre ei⁹ in Ægyptum fugisti.
Qui defuncto Herode cum puero & Matre ei⁹ in terrā Israël rediisti.
Qui semanentem puerum Jesum in Hyerusalem cum Maria
matre eius dolens quæsijsti.
Qui post triduum sedentem illum in medio doctorum gaudens
inuenisti.
Qui hominum dominantium tibi in terris subditum habuisti
Cuius laus est in Euangelio Vir Mariæ, de qua natus Jesus.
Aduocate noster. Adiuua nos beate Joseph
Patrone noster,
In omnibus angustijs nostris
In hora mortis nostræ
Per æternam præelectionem tuam
Per castissimam desponsationem tuam
Per omnes labores & sudores tuos
Per omnes virtutes tuas,
Per omnia merita tua.
Per omnem beatitudinem tuam,
Clientes tui Te rogamus audi nos
Vt à Jesu dilecto tuo peccatorum nostrorum veniam
deprecari digneris.
Vt omnibus virginibus & incorruptis castimoniam
tuam impetrare digneris
Vt coniugibus omnibus thorum immaculatum & san-
:ctam concordiam exorare digneris
Vt omnibus patribus familias in christiana liberor.
suorum educatione opitulari digneris.

Ora pro nobis
Aduua nos beate Joseph.
Te rogamus audi nos

Te rogamus audi nos.

Vt sodalitates omnes peculiari tibi obsequio deuotas tuo fauore prosequi digneris.
Vt omnes de tuo patrocinio confidentes semper & vbiq; protegere digneris
Vt omnib⁹ fidelibus defunctis intercessionis tuæ suffragio succurrere digneris.
Sponse Mariæ.
Nutritie Iesu
Agnus Dei qui tollis peccata ꝙ. ter dicitur
Iesu christe audi nos Iesu christe exaudi nos.
Kyrie ꝙ. Christe: Kyrie eleyson Pater noster Aue Maria.
Antiph: Ioseph fili David noli timere, accipere Mariam conjugem tuam: quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est.
℣: Ora pro nobis beatissime Ioseph.
℟: Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus

Omnipotens & mitissime Deus, qui beatum Ioseph iustum filium Dauid, beatæ Mariæ Virgini tuæ Matri Sponsum prævidisti, & tuum Nutritium elegisti: da quæsumus, vt eius precibus & meritis Ecclesia tua tranquilla pace lætetur, & ad perpetuæ visionis tuæ consolationem perducatur. Qui viuis &c.

Officium

De conceptione Immaculata Beatæ Mariæ Virginis.

Ad Matutinum.

Eia mea labia nunc annuntiate, Laudes & præconia Virg: beatæ
℣: Domina in adiutorium meum intende.
℟: Me de manu hostium potenter defende.
Gloria patri & filio ꝙ. Sicut erat in prin: ꝙ. Hymnus
Salue mundi Domina; cælorum Regina. Salue Virgo Vir=

ginum, stella matutina. Salue plena gratiæ, clara lux diui-
na; mundi in auxilium, homina festina. Ab æterno homi-
nus te præordinauit, matrem vnigeniti Verbi, quo creauit. Ter-
ram, pontum, æthera, te pulchram ornauit Sibi sponsam, in qua
Adam non peccauit.

℣. Elegit eam & præelegit eam
℟. In tabernaculo suo habitare fecit eam.
℣. Domina exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat. Oremus.

Sancta Maria Regina cælorum, Mater homini nostri
Jesu christi, & mundi homina, quæ nullum derelinquis &
nullum despicis. Respice me homina clementer oculo tuæ
pietatis, & impetra mihi apud dilectum filium tuum hominū
meum Jesum Christum cunctorum veniam peccatorum, vt
qui nunc tuam Sanctam conceptionem deuoto recolo affectu,
æternæ in futurum beatitudinis brauium capiam; ipso quem
Virgo peperisti donante, homino nostro Jesu Christo, qui
cum Patre, & Sancto Spiritu viuit, & regnat in Trinitate per-
fecta Deus in Sæcula sæculorum. Amen.

℣. Domina exaudi &c. ℟. Et clamor meus &c. Benedicamus Dño &c.
Fidelium defunctorum animæ per Dei misericordiam &c.

Ad Primam

Alia omnia, vt ad matutinum, consueta; dicantur in singulis
sequentibus horis, Hymnus solum in istis horis mutatur; reliqua ut
supra omnia in matutino &c. Hymnus.

Salue virgo sapiens, domus Deo dicata, columna septem-
plici mensaq; excornata. Ab omni contagio mundi præser-
uata; Ante Sancta in vtero parentis, quam nata. Tu Mater
viuentium, & porta es Sanctorum, Noua Stella Jacob, homina

Angelorum. Zabulo terribilis, Acies castrorum, Portus & refu-
:gium sis Christianorum— ℣.
℣: Ipse creauit illam in Spiritu Sancto
℟: Et effudit illam super omnia opera sua. Reliqua vt supra.
Ad Tertiam omnia vt supra ℣. Hymnus.
Salue arca foederis, Thronus Salomonis, Arcus pulcher
ætheris, Rubus visionis. Virga frondens germinis, vel
:lus Gedeonis, Porta clausa Numinis, & fauus Samsonis.
Decebat tam nobilem Natum præcauere, ab originali labe ma
tris Euæ. Almam quam elegerat Genitricem, verè nulli pror
:sus sinens culpæ subiacere ℣.
℣: Ego in altissimis habito.
℟: Et thronus meus in columna nubis. Reliqua ꝯia ut dictū.
Ad Sextam— ℣. Hymnus.
Salue Virgo puerpera, Templum Trinitatis, Angelorum gaudium
cella puritatis. Solamen mœrentium, Hortus voluptatis, Pal
:ma patientiæ, cedrus castitatis. Terra es benedicta, & Sacer
:dotalis, Sancta & immunis culpæ originalis. Ciuitas altissi
:mi, porta orientalis, In te est omnis gratia, Virgo singularis.
℣: Sicut lilium inter spinas
℟: Sic amica mea inter filias. Reliqua ut supra.
Ad Nonam— ℣. Hymnus.
Salue Vrbs refugij, Turris q3 munita Dauid, propugnaculis
armis q3 insignita. In conceptione, charitate ignita, Draco
:nis potestas est â te contrita. O mulier fortis, & inuicta Iu
:dith, Pulchra Sibi sai Virgo, verum fouens Dauid. Rachel
curatorem Ægypti gestauit, Saluatorem mundi Maria portauit.
℣: Tota pulchra es amica mea.
℟: Et macula originalis nunquam fuit in te. Reliqua vt supra ℣.

Ad vesperas. Hymnus.

Salue horologium quo retro graditur sol in decem lineis,
Verbum incarnatur. Homo vt ab inferis ad summa attollatur,
Immensus ab Angelis paulò minoratur. Solis huius radijs, ma-
:ria coruscat, Consurgens aurora in conceptu micat. Lili-
:um inter spinas, quæ serpentis conterat caput, Pulchra vt
Luna errantes collustrat.

℣: Ego feci in cælis, vt oriretur lumen indeficiens.
℟: Et quasi nebulam texi omnem terram. Reliqua vt supra.

Ad Completorium.

℣: Conuertat nos homina tuis precibus placatus Jesus chri-
:stus filius tuus.
℟. Et diuertat iram suam à nobis. Reliqua vt supra.

Hymnus.

Salue Virgo florens Mater illibata, Regina clementiæ, stel-
:lis coronata. Supra omnes Angelos, pura & immaculata, Atq;
ad Regis dexteram stans veste deaurata. Per te Mater gra-
:tiæ dulcis spes reorum, Fulgens stella maris, Portus naufra-
:gorum. Patens cæli ianua, Salus infirmorum, Videamus Reg-
:em in Aula sanctorum. Amen.

℣: Oleum effusum Maria nomen sanctum tuum.
℟: Serui tui dilexerunt te nimis. Reliqua ut supra in Matut: f.

Commendatio

Supplices offerimus tibi Virgo pia,
Has horas canonicas, fac nos, vt in via,
Ducas prospero cursu, & in agonia,
Tu nobis assiste, o dulcis Maria. Amen. Deo gratias.

Oratio cum Antiph: de Immaculata Conceptione B: Virgi:
Pius V: & Paul V: eam recitanti concessit Indulgentiam. 300. annor.

℣ntiph: Hæc est virga, in qua nec nodus originalis, nec cor-
:tex actualis culpæ fuit.
℣: In conceptione tua Virgo immaculata fuisti.
℟: Ora pro nobis patrem cuius filium peperisti.

Oremus.

Deus qui per Immaculatam Virginis conceptionem, dig-
:num filio tuo habitaculum præparasti: quæsumus, vt sicut
ex morte eiusdem filij sui præuisa, eam ab omni labe præser-
:uasti; ita nos quoq; mundos eius intercessione ad te per-
:venire concede. Per Dominum nostrum Iesum Christū
filium tuum, qui tecum viuit & regnat Deus, per om-
:nia sæcula sæculorum. Amen.

Elias à Sancta Theresia in Legatione Eccliæ triumphantis ad militantem pro liberandis animabus purgatorij refert, quod habens granum Sanctæ Joannæ de Cruce penes se, et quoties die Veneris quinquies dicens sequentem orationem, quinq; animas liberet è Purgatorio. Die Veneris Sancto trigesies et ter eandem dicendo, triginta tres animas liberet ℣

Adoratio Sanctæ Crucis ℣

Adoro te ō crux pretiosa, quæ teneris pedibus, & venera-
:bilibus manibus Hominis mei Jesu christi fuisti ornata, & pre-
:tioso eius Sanguine cooperta & tincta. Adoro te ō Deus me⁹
pro me crucifixe. Iterum adoro te ô Sancta crux propter amo-
rem eius, qui est verus Deus & Hominus meus Jesus Christ⁹
filius Dei viui. ℟ Amen.

De Translatione festorum.

In dicendis Missis seruetur ordo Breuiarij de translatione festorum duodecim lectionum. Quando maiori aliquo festo, seu Dominica impediuntur. In Ecclesijs autem, vbi titulus est Ecclesiæ, vel concursus populi ad celebrandum festum quod transferri debet, possunt cantari duæ Missæ, vna de die, alia de festo: aut saltem commemoratio fieri de festo, si dicto non debeat celebrari officium illa die.

De commemorationibus.

1. Commemorationes in missis fiunt sicut in officio. De festo trium lectionum fit commemoratio in Missa quando de eo facta est commemoratio in primis vesperis. Quando autem de eo fit commemoratio tantum ad Laudes, in Missis tantum priuatis fit de eo commemoratio. Excipitur Dominica Palmarum, & Vigilia Penthecostes, in quibus nulla fit commemoratio etiam in Missis priuatis de festo trium lectionum aut commemorationis licet facta sit in officio. De Dominica fit commemoratio, quando in ea agitur de festo Sermonis: aut duarum Missarū, vel de octaua. De octaua fit commemoratio, quando infra Octauam celebratur aliquod festum, nisi illud festum fuerit de exceptuatis in Rubrica Breuiarij de commemorationibus. Item do infra octauā fit de Dominica.

2. Fit commemoratio de feria in Aduentu, Quatrage-
:sima, quatuor temporibus, Rogationibus & Vigilijs, quan-
:do missa dicitur de festo illis temporibus occurrente.
Sed in Ecclesijs maioribus, vbi plures Sacerdotes quo-
:tidie celebrant, in feriis, Rogationibus & Vigilijs sine
:dictis, quæ habent missas proprias; possunt dici duæ
missæ, vna de festo, alia de feria, Rogationibus & vi-
:gilia, absq; vlla vtrarumq; commemoratione. In fe-
:stis tamen sermonis nihil fit de vigilia occurrente,
vt dictum est supra.

3. Quando infra hebdomadam dicuntur missæ votiuæ,
post primam orationem semper dicatur oratio eius
de quo fit officium, vt supra explicatu est in rubrica.

4. Quando fit commemoratio de feria quatuor tempor.
pro feriæ commemoratione dicitur prima oratio quæ
concordat cum officio.

5. In faciendis commemorationibus seruetur ordo
vt in Breuiario. De Domina ante diem infra octauã
solemnem; de die infra octauam solemnem ante ferias
prædictas: de feriis prædictis (exceptis feriis Aduen-
:tus, & Vigilijs S: Ioannis, Ssr. Apolor. Petri & Pauli,
& aliorum Apolorum ac S: Laurentij) ante festum triũ
Lectionum: de festo triũm Lectionum ante ferias Ad-
:uentus & vigilias prænominatas: de feriis Aduentus

& vigilijs prænominatis ante festum commemorationis: de festo commemorationis ante diem infra octauam minus solemnem: de die infra octauam minus solemnem ante ora:tiones quæ secundo vel tertio loco dicendæ assignantur; & hæ dicantur ante orationes votiuas: In quibus votiuis seruatur deinde dignitas orationum, vt de Sma Trinitate, de S: Spiritu, de venerabili Sacramento, de sancta Cruce ante votiuam de Beata Maria, & de Agelis ante Apolos, & similiter in alijs ℟

6. Si facienda sit commemoratio pro defunctis, semper ponitur penultimo loco. In missis autem defunctorum nulla fit commemoratio pro viuis, etiamsi oratio esset pro viuis & defunctis communis.

7. Quando dicuntur plures orationes prima tantum & vltima cum sua conclusione terminantur, & ante primã & secundam orationem tantum dicitur Oremus: ante ter:tiam dicitur etiam Dominus vobiscum ℟

8. Cum vero dicuntur plures orationes; & vna oratio eadem est cum alia ibidem dicenda, oratio huiusmodi, illa scilicet quæ eadem est, non alia, commutetur cum alia de communi; vel proprio quæ sit diuersa. Idem seruetur in secretis, & orationibus post communionem ℟

De Gloria in excelsis ℟

Gloria in excelsis dicitur quandocunq; ad Laudes

dictus est psalmus. Dominus regnauit. cum reliquis.
præterquam in festo ss̄r. Innocentium, nisi in Dominica ve-
nerit, exceptis quoq; Vigilia Natiuitatis Dominicæ.
Itemq; feriis secunda & tertia Rogationum. dicitur etiã
in Dnica ab octaua Epiphaniæ, vsq; ad Septuagesimam, &
in Dnicis à Pentecoste vsq; ad Aduentum exclusiuè. Itemq;
in Cœna Dñi & in Sabbatho sancto. Non dicitur in festis
commemorationis & Missæ nisi tempore Paschali.

In Missis Votiuis non dicitur etiam tempore Paschali, vel
infra octauas, nisi in Missa Beatæ Mariæ in Sabbatho, &
Angelorum: & nisi Missa votiua solemniter dicenda sit pro
re graui, vel pro publica Ecclesiæ causa, neq; dicitur
in Missis defunctorum.

De Orationibus.

1. In festis sermonis, aut duarum Missarum & in Dnicis
in Missa solemni dicitur vna tantum oratio, quod si faci-
enda sit aliqua commemoratio, aut plures dicendæ sint ora-
tiones in Dnica, sit vt dicuntur in Missa matutinali, & mis-
sis priuatis. In die etiam octaua dicitur vnica oratio, ni-
si occurrat aliqua commemoratio facienda. Vbi verò in
prædictis festis vnica celebratur Missa, in ea fiunt com-
memorationes, vt supra explicatum est in rubrica de com-
memorationib⁹, & in Dnica dicuntur orationes, quæ Missæ
matutinali assignantur.

2. In festis duodecim lectionum & vnius Missæ occur-
rentibus ab octaua Penthecostes vsq; ad Aduentum,
& à Purificatione vsq; ad quatragesimam dicitur se-
cunda oratio A cunctis, tertia ad libitum.
3. In festis duodecim lectionum & vnius Missæ occur-
rentibus ab octaua Epiphaniæ vsq; ad Purificationem,
dicitur secunda Oratio Deus qui salutis, tertia Eccle-
siæ vel pappæ.
4. In festis duodecim lectionum & vnius Missæ à fe-
ria quarta Cinerum vsq; ad Dnicam Passionis, secunda
oratio de feria, tertia. A cunctis.
5. In festis duodecim lectionum & vnius Missæ à Do-
minica Passionis vsq; ad Dnicam Palmar secunda ora-
tio de feria, tertia, Ecclesiæ; vel Pro Pappa.
6. In festis duodecim lectionum & vnius Missæ ab octaua
Paschæ vsq; ad Ascensionem, secunda oratio de sca
Maria concede nos. tertia Ecclesiæ, vel Pro Pappa.
7. In festis duodecim lectionum & vnius Missæ infra
octauas occurrentibus, secunda oratio dicitur De octa-
ua, tertia Quæ secundo loco infra octauã ponitur.
8. Infra octauas Paschæ & Penthecostes, in Missa
de octaua dicuntur duæ tantum orationes, vna De
die, alia Ecclesiæ; vel pro Pappa.
9. Infra alias octauas, & in Vigilijs quæ ieiunantur,

(excepta vigilia Natiuitatis Dñi, & Penthecostes) di,
:cuntur tres, vna de die, secunda de ~~die~~ sancta Maria,
tertia Ecclię vel pro Pappa. Sed infra octauas Sanctæ
Mariæ; & in vigilia, & infra octauam omnium Sanctorum,
secunda oratio dicitur de Sancto Spiritu, tertia Ecclię,
vel pro Pappa.

10. In Dominicis infra octauas occurrentibus dicunt3
in missa matutinali & priuatis duæ tantum orationes, vna de
Dñica, secunda de octaua; nisi facienda sit aliqua comẽmr.o ꝑ.

11. In Dñicis, dicuntur in missa matutinali, & priuatis tres,
vt in ordinario assignantur, quibusdam exceptis, vt su,
:is etiam locis notatur.

12. In festis trium lectionum, aut commemorationis, &
ferijs per annum, nisi aliter in proprijs locis notetur, dican,
:tur tres, vt in festis duodecim lectionum & vnius missæ,
aut quinq3: possunt etiam dici septem ad libitum.

13. In ferijs quatuor temporum, & vbi plures legun,
:tur lectiones, huiusmodi plures etiam orationes dicun,
:tur, post vltimam orationem ante Epistolam, vt suis lo,
:cis in proprio missar de tempore.

14. In missis Votiuis, quando solemniter dicuntur
pro re graui, vel pro publica Ecclesiæ causa dicitur
tantum vna oratio, sin aliter dicuntur plures vt in
festis trium lectionum.

15. In votivis missis Beatæ Mariæ Virginis, secunda Oratio dicitur de officio diei illius, & tertia de Spiritu Sancto: sed in Sabbatho, quando de ea factum est officium, secunda oratio erit de Spiritu sancto, tertia, Ecclesiæ, vel pro Papa, In votivis de Apolis, vel de Sancto Bernardo in feria tertia, quando ponitur oratio A cunctis, eius loco dicitur oratio de sancta Maria. Concede nos famulos tuos &c.

16. Si quem plures dicuntur orationes, occurrat fieri commemoratio alicuius Sancti, ea ponatur secundo loco, & tertia oratio dicitur, quæ alias secundo loco dicenda erat.

17. In conclusione Orationum hic modus seruatur. si oratio dirigitur ad Patrem concluditur. Per Filium nostrum. Si ad Filium dicitur. Qui vivis & regnas cum Deo Patre &c. Si in principio orationis fiat mentio Filij. dic. Per eundem &c. Si in fine orationis eius fiat mentio Qui tecum vivit & regnat &c. dicere debes. Si uero facta sit mentio Spiritus Sancti, in conclusione dicitur. In unitate eiusdem Spiritus Sancti. alia quoq; in orationib⁹ seruentur quæ sugeri⁹ in rubricis de commemorationibus dicta sunt &c.

De Epistola, Graduali. Alleluia, Tractu, & Euangelio.

1. Post ultimam orationem dicitur Epistola: qua finita, à ministris. Respdtur. Deo gratias. Et similiter quando leguntur plures lectiones, post singulas dicitur. Deo gratias. præter quam in fine quintæ lectionis Danielis in Sabbathis quatuor temporum: & in fine feriæ sextæ parasceue, & Sabbathi Sancti.

2. Post Epistolam dicitur Graduale, quod semper dicitur praterquam tempore Paschali; cuius loco tunc dicuntur duo versꝰ, ut habetur in rubrica in Sabbatho in Albis.

3. Post Graduale dicuntur duo Alleluia, deinde versus, & post versum, unum Alleluia. Tempore Paschali, quando non dicitur Graduale, dicitur aliud Alleluia post secundum versum; & quando dicitur sequentia, non dicitur post ultimum versum, sed post sequentiam, Alleluia ℣.

4. A Septuagesima vsq3 ad Sabbathum Sanctum non dicitur Alleluia, neq3 dicitur de feria in Aduentu, quatuor temporibus, & vigilijs quæ ieiunantur; exceptis vigilijs Natiuitatis Domini si venerit in Dominica, & vigilia Paschæ & Penthecostes, ac quatuor temporibꝰ Penthecostes. Nec dicitur in festo Innocentum, nisi venerit in die Dominica.

5. A Septuagesima vsq3 ad Pascha eius loco dicitur Tractꝰ, qui tractus prædicto tempore in aliquibꝰ ferijs non dicitur, vt suis locis ponitur: nec dicitur in ferijs ā Septuagesima vsq3 quadragesimam, quando repetitur Missa Dominicæ.

6. Dicto Graduali, seu Alleluia, seu Tractu; dicitur Euangelium. Et in principio Euangelij, dr̄. Dominus vobiscū. Resp̄dtz. Et cum Spu tuo, deinde. Sequentia S: Euangelij Sm̄. N: Resp̄dtz. Gloria tibi Dne. In fine Euangelij ā ministro. Resp̄dtz. Laus tibi Christe. Quod etiam dr̄ in fine illiꝰ partis Passionis, quæ legitur in toto Euangelij, præterquam in Parasceue. Postea si dicendum est, dicitur Credo.

De Symbolo.

Symbolum dicitur post Euangelium in omnibus dominicis per annum; etiamsi in illis fiat de festo, in quo alias non diceretur. In tribus missis de Natiuitate domini, et deinceps per totam octauam. In Epiphania & per octauam. Feria quinta in Coena domini. In Paschate resurrectionis, et per octauam. In Ascensione dni, & per octauam. In festo Corporis Christi, & per octauam. In omnibus festis Beatæ Mariæ Virg.is, et per octauas. In festis duodecim Apŏlor, et Euangelistarum. In utrãq; cathedra Sancti Petri, ac ad vincula eiusdem. In festis conuersionis & commemorationis Sancti Pauli Apŏli. In festo Sancti Joannis ante portam Latinam. In festo S: Barnabæ Apŏli. In festo Inuentionis & Exaltationis Sanctæ Crucis. In transfiguratione domini. In susceptione Sanctæ Coronæ. In festis Angelorũ. In festo Sanctæ Mariæ Magdalenæ. In festis doctorum Sanctorum: videlicet, Gregorij, Ambrosij, Augustini, Hieronymi, Sancti Thomæ de Aquino, Bonauenturæ, Athanasij, Basilij, Gregorij Nazianzenj et Joannis Chrysostomi. In festo Omnium Sanctorum, et per Octauam. In Anniuersario dedicationis propriæ Ecclesiæ, et per Octauam. In die consecrationis Ecclesiæ et Altaris. In festis Sanctorum quibus dedicata est Ecclesia. & Vbi habetur Corpus, vel insignis Reliquia Sancti de quo agitr. In die Creationis & Coronationis Summi Pontificis, & in Anniuersario eiusdem die. In die, & in Anniuersario Electionis & consecrationis Episcopi. Item in omnibus festis quæ in dominicis, & infra octauas celebrantur: in quibus ratione dominicæ & octauæ dici debet. Item in festo patroni alicuius loci, vel Titu li Ecclesiæ, (non tamen Capellæ, vel Altaris) & in festis principalibus Ordinum, & per eorum Octauas in Ecclesijs tantum illi9 Ordinis. Item dicitur Credo in missis, quæ solemniter pro re graui, vel pro publica Ecclesiæ causa celebrantur.

De Offertorio, Secretis, Præfationib, et Canone missæ.

1. Post Symbolum, vel si non est dicendum, post Euangeliũ dicitur. Dominus vobiscum: deinde, Offertorium. post

fit Oblatio cum orationibus, ut in ordine missæ. Quæ oblatione facta, dicuntur orationes Secretæ: secundum morem Orationum, quæ clara voce in Principio dictæ sunt: Sed ante primam orationem non dicitur, Dominus vobiscum, nec aliquid aliud. Sed dicto. Suscipiat Dominus sacrificium; absolutè dicuntur, neq; etiam ante secundam orationem dicitur Oremus. Terminatur autem & ultima Oratio, ut dictum est supra in Rubrica de orationibus: & secreto dicuntur usq; ad illa verba in conclusione. Per omnia Sæcula Sæculor. quæ clara voce dicuntur, & incipitur Præfatio.

2. Præfationes autem dicuntur ut in ordine Missæ annotatum est, & quæ in quadragesima, Tempore Passionis, Paschatis & infra octauas propriè assignantur: dicuntur etiam in Dominicis & festis quæ illis temporib; celebrantur: nisi illa festa proprium Præfationē habeant.

3. Si infra octauam alicuius festi, quod habet Præfationem propriam occurrat festum ex maioribus non habens propriam Præfationem, dicitur Præfatio de Octaua; quamuis de ea nulla fiat Commemoratio in Missa.

4. In festis Votiuis dicitur etiam Præfatio propria, si propriam habeant: si uerò non habuerint, dicitur præfatio de tempore: vel octaua infra quam contigerit huiusmodi Missas celebrari: alioquī præfatio communis. Et quando aliqua Missa votiua pro causa publica solemniter celebratur; dicitur præfatio in cantu solemni, ut in festis ducatum Missarum. In Missis Defunctorum quocunq; tempore semper dicitur præfatio communis.

lege in Missis

5. Post præfationem incipitur Canon Missæ secreto, in quo seruantur omnia; ut in Ordine Missæ. Vbi uerò infra actionem Communicantes, et, Hanc igitur; vel alia variari contingit, suo loco in propriis Missis adnotatur.

De communione, orationibus post communionem; Ite Missa est; vel Benedicamꝰ bñō; de Benedictione et Euangelio Sancti Ioannis.

Expleto canone, & alijs omnibus usq; ad communionem, ea peracta dicitur Communio, orationes post communionem;

eodem modo & ordine ut in principio Missæ: & repetito. Dñs vobiscum, dicitur. Ite missa est, vel Benedicamus Dño, pro temporis ratione. Ite missa est, dicitur, quandocunq; dictum est. Gloria in excelsis, cum non dicitur, eius loco dr. Benedi: camus Dño, Respdtz, Deo gratias, In missis Defunctorum dicitur semper Requiescant in pace, Respdtz, Amen. Z. dicto, Placeat, datur Benedictio, quæ à celebrante semper da: tur in Missa, præterquam in Missis defunctorum. Deinde legitur Euangelium Sancti Joannis In principio erat Verbum, præmisso Dns vobiscum & Initium S: Euang: ut moris est, quod Euangelium num quam prætermittitur in Missa: nisi quando fiat de festo in aliqua Do: minica, vel feria, quæ habet Euangelium proprium, quod legitur eius loco. Excipitur Dominica quarta Adventus, cuius Euange: lium non legitur in fine Missæ; quando in ea occurrit Vigilia Na: tivitatis Domini. In tertia Missa de die Nativitatis Dñi legitur in fine Euangelium de Epiphania Cum natus esset Jesus. Et in Do: minica palmarum in Missis privatis legitur Euangelium, quod ha: betur in benedictione palmarum, quod etiam lectum est in officio. In vigilijs quæ occurrunt in quadragesima, vel quatuor temporib, non legitur Euangelium Vigiliæ in fine Missæ. Et similiter in missis Vo: tivis nunquam legitur in fine aliud Euangelium, nisi Sancti Joannis.

De ordinanda Missa ex supra dictis Rubricis.

Supra dictis Rubricis cognitis, si quis velit ordinare missam diei, recurrat ad ordinarium missar, de tempore, vel de Sanctis, secundum qualitatem officij. Si proprium non habet, recurrat ad Commune Sanctor. Si de feria agendum sit, & propria Missa non fuerit de feria, dicatur Missa præcedentis Dominicæ: omissis Gloria in excelsis & Symbolo præterquam tempore Paschali, in quo semper dicitur Gloria in excelsis, ut supra, excepta Missa

Rogationum, & in Adventu praetermittitur Alleluia post Gradu-
:ale cum suo versu. Si dicenda sit Missa Votiua, requiratur post com-
:mune Sanctor suo loco. Si plures orationes dicendæ sunt; requirantur
post Missas Votiuas suo loco de singulis rebus, singula. Si uero pro defun-
:ctis dicenda sit Missa, habetur post Missas votiuas, cum collectis diuer-
:sis, circa finem Missalis. Ordo totius Missæ cum præfationibus, Canone &
aliis dicendis: habetur suo loco cum proprio Missar. de tempore.

De hora celebrandi missam. §.

1. Missa priuata saltem post nocturnos & Laudes quacunq; hora
ab aurora usq; ad meridiem dici potest.

2. Missa autem Conventualis & solemnis omni tempore dici debet post
Tertiam. In Feriis quadragesimæ & vigilia Pentecostes, missa dicitur de
tempore post Nonam.

3. In Dominicis & festis in quibus dicuntur duæ Missæ conventuales,
minor celebratur dicta in choro hora prima, maior dicta hora Tertia. In
feriis tamen quadragesimæ missa minor de tempore reseruatur dicenda
post Nonam. Maior de festo celebratur post Tertiam.

4. Excipiuntur ab hoc ordine dicendi missam conuentualem. Missæ in
Natiuitate Dñi. Quarum prima post mediam noctem finito Te Deum lau-
:damus & Euangelio cum oratione & Benedicamus Dño. Secunda in au-
:rora dictis laudibus & prima. Tertia in die post Tertiam dicitur.

De his quæ clara voce, aut secreto dicenda sunt in Missa: de
ordine Missæ, genuflectendi, sedendi & standi in Missa solem-
:ni & priuata: de coloribus paramentorum: de qualitate pa-
:ramentorum & præparatione Altaris & ornamentor. eius.
vide Missalis rubricas, numeros. 16. 17. 18. 19 & 20.

K. K. LYCEAL BIBLIOTHEK ZU LAIBACH






x-rite
colorchecker CLASSIC
mm